

CLARISSIMI IVRISCONS. D. MARCI ANTONII CVCCHI,

TRACTATVS TRES.

Primus de Legitima, ad Authen. Nouissima. C. de Inoffic. Testam.

Alter de Moratoria præscriptione, ad l. Quoties. C. de Precib. Imp. offeren.

Tertius de Mentiente circa possessionem. ad l. fi. ff. de rei vendicat.



PAPIÆ,
Apud Hieronymum Bartholum.
MDLXXIIII.




AMPLISSIMO RELIGIOSISSIMOQ.

VIRO IO. PAVLO AB ECCLESIA S.R.E. CARDINALI OPTIME MERITO.

M. Antonius Cucchus. S. P. D.





E quis me existimet cum Sacerdotio iners ocium simul nactum esse, quo nihil homini Religioso turpius, nihil animæ pernitiosius, hæc pauca in ius ciuile scholia elucubraui, quæ tuo sub clypeo (nisi id tibi ingratum sit futurum, quod pro tua æquabilitate non vereor) in publicum educere statui: quem enim alium mihi patronum aduocem, quàm eum, cuius fidei, & fortitudinis periculum iam pridem fe-

ci, &, qui quondam mihi etiam inuocatus præstò adfuit: eo quidem nomine nullas (vt tenebar) umquàm tibi hactenus gratias egi, nam, quòd dignas pro re gratias tibi referre non possem, subrustico quodam pudore detinebar, etiam ne agerem, quamuis ingentes immortalesq; haberem. Et tamen non dubito nuper (tantam de tua humanitate, ac beniuolentia erga me fiduciam concepi) nouas rursum rationes, nouaq; nomina tecum facere, ac petere, tuum ut patrocinium mihi denuò præstes, idq; vt facias, te obnixè rogo & obsecro, neque enim audeo, nisi tuo tegmine fultus prodire, adeò sum inuidiæ fluctibus meo quodam fato expositus, & obnoxius: quandoquidem non defuerunt (si Dijs placet) qui non dubitarint (ut accepi) circum ferre, quas in iure Pontificio olim edidi institutiones, alterius me exemplo, qui prius idem inchoauerat, composuisse; tantamne mihi ambitionis notam inuri, ut etiam gloriam alienam surripere me uelle arbitrentur, qui uix meam tueri curem? Verùm his quid aliud precer, nisi, ut non prius loquantur, quàm factum intelligant.

at

at ſpero, ſi legiſſent Religioſiſsimi Antiſtitis Albenſis Hieronymi vidæ epiſtolam Inſtitutionibus meis præſcriptam, qua narrat, meas ſe Inſtitutiones decennio ante, quàm euulgatæ ſint, vidiſſe, ab his dictis forte ſe continuiſſent, ſi iuſti (vt Iuriſconſultum decet) eſſe & haberi voluiſſent; Viuunt etiamdum Nicolaus Aſſonica, & Bartholomæus Bongius nobiliſsimi Iuriſconſulti Bergomenſes, & Bartholomæus Botta vir ſanctitate, & eruditione conſpicuus Papienſis, (vt plures alios omittam) qui teſtimonium perhibere poſſunt, iamtum Iulio III. Pontifice Maximo viuente eas abſolutas perfectaſque fuiſſe, quamuis in decimum annum vſque ad tempora Pij Quarti editionem diſtulerim, quo quidem tempore, ne quidem vlli in mente venerat, eiuſcemodi prouinciam aggredi, tantùm abeſt, vt ego alterius exemplo eam ſuſceperim. Sed quid ego ſuper his immoror, quaſi hoc multùm interſit? Ego quidem, licet locupletiſsimis teſtibus fultus cauſam meam tueri, ac luce ipſa clariorem facere poſsim, ſi tamen alius quiuis hac in re ſe mihi potiorem in tempore iactare uelit, ac tamquàm

exemplar,

exemplar, à quo ego deſumpſerim, gloriari, arbitrio ut ſuo ſe iactet, concedo, ac ne huiuſmodi contentiones vigeant, de iure meo decedo, eundemq; Geniũ vtriq; eſſe dico & profiteor: quin-etiam omnes amplector, quotquot factis, laboribuſque ſuis publicæ utilitati ſtudere, ac de ſcientia noſtra benè promereri ſtuduerint, ac mecum in idem ſtudium, eandemq; curam incumbere, modò eadem me conantem ne interpellent. Hæc verò non eò commemoraui quod vllam mihi curam iniiciant, ſed ut diſcas, quantùm mihi tua tutela opus ſit, qui tantoperè omni in negocio meo exagiter. Quapropter, ut tuum mihi tutamen ne ſubtrahas, ſed qua ſoles, fortitudine vt me protegas, & defendas, omni animi ſtudio te obteſtor. Vale.

Pap. Calen. Sextil. Anno ſal. 1574.

M. Antonius Cucchus Lectori.

ETsi multa olim in iure ciuili scripserim, dum illud in gymnasiis publicis Romæ & Papiæ profitendo interpretatus sum, hæc tamen, quæ in præsentia editurus sum, ab aliis potissimùm selegi, ut his temporibus, quibus me à subsellorum Laboribus, & Tribunalium clamoribus contentiosis abdicaui, recognoscerem, & augerem, ueluti quorum materia in foro quidem, & vsu frequentissima sit, sed tamen iam multis annis ab aliquo exactè uersata, aut excussa non sit. At scimus, tot Iuris interpretum centurias, & cohortes, eorumque elucubrationes ab annis quinquaginta emersisse, & exortas esse, ut, quæ ante eos recepta videbatur, sententia, in plerisq; articulis mutata, ac quasi atris lapillis in albos conuersis (vt est in Græcorum poetarum fabulis) & econtra facilè unumquemque deciperet, qui Seniorum scripta duntaxat recentioribus omissis lectitaret. Eo ductus statui, quid prædicta in materia prisci Iurisconsulti, quid noui senserint, ac pronunciarint, eruere, & enucleare, veritatisq; indagandæ studio diligentius excutere, & uel concordibus eorum votis acquiescere, calculumq; meum adducere, uel repugnare, aut ipsis inter se disceptantibus arbitrum me vltrò offerre; Quis enim hoc me nomine iustè insimulet, quandoquidem iudicium meum audire, & illi stare, an quis velit, an id minus, ipsius in potestate est? Sedebo ne igitur ego arbiter & Iudex inter eos, quorum ante Tribunal æquius erat stantem me causam dicere? Verùm sic se habet scientiæ huius sors, sic & mihi euenturum præsagio, & prædico, ut alius me inuicem horum causa non semel ad iudicem uocet, quo tamen ego minimè commoueor, cum sciam, ea paruulis sæpe à Deo aperiri, ac manifesta fieri, quæ prudentiores fallere consueuerunt. Valete.

INDEX MATERIARVM OMNIVM, QVÆ IN HOC TRACTATV DE LEGITIMA, CONTINENTVR IVXTA ordinem Alfabeticum.



A

† *Alimenta*

Capi-

C

D

Filius

 erat

Institutio

I

Intelle-

L

††† legi-

An

M

S

Substi-


T

FINIS.

CLARISSIMI I. C. D. M. ANTONII CVCCHI COMMENTA SEV REPETITIO, (VT VOCANT).

IN AVTH. NOVISSIMA: C. DE Inoffic. Testamen. seu Tractatus.

De legitima.



SVMMARIVM.



1 *Egitimae plures definitiones, seu descriptiones, & nominationes.*
2 *Legitima quibus debeatur.*
3 *Emancipationis & Patriae potestatis differentia ab intestato sublata est, non ex testamento.*
4 *Legitima quando debeatur filijs legitimatis, & quibus.*
5 *Filij Clerici, non existentis in sacris an legitimentur subsequenti matrimonio.*
6 *Legitima an sit debita filijs bannitis.*
7 *Legitima quo iure debita sit filiis.*

I*MP. Antoninus. A. Ingenuo.*

l. Cum quæritur, an filij de inofficioso patris testamen-

to possint dicere, si quartam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspicitur. PP. vij. cal. Iul. Romæ, duobus & Aspris Cons.

Huius constitutionis occasione sequens auth. facta est, cuius verba infra describentur.

In auth. de Triente & Semisse. §. 1. colla. iij. const. 5.

Nouissima lege cautum est, vt si quatuor sint filij, vel pauciores, ex substantia deficientis triens, Si plures sint, semis debeatur eis quoquo relicti titulo ex æquo scz. inter eos diuidendus, cuius portionis, nec vsufructu defraudari liberi à parentibus possunt.

Hanc igitur commentaturus premitto sic.



1 *EGITIMA † est determinata à lege bonorum defuncti portio debita personis à lege definitis Fabian. hic in prima. q. nu. 9. vel est quadã portio taxata legis arbitrio personis, quibus iure naturæ vel quasi debetur successio. Idem Fabian. hic, qui citat Baldum & idem ait Ruin. in consi. 56. num. 12. l. 3. Ioan. Campez. in tract. quod stantibus masculis. q. 6. num. 45. vel legitima est Portio congrue taxata. Greg. Nata. in tract. quod stantib. mascul. q. 1. princ. num. 3. vel, est portio successionis ab intestato, vel subsidium legitimum l. quæ nuper. C. de testam. c. Raynutius. versic. quia verò, de testam. vel portio totius substantiæ Testatoris. Socin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. colum. 5. vel. Portio legitima bonorum, quæ testator mortis tempore reliquit, ut. l. cum quæritur, quam subsequitur nostra authentica. Legitima autem filiorum, sic diffiniri posse videtur, Portio legitima eius, quod filius ab intestato ex successione patris habiturus fuisset. Alex. in d. §. & quid si tantum. vel quota bonorum iure naturæ debita ex rerum substantia parentis, quam filius ab intesta-*

to habiturus fuisset. Berous in d.c. Raynutius.num. 176.versi.legitima verò, quo in loco alias quoq; legitimas cæteris præter filios debitas diffinit. Interdum verò legitima appellatur pars contingens. Ex quo infertur ad statutum de parte contingenti mentionem faciens. Ancharan.in consi.300.Incip. istud quæsitum sic implicitum: Interdum falcidia.l.quæ nuper.inf.eo.l. Papinianus.§ unde si parens.ff.eo.l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.authen.unde, & si parens.inf. eod. vel pars seu portio sua, l.scimus.in prin.&.§.cum autem.in.l.nuper.l. liberi.l. omnimodo.l.quoniam in prioribus.l.si quis filio.inf. eo. & debitum emolumentum.l.vni.inf.de inof.dot.vel debitum bonorum subsidium.l.si totas.inf.de inof. donat.c.Raynutius.de testamen. Dicitur autem legitima portio minuscula. l.si quis in suo.vbi Bal.Ias.& cæteri infra eod.

2 *† Debetur autem legitima descendentibus, & ascendentibus tantum ex regula, non eodem tamen iure his omnibus: nam ascendentibus non debetur in bonis liberorum, si ipsi liberi filios reliquerint, prima enim causa erit filiorum, authen. in successione.inf.de suis & legitim.Bart.in.l.Pater filium.inf.eo.l.si quis filium. inf.eo.Legitima verò his solis debetur, qui primum in successione locum obtinent Bar.in.l.Gallus.§.& quid si tantũ.ff.de liber.& posthum.& in.l.fi.ff. ad Tertul. probatur in authentica.Presbiteros.inf.de Episco.& cleric.à contrario sen.su.Fabian.hic.q.2.num.23.*

Transuersalibus autem legitima non debetur exceptis fratribus, si turpis instituta sit persona.l.fratris.vbi no.inf.eo.Crau.consi.256.nu.4.si tamen illa turpis persona hæres instituta hæreditatem repudiet, quærela non nascetur, quod summo studio adnotandum moneo, quocirca si alius personæ illi turpi honestus cohæres datus sit, illi cohæredi repudiata accrescet hæreditas, non quærela nascetur, Bald. in d.l.Fratris.nu.7.inf.eo.Iacob.Nouel.in regul.78.num.2.& hæc quidem legitima fratribus debita est quarta non tertia. Nata consi.1.colum. 3.& 4.l. 3 qui hanc testatur communem, Item oportet fratrem hunc neq; illegitimum neq; turpem esse, vt ab alia turpi persona legitimã ei à fratre relictam auferre possit. Bal. in d.l.fratres.inf.eo.& in.l.1.ff.eo.Fabian.hic num.32. Auunculis autem nulla debetur legitima Dec.consi.372.num.3. Debetur autem legitima nepotibus tempore mortis aui materni primum locum seruantibus in bonis aui ipsius. Ruin. consi.176.num.1.l.2. Emancipatis verò filijs legitima non debetur. Bald. in.l. vn.colum.3.in fin.inf.quan.non peten. par. neq; refert (inquit Bald) quod & emancipatis alimenta suppeditanda sint, filiæq; emancipatæ dotandæ sint, nam respondet, non propterea ex hoc consequi, ut legitimam habere eos necessariò oporteat, cum & frater inops ali debeat, l.qui filium.ff.vbi pupil. educ. deb. nec

tamen ei legitima debeatur, vt in authen. de hæred. & falcid. §. per primum. Nec obest, quod emancipationis, patriæq; potestatis discrimen hodie sublatum sit. §.
3 *nullam. in auth. de hæred. ab intesta. uenien. † Illud enim ab intestato verum est, non cum testamentum conditum est, tot. tit. ff. de coniug. cum eman. libe. no. in l. si emancipati. infra de colla. Mantua hic ad fi. versi. 6. dubitari contingit.*
4 *† Filijs autem arrogatis debetur. l. si arrogator. ff. de adop. Item debetur filijs legitimatis, licet naturales tantum orti sint, præsertim si subsequenti matrimonio legitimati sint. §. 2. insti. de hæredi. quæ ab intesta. Ias. in rub. ff. de libe. & posthu. Tiraquel. in. l. si unquam inf. de reuocan. donatio. uer. susceperit. nu. 64. quæ tamen intelligenda sunt, nisi legitimatio limitata sit, videlicet, vt filius non nisi in ea parte succedere possit, quam pater ei relinquere voluerit, quæ legitimationis species dispensatio potius quàm legitimatio vera à doctoribus appellari solet. Dida. Coaruuies in c. 1. de sponsa. §. 8. 2. partis. num. 2. uersi. hinc efficitur, Mandellus. Alben. in consi. 7. num. 2. Intelligas tamen hæc eo modo, quo declarat Deci. in*
5 *consi. 257. & 264. † Nec tamen prætereundum puto, quod si filij suscepti sint eo tempore, quo matrimonium cum matre eorum contrahi non poterat, ueluti si alteri mater eorum nupta erat, per matrimoniū subsequens legitimi non efficientur, Hinc dubitari contingit, quid si clericus beneficiatus nondum sacris tamen ordinibus initiatus ex concubina filios susceperit, quam deinde in vxorem duxerit, an ij filij antea suscepti legitimi erunt, & Bar. quidem in. l. in Concubinatu. ff. de Concubi. & in. l. & si cōtra. inf. de nup. credidit eos non effici legitimos, quod matrimonium honeste contrahi non posset tempore, quo filios suscepit, cum beneficijs frueretur, eumq; multi sequuti sunt, videlicet Anton. de Rosellis in tract. de legitimat. in. §. de causa materiali. num. 3. Præpositus in c. per venerabilem, qui filij sint legit. §. quod autem num. 12. Ioan. Cephal. in consi. 376. nu. 20. lib. ij. quæ tamen Bartholi opinio à multis non recipitur, nec fortasis ab re. Sanior enim videtur Ioannis Andreæ sententia fuisse in c. sine culpa. de reg. Iur. in 6. quam & sequutus est Didacus Coar. multiq; alij quos ipse aduocat. in lib. 2. Epitome. c. 8. num. 5. versi. 3. est idem intelligendum. hoc enim vnum spectandum est, an matrimonium tenuerit, aut uerius an tenere potuerit tempore susceptæ prolis, at satis constat, clericum, modò sacer non sit, quamuis sacerdotium, seu beneficium (vt uocant) possideat, contrahere matrimonium ualide posse, beneficium verò contracto matrimonio uacare glo. c. 1. de cleric. coniuga. in 6. Ab. c. 1. extra eod. titu. si tamen beneficium sacri cuiuspiam ordinis ratione detineat, uix admittendum cū aliunde ab eo causam ducentem arbitrarer, vt hac turpi allegatione vti posset, dicendo matrimonium illud tenuisse, q in sacris ordinibus non esset, quomodo enim*

audiendus

Audiendus erit dicens, se intra sacros ordines receptum non esse, cum sacrorum ordinum causa & merito beneficijs perfruatur? arg. eorum quæ dicit Bart. in. l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiur. & in. l. 1. ff. de condict. ob tur. cau. Ab. & ceteri in cap. cum super. de conceß. præben. c. inter dilectos. de donat. in c. tertio loco. de præsump. Aut certè cum præsumptio hæc iuris sit, haud facilè probationem contrariam admittet.

6 † An uerò filijs delicto suo à ciuitate expulsis, & (vt uocant) bannitis legitima debeatur? Baldus in. l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. ait, damnatis in ære & persona legitimam non deberi, nec fiscum ex eorū persona agere posse, cum pro mortuis habeantur, l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, idq; etiam traditum est procedere, quamuis testamenti facti tempore filius integri status esset, si modo Patre ipso etiamdum uiuente damnatus esset, sequitur Fabian. hic. num. 28. & 29. & congruunt ea, quæ infra alio in proposito sumus dicturi.

Debetur etiam matri legitima in bonis filij infantis Cephal. consi. 120. nume. primo libro primo.


7 † Quo iure autem legitima filijs in Parentum bonis debita sit, si quæratur, videtur iure Naturæ debitam esse §. cum itaq; in authen. de hæred. & falci. l. fi. §. omnia igitur. inf. de adop. ibi. & ab eo naturalia debita percipere. Re vera tamen (quicquid scripserit Dyn. in c. indultum. de reg. iur. vbi ap. Dec. in. l. iura sanguinis. ff. eo de reg. iur. vbi ap. Stefan. Bertr. in. l. hac edictali. num. 5. C. de secun. nup. alijue, quos non recenseo) cæteris præferenda videtur sententia recitata à Ripa in. l. in quartam. num. 132. ff. ad leg. falcid. dicentis. quodam iure positiuo quidem deberi, sed obligationem ipsam iure naturali prouenire, quod sic est intelligendum, obligatum quidem iure naturali Patrem esse aliquid filio in alimenta relinquere, quorum alimentorum loco succedit legitima, hocq; modo est intelligenda. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. scripto hærede. ff. unde lib. c. ius naturale. prima distinct. Sed quod tertia potius, quàm quarta, vel dimidia eius, quod ab intestato fuisset consequuturus, debeatur, id nihil ad ius naturale spectat, sed ad ius positiuum duntaxat refertur, neq; ab eo discrepat, quod Fabian. hic tradit, num. 18. multaq; alia à Doctoribus diuersis in locis dicta huc tandem corriuare omnia uidentur, quod ad multa quidem poterit decisionem præstare, & ad eam quæstionem præsertim, an possit per statutum minui legitima, aut in totum tolli, de qua alias. Et quamuis amor potius descendere credatur, quam ascendere, gl. in. l. nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testam. & parentum potius proprium ingenitumq; officium sit liberos alere, quam è contra. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. fin. inf. de do. promis. non ideo tamen dicendum est. quin & talis obligatio uicem

com-

commutationemq; recipiat, ac recipr...tur, dicendum proinde sit ipsis quoq; parentibus legitimam aliquam portionem alendis eis idoneam deberi,ut not. in d.l. nam & si parentibus.de inoffi.testam.

Bona an sint pro legitima hypotecata.

1 Filius pro legitima dicitur creditor, & equiparatur creditori.
2 Legatarij habent hypotecam.
3 Hypothecam pro legitima subesse nulla lege est expressum.
4 Supplementum legitimæ nullam hypothecam habet.
5 Supplementum legitimæ non habet eundem fontem, quem legitima.
6 Supplementum legitimæ est contra testatoris uoluntatem.
7 Supplementum legitimæ petitur condictione ex lege.
8 Supplementum legitimæ uidetur uenire ex eodem testamento tanquã minus scriptum quàm dictum.



ED an ita filio debita sit legitima vt bona paterna ei hypothecata sint ex tali causa, quæri & dubitari solet, cui dubitationi causam præbuisse videtur gl.in. l.si quis le-
1 gatũ uersic.non posse.ff.de falsis,quæ censuit † filium in legitima creditori parificandum esse cuiuis creditori, quamuis id temperet confestim,affirmando ex æquitate non iuris rigore procedere , & de legitima patrono debita idem ait gl.in.l.si quis patronus,uersi. promiserit, & uersi.soluere.ff.de donatio, inquiens legitimam deberi veluti æs alienum,Nec uidetur carere ratione,
2 † cum legatarij & si alioqui nullo sanguinis uinculo testatori coniuncti essent, ac remota testatoris uoluntate nullam in legatis rebus probabilem spem haberent, testatoris tamen bona pro legatis hypothecata sibi habeant.l.1.inf. communia de leg.quapropter nonnulli etiam pro legitima hypothecam subesse crediderunt, ut Picus in.l.in quartam.ff.ad.l.falcid.

Sed hæc tamen opinio nec recepta est à doctoribus , nec recipi aprobariq; digna fuit
3 †quandoquidem nulla lege expressum reperitur,hypothecam hac causa tacitè induci.to.ti.In qui.cauf.pig.vel hypo. taci.contraha. At hypotheca, ut inducatur expresse cautum esse oportet.l.ante omnia.ff.de probatio.quocirca merito contra

ria

ria sententia recepta est Alex.in. d. l. in quartam vbi etiam Ripa num. 114.& 115.& idem Alex.in consi.117.num.20.& 21.l.6.Afflict.in decis. 162. nu. 4.ubi Thomas Gramma.in addi. Fabianus hic nu. 119. Dec. consil. 235. colum. vlt.& idem Ripa in l.filiusfamilias.§.diui.num.26.de legat. 1. Negusantius in tract.de pigno.in.4.membro secundæ partis prin.in 24.casu.Philip.Port.in.l.6. commu. opin. concl. 12. qui plura quidem sed non supradicta adducit, Rolan.à Valle consi.78.nu.18.lib. 1. & ad allegata in contrarium respondet Dec. in d. consi.235.Ex qua conclusione non paucæ difficultates tollentur et inter cætera, quod dicit Ripa in.l.1.num.158.ff.de uulg. ad quem relego.

4 † Qua ratione idem quoque in legitimæ supplemento dicendum videtur, ut neque pro eo hypotheca competat.Socin.in.l si ex toto.num.3.de leg.1. Bologninus in consi.59.versi. non obstat. Port. Imola ubi supra, quamuis enim supplementũ legitimæ supponat aliquid pro legitima licet minus sufficiens in testamẽto relictũ esse,Ex quo dicendum uideatur,quod cum filius bona omnia paterna sibi hypothecata habeat pro eo relicto.d.l.1.& 2.C.commun.de lega idem censeri debeat ẽt de augumento seu supplemento legitimæ, quod sui principalis naturam sequi con-
5 uenit,l.quod in rerum.§.si quis post de lega.1.l.etiam.C.de usu.† tamẽ cũ ipsum augumentum seu supplementum legitimæ non proficiscatur ex causa & fonte,ex quo principale,non debet eius sequi naturam relictum.n. testamento testatorisq;
6 uoluntate innititur actioneq; ex testamento debetur,† at supplementum à lege in
7 ductum est contra testatoris uoluntatẽ, † & pro eo cõpetit condicio ex.l. scimus, hoc nostro tit.sic docet.Socin.in d.l.si ex toto, Ripa,in d.l.in quartam. num. 115. quamuis aliud scripserit Salicet.in.d.l.scimus in prin.Fulgosius in consi. 84. incipien.Bonacursius condidit testamentum,in colum.2.in fi.quem sequitur Dec. in d.consi.235.colum.pen.num.8.usq; ad fin.& Port.Imo.in d.concl.12. commu.
8 opi.uersi.tenendo primam opinionem. † Sed tamen quod institutus etiam in re minima uirtute eius institutionis consequatur supplementum vsq; ad totam legitimam tanquam si fuisset institutus in tota legitima vide Bald. in.l. hac Edictali colum.3.inf.de secun.nup.Dec.in.l.fi.num.24.inf.de edict.Di. Adr. tolen. Cagnol.in.l.Papinianus.§.quarta num.2.ff. eodem de inofficio. testam. Videtur.n. quasi plus dictum,ac minus scriptum Bar.in.l.ex facto.ff.de uulga.in.l.humanitatis inf.de impub.Rui.consi.142.num.3.quod procedere nonnulli credunt etiam ubi apposita fuisset clausula, ne posset plus petere.Ioan.Cepha.in consi. 95.num. 9.l.1.vnde ipse infert,quod filia poterit supplementum petere,quamuis plus petere prohibita fuisset.

In re quidem ipsa,quæ pro legitima relicta est,certissimum est hypothecariam actionem

nem competere, siue à patre filio relicta sit, siue è contra Bologni. in. d. consil. 59. Port. Imo. ubi supra.

Pro legitima non habet dominium filius in bonis paternis.

1 Legitimæ dominium non acquiritur ante aßignationem ipsius.
2 Legitima diminuitur diminuto patrimonio post mortem patris.
3 Pauli Castren. lapsus.
4 Filius est quasi creditor in legitima,

1 HIS consequens est, ut non dicatur quis dominium rerum hæreditariarũ ratione legitimæ habere, antequam res ipsæ pro legitima aßignatæ sint, quamuis titulo hæreditario legitima filio debeatur, ac hæres dominium rerum hæreditariarum post aditionem, ante traditionem, & acquisitam possesßionem nanciscatur, vt dicit Craue. in cõsil. 202. nume. 35. quocirca non satis constare uidetur,
2 quod dixit Castren. in. l. in ratione colum. 2. ff. ad l. falci. dum ait, † diminui legitimam, si patrimonium post mortem patris diminuatur, eo quia (inquit) legitima debetur in singulis rebus, unde si pereunt, necesse est, damno eius perimi, cuius
3 erant, † quibus uerbis præsupponit res in dominio filij fuisse, quod falsum est.
4 † Dicetur quidem filius quasi creditor in legitima, ut diximus supra, & per Ias. in l. filiusfamilias. §. diui in 5. notab. de lega. 1.

Legitimæ consideratio habetur solum facto testamento.

1 Legitima non debetur ab intestato.
2 Legitima formaliter accepta aliud est, quàm hæreditas.

1 EST etiam sciendum, quia de legitima tractandum est, quod † legitimæ detrahendæ seu aßignandæ consideratio ex testamẽto, vt plurimum ferè duntaxat haberi solet, non ubi causa omnino est intestati, nam si nullum testamentum omnino factum sit, frustra de legitima quæstio fiet, cum in-

integram

tegram suam portionem filii altiue legitimi heredes, quibus legitima competit, habere debeant, non autem tertiam, vel dimidiam tantum, vt dicit Aret. in cons. CLIX. col. pen. ad prin. vers. quinimo etiam si hereditas, qui ex hoc infert, quod ab intestato filius non potest totam hæreditatem repudiare sola legitima retenta, quia ab intestato (inquit) non debetur filio legitima sub ratione le-
2 gitimæ, sed sub ratione hæreditatis. † Et aliud est legitima formaliter accepta, aliud hereditas. Ias. in l. prim. col. XI. vers. Octauo querit Bart. ad fi. ff. de vulga. Crauetaq; ex hoc infert ad casum suum, & alios citat in d. cons. CCII. col. 3. nu. 11. & satis clare patet, legitimam testamento facto duntaxat in consideratione haberi tam per Auth. nostram, & ex corpore vnde sumpta est quam ex l. antecedenti, cum hac in auth. dicatur, præstandam eam quoquo relicti titulo, & in l. antecedenti, & in l. Omnimodo, aliisq; similibus fit consideratio super legitima, vt sciatur an testamentum inofficiosum dici possit, intelligo autem in hoc negocio testatum Patrem fuisse etiam si tantum codicillos fecerit, quibus forte legata vel fideicommissa reliquerit, tunc .n. quoq; ratio legitimæ habebitur, potest tamen legitimæ consideratio haberi, et cum Pater inofficiosas donationes fecit auten. vnde si Parens inf. de inof. dotib. etiam non facto testamento.

Rationes dubitandi.

1 Filii sunt quodammodo domini in vita patris.
2 Filii cur debeant institui, vel exheredari. (coheredum.
3 Filius non vsucapit pro herede res hæreditarias sibi à patre donatas pro parte
4 Vxor improprie dicitur domina dotis, & eius possessionem habere.
5 Facultas testandi ex dispensatione est.
6 Pater habet potestatem in personam filii.
7 Pater olim poterat filium distrahere tertio.
8 Adoptio quare fieret per tres emancipationes.
9 Hereditas paterna est quasi debita filiis, non proprie debita.
10 Ratio certa reddi non potest; quare legitima sit potius tertia vel dimidia quam alia quota;

QVanta autem vel quota esse debeat legitima filiorum satis apparet auth. nostra nempe vt si quatuor sint filii, vel pauciores, ex substantia deficientis tri-

rus, sin plures sint, semis debeatur, ex æquo inter eos diuidendus.

VIdebatur tamen, quod filii non deberent tantum legitimam eo modo taxatam habere, sed integrum patrimonium paternum, cuius nec
1 *minima parte fraudari possent. † cum sint quodammodo domini in vita patris l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. prim. §. Largius ff. de successo. edic. & dicitur esse debita filiis hereditas paterna l. fi. §. penul. C. de codici. l. fi. C. de cura. furio. l. prim. C. de impo. Lucra. descript. lib. x. l. & quia ff. pro socio l. fi. §. omnia igitur inf. de adopt. ibi, Naturalia debita percipere, & in auth. de trien. & semi. §. prim. ibi, quibus quod relinquitur etiam debitum vocant, & hæc spes quam filius habet in successione bonorum paternorum est naturalis l. scripto herede. ff. vnde libe. l. fi. ff. de bo. damna. seu l.*
2 *vni. ff. de portio. quæ libe. damna. † Vnde factum esse aliqui opinantur, vt necesse sit filios in testamento institui, vel exheredari, prætcritiq; testamentum dicant nullum, nam cum sint domini in vita patris, nisi pater eos exheredaret, concurrerent cum herede instituto Bar. in d. l. in suis ff. de libe. & posthu. de qua tamen ratione an procedat videndum per Alex. & Ias. in d. l. in suis, & Port. & eundem Ias. Insti. de exhereda. libe. in prin. Quinimo etiam possessionem dicitur patre viuente filius habere, vt dicit glo. in d. l. in suis, vers. quodammodo, & glo. in §. sui autem in fi. in ver. existimantur. Insti. de heredum qualitate & differen. quæ alegant tex. in l. 2. ff. pro hered. vbi dicitur*
3 *naturalem possessionem penès filium fuisse viuo patre † atq; hinc esse, quod filius à patre institutus res hereditarias à patre sibi donatas pro parte coheredum vsucapere non possit, quod tamen à Bar. non probatur in d. l. in suis, sed Alex. & Ias. admittunt, modò de dominio & possessione impropria, non vera intelligatur, seu (vt Egidius Perri. censuit) de dominio & possessione interpretatiua, & consistente in intellectu, sed nec aliud existimo glo. ipsam sensisse, cum dixit,*
4 *quod ideo videtur dominus, quia in bonis patris alitur. † Sicut vxor domina dotis dicitur, & possessionem habere, & dicit quod hoc consistit in nudo & puro intellectu. Videbatur igitur ex his dicendum teneri patrem omnino totam hereditatem, quæ ad filios ab intestato peruentura erat, eis ex testamento relinquere, nec eos defraudare vllo modo posset, nam relinquendo minus videtur eis auferre debitum naturale, quod fieri nec potest, nec debet, l. iura sanguinis, de reg. iur. §. sed naturalia Insti. de iu. natu. l. 2. ff. de vsuf. ea. rer. in fi. cum simi. fa. l. testandi causa C. de testam. l. nemo potest de lega. primo l. quidam decedens ff. de admini. tuto. c. requisisti c. tuas extra de testam. Idq; tanto magis.*

quia

5 † quia testandi facultas ex quadam dispensatione concessa videtur, vt quis conferat dispositionem de rebus in id tempus, quo amplius futurus non est dominus l. ista institutio, vbi glo. ver. pendere ff. de hered. insti. Si ergo vix permititur disponere de rebus propriis; multo difficilius permittendum erat in auferendis rebus alteri debitis, & quodammodo alienis, quae ratio militat etiam quo ad alios, quibus legitima debetur. Sed contra videbatur totum oppositum esse dicendum, quod pater nihil adstrictus esset filio relinquere, si nolebat, neq; tertiam neq; quartam, nec aliquid omnino; tum ex regula generali, quae habetur in l. prim. C. de sacros. ecle. in §. disponat in auth. de nup. l. cum duobus §. Papinianus ff. pro socio, & c. vltima voluntas XIII. q. II. ponderando ibi ea verba, modis omnibus, quae praecisa sunt l. fi. vers. omnimodo vbi Bal. C. de contrahen. empt. §. pretium Instit. de empt. & vend. c. qualiter secondo vers. omnino. de accusa c. ex parte primo de offi. deleg. vbi Dec. & caeteri, cum si-
6 mi. † Item quia pater habet filium in potestate adeo quidem, vt & de persona eius possit, nedum de bonis disponere, & quicquid filius acquirit, id patri acquirat, Insti. de pat. potes. & insti. per quas perso. no. acqui. l. placet ff. de ac-
7 quirenda haeredit. † Et olim poterat etiam eum distrahere, quod etiam hodie quibusdam in casibus potest, l. prima & secunda. Cod. de patr. qui filios distra. nempo propter nimiam egestatem & paupertatem, & dantur etiam hodie filii pro obsidibus, licet glo. in d. l. 2. hoc fuisse vsurpatum dicat, & ad illam l. 2. C. de patr. qui fil. distra. vide omnino Dida. Coaru. in lib. III. variarum resolutionum cap. XIIII. nu. 4. & seq. post Tiraq. in lib. primo de retrac. §. 26. nu. 14. & Alciat. lib. 2. de verb. signif. qui inter caetera tractant, quidnam sibi velit verbum (sanguinolentos) in ea lege positum. Patre tamen ad pinguiorem fortunam reuerso potest filius propter necessitatem distractus contra eum agere, vt liberetur, Felin. in c. cum dilecta col. 22. vers. monachus non agit, in vers. fallit octauo, de rescrip. Bal. in c. ex rescripto. de iureiur. Dec. in l. quae propter. de reg. iu. Coaru. vbi supra, Quinimo si filius à patre venditus, per emptorem bis fuisset manumissus, poterat & tertiò à patre in necessitatem relapso distrahi, vt in l. XVII. inter l. Roma. legere licet, cuius haec erant verba, vz. (PARENTVM liberos omne ius esto relegandi vendendi occidendi) & in l. XVIII. infrascripta verba habetur vz. (PARENTIBVS ter vendendi filios ius esto,) Ad quarum legum interpretationem vide Balduinum
8 qui ait hinc prouenisse. † quod olim adoptiones fiebant tribus emancipationibus intercedentibus & duabus monumissionibus, vt hoc modo triplex ius, quod

pater in filium habebat tribus emancipationibus auferretur, tanto igitur magis licere videbatur patri filium à bonis suis omnino excludere.reg. cui licet. &c. Imò, quod posset pater filios exheredare, tex. est in d.l. in suis ff. de libe. & posthu. in fi. quæ tamen ratio prædicta generalis non est, cum ad alios non pertineat, quibus legitima debetur, sed ad filios tantum, aliorum vero ratione aliud mouere videtur, nam si filii excludi possent quibus de iure naturali alimenta debentur, & qui tantum ius habent in hæreditate paterna, Ergo multo magis alii remotiores, erga quos nullum iuris vinculum nos deuincit, excludi posse videntur.

In his igitur extremis electa est hæc via, quæ inter vtrumq; secat, vt testatori quidem aliquod arbitrium saluum sit, non tamen liberum omnino, quin & his personis, quos natura tam arcto vinculo nobis copulauit, & deuinxit, aliquo modo teneamur, ita tamen, vt latius pleniusq; arbitrium sit, obligationemq; naturalem vincat ac superet, quia hoc pacto pietas, quæ inter patrem & filium intercedit, à pudore excusat, quem pater incureret filio nihil relinquendo, & quemadmodum pater tenebatur filium alere, congruum fuit aliquam partem in bonis paternis ei assignari, ex qua ali posset §. primo & §. & hoc prohibemus. in auth. de trien. & semi. & §. cum autem Instit. de inofi. testam. ita dicit Bru. in trac. de statu. exclud. femi. arti. XI. nu. 22. Nec quicquam huiusmodi arbitrium impedire debuit, nam & si huiusmodi personis hæreditas debita sit, &
9 *nonnullis quidem iure naturali, † Id tamen improprie est intelligendum, nam leges dicunt eam quasi debitam, siue veluti debitam, ita enim se habet tex. in d.l. fi. ff. de bo. damna. ibi (velut ad debitam successionem eos vocando) & in l. fi. §. sin vero furioso, inf. de cura. furi. & in l. fi. §. omnia igitur inf. de adopt. ita dicit glo. in l. 3. vers. nullis rationibus inf. de iu. & fac. igno. de quo & nos infra, quemadmodum etiam supra diximus, filium non proprie habere dominium & possessionem, sed improprie, & interpretatiue, (vt hac voce doctorum vtar) qua de re Ias. in l. lex Cornelia ff. de vulga. Guid. Pap. quest. CCCCLXXXVI. Felin. & Dec. in c. in presentia de proba. hic nu. 61. ille nu. 43. Rolan. à Valle conf. XCVII. nu. 6. & 7. lib. 2. Hinc filiis non competit remedium reintegrandæ, nisi possessionem bonorum patris defuncti aprehenderint, presertim si possessio vacans non esset, Alex. in d.l. in suis, Rolan. à Valle in conf. XLVI. nu. 34. & seq. Neq; opposita mouere debuerunt, nam & si liberam esse oporteat testatoris voluntatem, legibus tamen & ratione rectam esse conuenit d.l. testandi causa inf. de testa. d. cap. requisisti, & c. tuo nos. de testa. fa. c. fi.*

XXVII.

XXVII. queſt.prima & glo. in l. ſi quis ad declinandam C. de epiſ. & cle. in ver.ſimili modo in fi. Deci.conſ.CCCXCI.col.fi.& conſ.CCCCXXVI.nu.34.& ſeq.Vnde & Antoni.Pius hereditates ſibi delatas repudiabat eorum, quibus filii exiſtebant, ut Iul. Capitoli. ſcriptum reliquit. Neq; dictio (omnino) adeo eſt præciſa, quin congrue iuxta negocii qualitatem moderationem admittat Bal. in d.l.ſi.nu.2. in fi.inf.de contrah.empt.cuiuſmodi eſt hæc moderatio, ne filius ab hæreditate paterna quaſi debita,& cuius eſt quodammodo dominus,
10 etiam patre viuente, excludatur. † Qua ratione vero tertiam potius partem vel dimidiam, quam aliam quotam relinqui leges voluerint, nulla certa ratio reddi poteſt, ſed iuris arbitrarii, quemadmodum ſimile cernitur in l. prima §.poſtulare, vbi glo.in ver.ratus ff.de poſtulan.ad cuius glo.exornationẽ Felin. in c.ſi quando, col.antepen. de reſcrip.fa.glo.in c. 2. ver. vel quatuor de reſcrip.in VI.

Quota legitimæ quo referatur.

1 Legittima eſt Quota eius quod ab inteſtato debetur iure communi, non iure municipali.
2 Legittima ſemel ſeparata ſemper ſeparata manet, & vtilitas huius dicti.
3 Vxor relicta domina, & vſufructuaria non habet vſufructum in legitima filii licet ille poſt deductionem moriatur.
4 Alimenta ſecundum vires patrimonii taxantur.
5 Relicta à ſubſtituto pupilli an non ſolum præſtanda ſint de bonis paternis, ſed etiam de bonis pupillo aliunde acquiſitis.
6 Legitima filii ad alium tranſlata, quomodo grauamen patiatur.
7 Filius per pactum excluſus à ſucceſſione non eſt à legitima excluſus.
8 Filius inſtitutus in re certa pro ſua legitima renunciando ſucceſſioni non videtur legitimæ renunciaſſe.

1 HAEc autem quota, quæ in titulum legitimæ debetur, non eſt quota eius,qđ ab inteſtato debetur ex iure municipali. † ſed quod de iure communi debetur ab inteſtato; Salycet. hic nu. 15. Imola in l. gallus §.& quid ſi tantum.de lib.& poſth.Ruin.conſ. XL. nu. 13. lib. III.vbi inf. ad caſum ſuum. Nec illud omittendum eſt, quod vbi ſemel filius

lius suam legitimam à reliquo patrimonio separarit, semper separata erit, ac separata permanebit, etiam quo ad filii ipsius heredem, qua ratione ac aliis consuluit Ruin. in cons. LII. col. quatuor primis, & præsertim nu. 8. lib. II. quod vxor relicta domina & vsufructuaria omnium bonorum mariti, donec in niduitate caste & honeste vixerit, debet habere vsumfructum bonorum deducta tamen filii instituti legitima, per cuius filii mortem bona peruenerunt ad extraneos heredes mediante substitutione pupillari, quia viuente adhuc filio, eius legitima quantum attinet ad legatum prædicti vsufructus semel fuit separata à reliquo patrimonio patris, vt patet ex hoc, quia licet filius esset obligatus matri ad alimenta solum vigore dicti legati, tamen quia alimenta debent taxari secundum vires patrimonii l. pen. in prin. ff. de alim. & cib. leg. æstimabitur patrimonium in assignandis alimentis matri deducta legitima filii, de qua legitima istud alimentorum onus ipso iure deducitur, Sic igitur, quia viuente filio quo ad hunc prædicti vsufructus relicti effectũ filii legitima tanquam proprium filii patrimonium considerari cæpit, ac tanquam à reliquo patris patrimonio sepa-
2 *ratum. † iccirco eadem separatio semel facta apud ipsius heredem permanet ac durat quo ad eum vsumfructum, arg. l. pater §. quindecim de leg. tertio,*
3 *qua ratione respondit Aretino, † qui in l. qui duos ff. de vulga. tenuit relicta à substituto præstanda esse non tantum de bonis paternis, verum etiam de bonis ipsius pupilli aliunde quæsitis, & consequenter, quod etiam filii legitima*
4 *huic oneri subiaceat. † quando filius in maiori portione institutus fuit, quam sit legitima, cum illam iure hereditario, & tamquam hereditatis partem capiat ex Bart. in l. quia poterat ff. ad Trebel. Vnde licet in legitima filius grauari nõ*
5 *possit. † quia tamen hæres ipsius grauari potest, & sub appellatione hereditatis testatoris comprehenditur, capiturq; ex vno & eodem titulo, quo reliqua hereditas, ideo non minus quàm alia qualibet hæreditatis pars oneri subiacet, arg. l. vnum ex familia §. si. cum seq. & ibi no. de lega. prim. cum aliis per ipsum Aret. ibi adductis, nam ad hoc Aret. dictum respondet Ruin. quod hoc casu Aret. præsupponitur legatum simpliciter factum fuisse post filii mortem, & sic, quod eo viuente legitima non fuerit à reliquo patrimonio separata, verum vbi*
6 *filius simul grauatus fuit, adeo quod † Legitima debuerit ipso iure apud ipsius heredem deduci, consideratur vt proprium filii patrimonium, non autem vt pars paterni patrimonii, cum semel separata fuerit, sed de huius dicti tamen veritate non sum in præsentia tractaturus. Ex hoc quoq; idem Ruin. in cons. XXVII. lib. III. nu. 8. infert, quod licet filius per pactum à successione pater-*

na exclusus, non censeatur à legitima exclusus, nisi id specialiter expressit l. si
7 quādo §. & generaliter, hoc eo. tit. Guliel. & Bal. in l. de his ff. de transac. † vbi
tamen in re certa prò legitimá institutus fuisset, ita quod legitima formaliter
deberetur vt quota bonorum à reliquo patrimonio separata, tunc renunciatio
8 † seu pactum restringi debet, vt ad ipsam legitimā iam separatam non referatur, cum enim iam separata fuerit, separata permanere debet, nec cum reliquo patrimonio sub renunciatione facta comprehendi.

Legittima quomodo sit quota eius, quod ab intestato debetur.

1 Legitima est quota eius quod ab intestato debetur.
2 Legitima non debetur his qui ab intestato non succedunt.
3 Fratres minores non sunt capaces legitimæ.
4 Preteritio eorum quibus legitima non debetur, testamentum non uitiat.
5 Statutum Brixiæ an videatur prohibere legitimæ supplementum dum disponit; quod successio deferatur masculis descendentibus ex linea masculina exclusis fœminis, quæ tamen fœminæ ali debeant, quo ad vsq; matrimonio collocentur, & tunc competenter dotentur.
6 Salyceti opi. quod legitima sit quota totius substantiæ communiter reiecta.
7 Legitimam non deberi his, qui statuto à successione excluduntur.
8 Salyc. contra communem opi. fere probatus.
9 Filius propter delictum à successione exclusus, excluditur etiam à legitima.
10 Fœminæ Exclusæ à successione agnatorum contemplatione legitimam percipiunt extraneis institutis;
11 Filiæ, quibus nihil per statutum assignatur, à legitima non excluduntur, & quomodo intelligatur statutum iubens filiam esse cōtentam dote sibi data vel promissa, an tollat petitionem supplementi.
12 Filiæ per statutum exclusæ extantibus masculis, an in numero filiorum computentur ad augendam legitimam.
13 Portio exclusorum quibus detur.

Si

Si quatuor sint vel pauciores.

1 QVod vero dictum est legitimam esse tertiam, vel dimidiam. † intellige, vt sit tertia vel' dimidia eius, quod ab intestato debetur, vt dicit glo. hic in ver. titulo circa med. glo. in vers. quod intelligo, & glo. in auth. de trien. & semi. §. Excipiatur, ver. curialibus circa med. glo. vers. vel melius quilibet debet habere, & glo. in l. si arrogator, in ver. quartam partem ff. de adopt. vbi etiam Ias. ex quo inferri po-
2 test, quod cum sit quota eius, quod ab intestato debetur, consequenter † Legitima non debeatur his, qui ab intestato successuri non fuissent, quo argu. vti-
3 tur Bart. in trac. minorica. in prim. q. vlt. lib. cum dicat. † Fratribus minoribus legitimam non deberi, quia legitima (inquit) est quota eius, quod quis ab intestato esset habiturus, ipsi autem fratres ab intestato capaces non sunt, & consequenter legitima eis non debetur, Sic etiam arguit Bal. in l. maximum vicium col. pen. seu antepen. nu. 22. vers. in contrarium C. de lib. prate. in illa q. an existente statuto, vt filiæ fœminæ ad successionem non veniant ab intestato existentibus masculis, filia cui titulo legati relicta sint quinq; institutis masculis veluti præterita possit testamentum dicere nullum, & quod non possit testamentum rumpere, vel dicere nullum, sic arguit inter cætera, nam certum est (inquit)
4 quod eorum † præteritio, quibus legitima non debetur, testamentum non viciat, sed huic filiæ legitima non debetur, cum extranei instar sit, legitimaq; intestati ratione dicatur, at qui nullam ab intestato partem est habiturus, ipsi dici non potest legitimam deberi, l. cum quæritur, supra eo. Eodem modo etiam arguit Paul. castr. in cons. CCLXXXVI. col. 2. vers. breuiter his non obstan. lib. primo, quod consilium incipit. Quoniam omne fundamentum, & in cons. XCVI. Incip. Si dicta Cornelia in prima col. in prin. lib. 2. & in cons. LXVII. incipien. In præsenti casu eo lib. II. Idem dicunt docto. in l. gallus §. & quid si tantum ff. de libe. & posth. & presertim Alex. ibi, & Socin. & idem Alex. in cons. III.
5 incipien. Circa præmissam lib. VII. † Et in statuto Brixiæ disponenti, quod hæreditas, & successio deferatur masculis quibuscumq; descendentibus ex linea masculina exclusis semper fœminis, & descendentibus ex eis, qui masculi teneantur dictas fœminas alere, quoàd matrimonio copulabuntur; & eas pro opibus arbitrio amicorum dotare, In hoc inquam statuto respondit Rum. in d. cons.

conſ. XXVII. lib. III. quod nepotes ex filiabus teſtatoris præmortuis legitimæ ſupplementum petere non poſſint, Hinc & Nata. in conſ. CXCIX. nu. 2. lib.
6 *primo conſuluit.* † *Quod extantibus filiis non debeatur legitima nepotibus in bonis aui, quia ab inteſtato ſucceſſuri non fuiſſent, quamuis alioqui pater eorum emancipatus eſſet, cum hodie nulla inter emancipatos & filios in poteſtate exiſtentes differentia ſit, Hinc etiam ſit, quod legitima filiæ non debetur, quæ ſeipſam ab inteſtato excluſit, Crau. in conſ. XI. nu. 13.*
6 † *Salycet. tamen hic nu. 11. q. XI. col. antepen. contrarium tenet tam in deciſione, quam in deciſionis ratione, dicens, quod ſi lex municipalis ſimpliciter prohibeat filias fœminas cum maſculis ſuccedere non intelligitur tamen etiam prohibere eas legitimam petere rationibus per eum adductis, reſpondetq; ad rationem ſupra adductam, qua dictum eſt, legitimam eſſe tertiam eius, quod ab inteſtato debetur, Reſpondet inquam, quod legitima eſt tertia totius ſubſtantiæ teſtatoris, non autem tertia eius, quod ab inteſtato debetur, nam in corpore vnde ſumitur hæc auth. v3. in auth. de trien. & ſemi. non dicitur, quod ſit portio eius, quod ab inteſtato debetur, quod ius nouiſſimum forte ſic cum miſterio diſponit. Sed tamen re vera in hoc Sali. fallitur, dum tenet legitimam non eſſe quotam eius, quod ab inteſtato debetur, ſed totius ſubſtantiæ, & ab omnibus ferè docto. hæc ſententia exploſa eſt, vt teſtatur Iaſ. hic col. pen. in prin. quamuis enim tex. in d. auth. de trien. & ſemmi. non loquatur de quota eius, quod ab inteſtato debetur, ſed totius ſubſtantiæ, id propterea factum eſt, quia de filiorum omnium legitima collectiue loquitur, quapropter ad vniuerſam ſubſtantiam ratio habenda fuerat, facto autem calculo diſtributiue vnuſquiſq; eorum in effectu non capit niſi portionem & quotam eius, quod ab inteſtato habiturus fuiſſet, Itaq; ius commune antiquum in hoc tantum correctum eſt, quod pro quarta, filiis tertiam vel dimidiam dat, ſicq; auget ſolum legitimam non autem modum vel qualitatem mutat, ita Ruin. in d. conſ. XXVII. col. 2. circa med. nu. 5. qui Butr. ad hoc ipſum citat in conſ. XXXVIII. incip. in queſt. iſta, vnde con-*
7 *cludit Ruin. (vt dixi)* † *legitimam petere non poſſe eos, qui per ſtatutum à ſucceſſione excluſi ſunt, quæ opinio eſt communis contra Salycet. vt teſtat. Dec. conſ. CCXCVI. col. prima nu. 2. & conſ. CCXCIX. col. II. circa fi. nu. 5 & conſ. 304. col. fi. in fi. nu. 9. qui Dec. plures alios citat hanc opinionẽ cõmunẽ ſequen. & præſertim etiam Alex. tam in pluribus ſuis conſiliis, quam etiam in d. l. Gallus §. & quid ſi tandum. ff. de libe. & poſthu. qui dicit, quod pluries fuit requiſitus ad conſulendum pro opinione, quam Salicet. tuetur, ſed nunquam ta-*

tamen voluit consulere, & communem dicit etiam Socin. cons. LXXXIX. col. fi. & cons. CXXVII. col. II. circa med. lib. IIII. qui dicit, quod ferè omnes docto. hanc opinionem tenuerunt excepto Salycet. & multos alios, qui de communi testantur, citat Crau. cons. CCXXIX. col. II. circa prin. Alba cons. VII. nu. 3. & cons. XXIII. nu. prim. Ex quo etiam fit, quod filius legitimatus limitate, idest, in eo, quod patri videbitur, in legitima nullum ius habet. Alba d. Cons. VII. nu. 2. & prædicti, aliiq; doctores, qui hanc opinionem communem tenuerunt, eo potissimum fundamento sunt adducti, quia (vt supra dictum est) cum legitima sit quota eius, quod ab intestato debetur, nihil autem debeatur ab intestato stante dispositione statuti, non potest hæc portio ad id, quod nullum est

8 proportionem vllam habere. † Mihi tamen magis Salyceti opinio placeret, nisi communis opinio obstaret, & cuperem vt ea potius tamquam magis æqua, & benigna, magisq; pia, & liberis fauens fuisset frequentioribus sententiis amplexa, quæ inter cæteras eam tamen rationem habet, quam Salycetus postremam adducit, nam si mentem (inquit) statuti eam interpretemur, vt etiam à legitima filiam excludere voluerit, nullius erit momenti, de quo infra, Melius erit igitur statutum ita interpretari, vt valeat quam vt pereat, arg. l. quoties. ff. de reb. dub. cum sim; sed hæc tamen ratio valida non est, si quidem, vt infra dicturi sumus, statutum non inualidum est, quo filius omnino legitima priuatur: sed nec ratio pro communi adducta opinione multum vrgere videtur, supra relata. Nam legitima est quidem portio eius, quod debetur ab intestato, scilicet iure communi, non autem ex iure municipali, at verum est, legitimam non deberi illi, qui ab intestato successurus non sit, nempe iure communi (quod etiam supra diximus) verum hic de iure communi successurus esset ab intestato, licet iure municipali excludatur, ad quod lex communis non habuit respectum. de hac tamen quæstione, an exclusis à statuto debeatur legitima, vide latissime per Brun. Asten. de stat. exclu. fœm. art. IX. per to. & presertim nu. 15. &

9 seq. vbi pulchre distinguit. † Procederet quidem absq; dubio communis Opinio, vbi propter delictum filius à successione excluderetur, verum vel fictum l. quisquis. Ad l. Iul. Maiest. Salycet. hic col. fi. in prin. communi tamen opi-

10 nione retenta, ea limitanda est. † Vt non procedat, vbicumq; contemplatione agnatorum fœminæ exclusæ sint, testator tamen extraneos instituisset, Dec.

11 cons. CCXCVI. col. fi. † Secundo limitatur procedere, dummodo statutum aliquid velit filiæ assignari, licet forte esset minus legitima, vt per Ias. hic col. pen. & per hoc affertur solutio ad rationem vltimam Salyceti; sed notandum

est

est tamen, quod si statutum vlterius non procedat, mandando eam esse contentam dote data vel promissa, debebitur supplementum congruæ dotis vsq; ad quantitatem legitimæ, quia dos debet comensurari ad legitimam, & idem Bal. l. fi. C. de dotis promiss. Crauet. cons. CCXIX. nu. 4. & Crau. cons. CCXXXVI. col. II. nu. 3. & 4. qui ad hoc citat Castren. cons. CCCLXII. si statutum lib. prim. Alex. cons. CXXI. lib. VI. Socin. cons. LVII. col. VI. post med. lib. 4. Bal. nouel. in trac. de dote in VI. par. priuil. XVII. Corn. cons. CXCVI. col. III. post med. cōs. CCX. circa fi. cons. CCCVI. col. IIII. lib. primo cum multis sim. Quinimo etiam si statutum vlterius procedat iubendo filiam esse tacitam & contentam dote sibi data vel promissa, poterit nihilominus filia petere supplementum congruæ dotis, si non à patre alioue cui lex æque confidat dos fuerit constituta, Socin. cons. XXX. col. II. in III. q. lib. prim. Crau. d. cons. CCXXXVI. col. II. ad fi. vers. quinimo quando statutum, Item licet eo casu, quo à patre dotata fuit, stante supradicto statuto non possit petere supplementum congruæ dotis, poterit tamen obtinere, vt suppleatur vsq; ad alimenta, si non sufficiat. Ias. hic in fi. Socin. cons. C. col. IIII. circa med. lib. III. sequitur Crau. d. cons. CCXXXVI. col. II. in fi. qui etiam allegat Ang. inter cons. Bal. CCCCLXV. & Bal. nouel. trac. de dote VI. parte priuileg. col. IIII. Imò videtur etiam generalius dicendum, quod si statutum ab hereditate simpliciter excludat, non tamen videatur a legitima excludere, cum legitima sit quota bonorum, non hereditatis, vt infra dicemus. quare ponderanda essent statuti verba.

Quid vero si lege municipali excludantur filiæ nuptæ & dotatæ ab hereditate paterna, extantibus filiis masculis, an eæ fœminæ in filiorum numero censebuntur, vt legitimam augeant, qua in re vide Cepha. nouissime post alios cons. CCXLV. vbi latissimè disputat, ac tandem distinguit, vbi fœminæ in numero filiorum computatæ prosunt masculis, vt quia paruam dotem habeant, computari, aliàs secus, alleg. Rub. cons. CXXII. nu. 3 Socin. cons. XXXIIII. col. fi. nu. 9. lib. primo Brun. in tracta. quod stantibus masculis, quest. III. nu. 45. & 46. vt in hac ipsa specie stat. Papien. tradit Bossius in pract. tit. de bon. publican. nu. 2. vers. decisum fuit in terminis statuti Papiensis, ea ratione præcipua inter cæteras adductus, quia dos succedit loco legitimæ, & quia portionis decessio illa filiabus masculorum fauore fit, quapropter iisdem ipsis accrescere eam congruit l. si defunctus. C. de suis & legit. quod non procedet si filia simpliciter exclusa esset, nec dotari iussa, Ias. l. qui se patris col. III. C. vnde liberi, Socin. cons. 84. col. pen. ad fi. lib. primo & cons. 82. propè fi. lib. 4. Cepha. d. cons. CCLXV.

nu.39.lib.2.tunc enim pro mortuis habentur, cum simpliciter exclusa sunt, quapropter non mirum est, si liberorum numerum non augeant, Nec secundo loco procedet, si nullius contemplatione fœminæ excludantur, puta quia extra territorium matrimonio collocata sint, vel quia mater sit simpliciter exclusa, vt dicit Boss.d.quest.3.nu.4.vers.item prædictam conclusionem, Boss.in loco supra
12 citato, vers.per quod fundamentum apparet, Cephal.vts.nu.42. † Generaliter vero magis recepta est sententia, partem, fœminarum filiis masculis nō autem hæredibus accrescere. Marian. Socin. Iun. cōs.25.nu.4.lib.prim. Alcia.respon. 479.nu.12. Boss. vts. Cepha. vts. nu.47. quamuis omnino sit adeò ambigua hæc quæstio, vt non dubitarit dicere Decius cons. DCVII.col.fi. Iudicis arbitrium in alterutram partem absq, nota liberum esse, & Fulgosius hic dicat se valde ambigere, quid consulturus esset, adeo difficilem hanc quæstionem existimat, nec tamen hanc auctionem filii masculi per ius accrescendi habere dicuntur, sed authoritate, & beneficio statuti, Ang.cons.300.nu.3. Cepha.vbi supra nu.50. Tu vide portium Imolam lib.3.conclus.5.com.opi.qui exactissime hunc articulum excutit referendo plures opiniones.
15 † Hac vero occasione videndum est generaliter de omnibus aliis, qui à successione omnino exclusi sunt, vel quia à testatore sint exhæredati, vel quia de iure incapaces sint, cuiusmodi sunt, qui se se religioni (vt mendicitus vitam Dei amore trahant) sponte addixerunt, sub Diui Francisci Institutionibus, aliisue similibus, vel qui aliis causis capere non possunt, horum portio quibus detur, qua in questione Iason hic, & in l.planè.§.si duobus.de lega.primo & in l.re coniuncti.de lega. 3. sequens distinctionem traditam à Bartolo in l.pater filium.ff.eo hoc nostro tit. admonet duos distinguendos esse articulos, nam aut querimus, vtrum hi qui capere non possunt, enumerentur tamen ita cum aliis fratribus capacibus, vt illi fratres capaces tanto minus in legitima habeāt, quantum illis deberetur, si capere possent, finge trina millia in patrimonio esse, & tres esse fratres, quorum vnus sit incapax: legitima omnium dubio procul erunt mille, siue omnes sint capaces, siue aliqui incapaces, sed an quia vnus Incapax est, illa Portio, quæ ad hunc pertineret, si capax esset, aliis accedet, an penès hæredem residebit. Alia est inspectio, an iste incapax legitimæ vsq, ad dimidiam augendæ auxilium prestare possit, cum forte alii capaces quatuor essent, nam si inter alios censeatur etiam is, qui non capax est, legitima erit semis, sin minus, legitima erit triens. Pone igitur de priori questione agi, quia forte vni ex filiis minus legitima sit relictum, nec sit institutus hæres vniuersalis isq; ad legitimam

gitimam sibi repleri petat, an portio suæ legittimæ accessionem ex portione incapacis accipiet, ita ut illius trientis dimidiam habeat, cum sint duo fratres capaces tantum, an illa tertia portio trientis, quæ incapacis fuisset, hæredis erit tota? Et Bar. quidem in d.l. pater filium nu. 20. ff. eo. his argumentis credit filiũ in legitima sola, vel minori portione certa non vniuersaliter institutum, quod incapaci aufertur, minime in suæ legitimæ augumentum lucrari, Primo quia filius in sola legitima non dicitur successor vniuersalis, sed singularis, cum sit quota bonorũ non hæredita. vulg. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. eo. Ergo ei non cõpetit ius accrescendi ex cõiunctione legali. l. & proculo. de leg. 2.

Addit aliud fundamentum Castren. in l. planè. §. si duobus. de lega. prim. quia (inquit) culpa vnius ex filiis nõ debet aliis lucrum afferre, et quod ea non videtur mens testatoris fuisse, sed potius ad commodum hæredis vniuersalis id fecisse vel fideicommissarii. arg. glos. in auten. hoc amplius. ver. respectis. inf. de fideicommi. quam rationem pariter locum habere credit, etiam in altero casu, nempe cum queritur, quanta omnium esse legitima debeat, an triens, an semis, cum ex quinq; filiis vnus est exhæredatus, aliaue ratione incapax, nam si istius exhæredati culpa aliis prodesse non debet, minus obesse posse videtur, quapropter legitimæ in ratione computandus videtur, & haberi aliorum in numero, & facere, vt legitima sit semis.

Contra receptum est tamen, quod illius Exhæredati, aliòue modo incapacis portio aliis capacibus accrescat, qui legitimæ repletionem petunt, non hæredi, aut fideicommissario, de quo per Fabian. nu. 217. & per Iasonem in d. l. planè. §. si duobus. nu. 22. & seq. de lega. prim. Infrascriptis quidem argumentis Ias. adducitur. Primo probat hoc tex. in auten. de natur. lib. in §. quod si legitimorum, seu in auten. quib. mod. nat. effic. sui. §. si quis autem filios legitimos. col. 7. vbi dicit Bar. diffiniri, quod legitima ablata ingratis inter eos distribuenda est, qui ingrati non sunt, & ille quidem tex. in §. quod si legitimorum. à Dyno citatus fuit in d. l. planè, sed Iason ait eum titulum, De naturalibus liberis. in paucis reperiri libris, sed eius effectum haberi in d. §. quod si legitimorum, quod etiam affirmat Alexan. Losæus in apost. Bar. in d. l. Pater filium, quem tamen textum ego id probarè non video, quapropter frustra ille in controuersiam deducatur.

Secundo hanc sententiam ratio adiuuat, quod filius exhæredatus aliterue Incapax puta, deportatus, hæreticus, religioni incapaci adscriptus, alioue modo intestabilis pro mortuo habetur l. prima. §. si pater Emancipatus. vers. sed etsi patruus. in fi. ff. de coniung. cum emancip. lib. l. prima §. penult. l. si post mortem. §. fi. ff. de

ff.de bo.possess.contra tab.l.si necem.§.si deportatus.ff. de bon. liberto.l.gallus §.& quid si tantum vbi Docto.ff.de libe.& posthu. nam qui filium habet exhæredatum, carere filio dicitur.§.sed nostra.vers.sin autem.Insti.de success.liber. ibi,vel habentes eos exhæredauerint; & deportatos constat mortuorum in numero esse.l.prim.vbi no.C.de hæred.insti.et hæretici pariter successionis incapaces sunt.const.Credentes.supra de hæret.& Manichæis. & Francisci Religionē professi.Cle.exiui de paradiso.de ver.signif.& ideo mortui mundo hi omnes dicuntur l.Deo nobis.C.de epis.& cle.nulla igitur eorum habenda est ratio,perinde ac si omnino in humanis non essent, quod hunc effectum respicit, quare tota legitima portio capacibus dabitur,quasi alii numquam in rerum natura fuerint.

Tertio adstipulatur tex.in §.ingratitudinem. in auten. de nup. cum portio fratris exhæredati ad alios fratres, vel ad matrem deferatur,sed hoc ratione exhæredati concludit, non quo ad alios.

Ad hæc additur, quod cum legitima, eiusue replendæ ius loco querelæ succedat l.omnimodo inf.eo.in querela autem inofficiosi detur iuri accrescendi locus.l.si proponas.§.fi.& l.qui repudiantis.ff.eo,consequens est, vt & in legitima & repletione ipsius sit accrescendi ius.arg.subrogatorum.

Addit aliam quoq; rationem idem Iason, quia vz. cum legitimæ ratio ad causam referatur intestati,& ab ea mensuram accipiat,certumq; sit, quod illis existentibus incapacibus hæreditas integra ab intestato ad capaces defferretur,propterea è tota hæreditate legitima deducenda est, non propter incapacium rationem minuenda. Adde & tex.quem Fabian.citat,nempe tex.in. l. non pro numero. inf.ad Orfician. vbi hereditatis partitio non fit pro numero filiorum superstitum, sed pro numero eorum qui succedere possunt. Et quo ad portionem Exhæredati aliam rationem affert Imola.in d.§ si duobus,probatam etiam à Iasone,iniquum fore, vt exhæredati fratris portionem frater non percipiat, sed alius quispiam extraneus, quæ tamen ratio non minus in aliis quoq; incapacibus vigebit, & concludet, Ac Ludouicus Romanus à Iasone pariter loco iam dicto citatus. Roman.inquam in vlt.quest.l.prima C.quan.non peten. pa tes. eandem quidem sententiam sequitur, sed non accrescendi iure hoc prouenire opinatur, verum per obicis remotionem, nam vbi filiorum aliquis ab hæreditate exclusus est, vel iusta exhæredatione, vel alia causa, cum aliis in portionem non admittitur, quare totum fratribus capacibus remanet.l.si post mortem.§.liberi.ff.de bo.possess.con.tab.

Communi quidem calculo hoc receptum est,in legitima ius accrescendi locum habere

bere. Iaſ. in l. re coniuncti. col. antepe. nu. 245. & ſeq. de leg. 3. Boſſ. in Tract. tit. de Bono. publicat. col. 4. ad fi. poſt Socin. quem citat. in conſ. 75. lib. 3. ex iuribus ſupra adductis in d. l. ſi proponas. & l. qui repudiantis, quod nec ipſe quidem Bart. abnuit, in l. quoties col. pe. inſ. de hæred inſtit. Dicens hæredem Inſtitutum filium in certa re pro legitima, nec proprie eſſe hæredem, nec legatarium proprie, ſed vtriq; participare, & quidem hæredis partem capit, quia hæredis more ius accreſcendi habet.

Addo & aliam (meo iuditio) pro communi opinione rationem minime contemnendam. lex quidem non ſingulis eam quotam trientis aut ſemiſſis defert, ſed omnibus filiis ſimul collectiue, neq; enim lex dicit, quod ſi plures ſint filii, quilibet eorum habeat tantam portionem, ſed quod omnes filii habeant quatuor oncias, ſi quatuor, aut pauciores ſint, ſin plures ſint quatuor, habeant ſex oncias, quæ quidem quatuor vel ſex onciæ æqualiter omnibus diuidantur, Debentur ergo quatuor onciæ filiis non ſolum ſi quatuor, ſed & ſi tres, vel duo, aut etiam vnus tantum extaret, Cur igitur non audeamus dicere, quod vno exiſtente incapace, reliquis capacibus illæ pariter quatuor onciæ debeantur, cum non ſingulis, ſed omnibus debeantur.

Atq; in religioſo viro D. Franciſci inſtitutionem profeſſo hoc videtur etiam ipſe Bartholus conſentire in l. 3. nu. primo C. quan. & quib. quar. pars. lib. 10. dicẽs, quod ille qui decedit cum filio profeſſo religionem minoritarum dicitur ſine filiis decedere, nec ille cum aliis fratribus, ſi quos habet, participat, & idem Bar. in tract. minoric. lib. 4. diſtinct. prima c. primo & in l. filiusfam. §. cum quis in fi. de leg. 1. prim.

Sed vt his ſimplegadibus me expediam, hac infraſcripta diſtinctione totum negotium finiam, vz.

Si filius in ſola legitima hæres inſtitutus ſit, vel etiam in re certa pro ſua legitima, videtur ei accreſcendi ius competere, non ſecus ac ſi vniuerſalis hæres inſtitutus fuiſſet. Bar. communiter approbatus in d. l. quoties. inſ. de hæred. inſtit. quapropter repudiantium, ac incapacium fratrum portio non minus huic, quam cæteris accreſcet, qui fuerint vniuerſaliter inſtituti hæredes, & quàmuis idem Bar. in d. l. Pater filium; dicat, Inſtituto in re certa, cum ſit ſucceſſor ſingularis, non accedere portionem, quæ detrahitur Exhæredato, cum hæc ſit coniunctio legalis. l. & proculo. de leg. 2. non ideo tamen ſibi ipſe repugnare Bartholus dicendus eſt, nam quod in l. quoties. poſuit, de coniunctione hominis intelligendum eſt, puta, quia alii quoq; inſtituti ſint, ſed aliqua ratione capere non poſſint, qua in

in coniunctione receptum est, nec particulares hæredes repelli, at dicta in l. Pater filium, de coniunctione legali loquitur, coniunctio quidem legalis est & sanguinis, non autem hominis, quia cum frater sit, coniunctus est lege, sed cum exhæredatus sit, coniunctus vtique ab homine dici non potest, de exhæredato enim Bartholus loquitur in d.l.pater filium; coniunctio.n.legalis dicitur eorum, quos lex ciuilis vel prætoria ad successionem simul vocat, veluti plures filii, aut plures agnati eiusdem gradus. l. si ex pluribus.ff.de suis & legit. § si plures instit.de legit.agna.success.vel cum id, quod in persona vna erat, ad plures manat, illi enim plures dicentur lege esse coniuncti, vt, si plurium Dominorum communis seruus hæres institutus sit, nam hæreditas à serui persona ad dominos, qui plures sunt, transfertur.l.seruus communis ab extero.ff.de acq.hæred.d.l.et proculo.de leg.2.sic enim declarat Ripa in l.re coniuncti.col. 2.nu.5.vers. legis autem coniunctio, post Bart.ibi de leg.3.

Sic in proposito cum Barth. in d.l. pater filium, exemplum ponat de exhæredati portione cui accrescat, non potest exhæredatus dici ab homine coniunctus, cum potius disiunctus sit, est quidem legis coniunctio (vt diximus) quia cum sint fratres, pariter ad successionem à lege vocantur, Dicit ergo Barth. in his coniunctis lege, si in re particulari institutio sit facta nō dari huic particulariter instituto accrescendi locum, quare sequetur, quod institutus in certa re pro sua legitima nō habebit partem eius, qui fuerit exhæredatus, nec ab ea portione exhæredati locupletior eius portio fiet, quem Bartholum perpendas diligenter, quia non de quocunq; excluso loquitur, sed de excluso per exhæredationem duntaxat, non ergo de excluso propter incapacitatem personæ, puta quia sit deportatus, hæreticus, religionem incapacem professus, aliasuè incapax, hi enim licet incapaces sint redditi à iure, possent tamen ab homine coniuncti esse, quapropter de his Barth.non intellexit, sed de his tantum, quos lex quidem coniungit, sed testator disiungit, sic conciliabis vtrumq; Barth. locum.

Dicendum est igitur ex Bartholo, quod instituto in certa re pro legitima incapacium quidem portio accrescet, eorum tamen incapacium, qui à patre non fuerint exhæredati, cum hi coniuncti ab homine sint, quamuis à lege sint disiuncti, de quo casu loquitur Bart.in d. l. Pater filium, eorum vero, qui exhæredati fuerint, portio huic non accrescet, quia exhæredati lege tantum coniuncti sunt, sed ab homine disiuncti, quo in exemplo loquitur Barth. in d. l.quoties. Hinc aperti crūt tibi oculi, vt cernas, aliquos ex nostris Doctoribus cecutientes, dum crediderunt Bartholum in d. l. Pater filium.de exhæredatis pariter, & de incapacibus

loquutum

loquntum, & de vtrisq; idem determinasse, Iason enim in d. l. re coniuncti.nu. 241. sic ponit questionem, quod vnus ex quinq; filiis sit mortuus ante hæreditatem aditam, vel incapax sit, vel exilio, vel ingressu religionis, vel sit exhæredatus à Patre, atq; in hoc citat Barth. in d. l. Pater filium, qui tamen Barth. de exhæredati quidem portione loquitur, non de portione aliorum, qui iure incapaces facti sint, & sibi ipsi repugnaret Barth. (vt ostendimus) si id sensisset, eodemq; in errore fuit idem Iason etiam in d. l. planè. §. si duobus. nu. 23. vbi eadem determinatione loquitur, de exhæredatis, deportatis, religioni incapaci addictis, omnibusq; incapacibus, & alii quoq; Doctores de supradictis omnibus pariformiter loquuntur, videlicet Angel. in l. Papinianus. §. vnde & si quis ff. eo. quod tamen à Bartholo neq; dictum neq; excogitatum ego autumo.

Sed quamuis tamen hoc vtriusq; casus discrimen posuerim, vt Barth. sibi ipse repugnans non videretur, ex cõmuni tamen sententia idem in vtroq; casu decidẽdum est, nempe, vt portio exhæredati, & incapacis quoquo modo seu deportatione et exilio, seu religionis, quam professus est, angustiis, aliaue ratione instituto in sola legitima, vel aliqua re particulari pro legitima accrescat, & quod dixit Barth. in d. l. Pater filium, in coniunctione legali ius accrescendi non esse, confutatur tex. in l. siue patronus. §. ex duobus. ff. de iur. patrona. nam dubium non est Patronos in successione liberti esse legali coniunctione coniunctos, & tamen in quarta eis debita iuri accrescendi locus est, neq; tex. in l. & proculo, aliter decidit, cum de legatis loquatur, sed nos de legitima loquimur, diuersa enim admodum sunt legitima & legata, cum legitima debeatur etiam iure sanguinis, & pro ea competat etiam petitio hæreditatis (vt alias diximus) Bart. in d. l. Pater filium. Sic dicunt Alex. & Iason in d. l. Planè §. si duobus. de leg. 2. Verum sit igitur, in legitima ius accrescendi locum habere, siue portio accrescens vacet propter incapacitatem eius ad quem deferebatur, seu exhæredatione eius, qui legis coniunctione erat coniunctus, licet Bart. aliud in coniunctione legis senserit.

Certius etiam supradicta procedent, si filius hæres vniuersaliter sit institutus, sed de legitimæ detractione agat, quia fideicommisso grauatus sit vel legatis supra uires hæreditarias, nam exhæredati quoq; filij aliterue incapacis portionẽ sibi acquiret, & totum integrumq; trientem consequetur in ratione legitimæ ineunda, quamuis enim hic de legitima deducenda agatur, verum est tamen institutum eum vniuersaliter hæredem esse, propterea q; etiam ipso Bartholo consentiente ius ei accrescendi competet, Barth. in d. l. Pater filium: nam quod Bartholus dicebat (legitimam ius accrescendi non habere) sic erat exaudiendum, si in legitima sola hæ-

res institutus fuisset, quia tunc militat ratio, quia successor singularis esset, quae cessat, cum institutus est haeres vniuersalis, quamuis ad legitimam reducatur, hanc quidem rationem vti meliorem afferre poterat Bart. si modo inter haec discrimen esse opinabatur, nam ratio, quam reddit, quod institutorum vtilitate facta exhaeredatio videtur; & si vera sit, non tamen concludit in casu opposito, cum scilicet in legitima tantum esset institutus, cum licet vniuersaliter non sit institutus, tamen institutus sit, nisi dicas Barth. hanc rationem rationis attulisse, nempe quod institutus vniuersaliter, si legitimam vult deducere de legatis vel fideicommißis, habet integrum trientem, capiendo etiam portionem exhaeredati, quia cum sit successor uniuersalis, ei competit ius accrescendi, quod non competit instituto in sola legitima, quia est singularis successor, ratio autem quare uniuersalis haeres habet ius accrescendi, non autem in sola legitima institutus, est, quia Exhaeredatio non videtur facta ad vtilitatem instituti singulariter, sed haeredis vniuersalis, & hic forte fuit etiam Bartholi sensus. Quicquid tamen ille senserit, cum eo deducatur ratio, vt mens testatoris spectetur, vera non uidetur, cum iuris dispositio non mens interpretata testatoris spectanda sit. Hoc tamen casu, quo filius institutus haeres vniuersalis de legitima deducenda ex fideicommisso tractat, frustra videtur haec quaestio moueri, an exhaeredati, alteriusue incapacis portio ei accrescat, cum eam partem accrescentem omnino per fideicommissum restituere teneatur l. si totam ff. de acq. haered. vbi Bar. & Bar. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebel. quare videtur in omnem casum fideicommissarij illam portionē futuram, nam si filij legitimae non accrescat, erit fideicommissarii, sin accrescere eam dicamus, fideicommissario tamen restituenda erit, quam difficultatem sensit Alex. in d. l. planè. §. si duobus. de leg. ij. sed respondet tamen Iason ibi, nō esse intelligendum, quod accrescentia propter sanguinis & legis coniunctionem veniant in hac fideicommißi restitutione, sed solum, quae coniunctione hominis accedunt; quod ego tamen verum non credo, nec vsquàm legum probari existimo, eaq; lex; si totam, cum traditis in eam à Doctoribus generaliter loquitur, Quare rectius fortasse dixeris, portionem exhaeredati proprie non dici ad filium institutum iure accrescendi deferri, cum ius accrescendi proprie dicatur, quando portio cuiusdam deficit. l. vn. §. sin autem. C. de caduc. tollen. sed filio exhaeredato non est vlla portio à lege vel testatore adscripta. §. aliud quoq; capitulum, cum seq. in auten. vt cum de appella. cogno. non potest igitur portio, quae illi numquam delata fuit deficere, meritò nec iuri accrescendi locus esse. Alex. d. l. plane. §. si duobus. col. antepe. in fi. de lega. primo. & consequenter non veniet in restitutionem,

quemadmodum

quemadmodum ea, quæ per ius accrescendi queruntur, restituenda sunt, sed hoc tamen communi opinioni repugnat, quæ habet iure accrescendi hanc auctionem fieri, vt iam supra dictum est. Vel dicas textum in d.l. si totam. minime id asserere, quod Iason supponit, ratio enim quare in illa lege hæreditas vna cum parte accrescente restituatur, est, quia nec videtur hæreditas apud hæredem fuisse, qui tacite fidem testatori de restituenda hæreditate incapaci accomodauerat, vt Accursius ibi interpretatur, in ver. restituere, quod nec obscure illius legis verba indicant, neq; enim otiose ibi iurisconsu. ait, tacite fuisse de restituendo rogatũ, redditaq; ibi ratio aperit, cum dicat, quod rem non videtur habere. sed tamen quamuis re vera ille tex. aliam habeat suæ decisionis rationem, quare non est in hoc allegandus, quod Alexan. dicit, alibi probatur: scilicet, iure accrescendi quesita in restitutione per fideicommissum venire, probatur enim in l. Papinianus. ff. ad Trebell. vbi Bart. Sed & ea. l. tamen non prorsus aperta est, quia loquitur de eo, qui hæreditatem coacte adiuit, apud quem nihil residet, & cum inuitus adierit, non debet alicuius emolumenti particeps consorsue esse, vtcumq; tamen sit, hoc receptum est per Docto. quod iure accrescendi queritur hæredi grauato, fideicomissi in restitutionem venire, quapropter, si aliæ solutiones allatæ non minuunt Alexãdri obiectum, adhuc videtur militare, quod frustra disputetur an filius hæres vniuersalis institutus de restituendo grauatus exhæredati portionem capiat in suo triente augendo, cum penes ipsum filium illa portio remansura non sit, etiam quod ei accresceret, sed fideicommissario restituenda sit.

Quod tamen dictum est, filii exhæredati portionem aliorum portionem augere aliisq; accedere, intellige, si rite & recte sit exhæredatus, secus si iniuste, vt Alex. cæteriq; tradiderunt in d.l. plane. §. si duobus de lega. 1.

Alia erat huius questionis pars, An hic filius exhæredatus, aliterue incapax cũ aliis enumeretur, capaces qui sunt nec exhæredati, vt si quatuor sint alii, nunc eo computato fiant quinque, vt legitima omnium sit totius hæreditatis semis iuxta nostram authenticam, an vero is in numero aliorũ non censeatur, & legitima iuxta numerum quatuor dontaxat sit limitanda, qui articulus videtur à primo dependere, nam si incapax vel exhæredatus legitimam aliis diminueret, idest, si eorum exhæredatorum vel incapacium portio aliis non accresceret, sed tota legitima etiam hoc computato inter fratres diuidenda esset, vtiq; legitima omniũ portio augenda esset, vt sit locus rationi, quam tex. ponit in auten. de trien. & semi. §. primo, qui ait, propterea dari semissem filiis, vbi numerum quatuor excedunt, ne modicam nimium portionem perciperent, si filii quinque, aut plures inter se on-

cias quatuor hæreditatis partiri deberent, quæ ratio cessabit, si horum exhæredatorum, aut incapacium nulla ratio habeatur, nam si eorum portio alijs accrescit, & totius quotæ & legitimæ portionis diuisio inter capaces tantum fit, nulla ratio est quare incapaces quoq; vel exhæredati ad augendum summam legitimæ propter filiorum maiorem numerum computentur, Hinc est, quod Barth. in d. l. pater filium nu. 20. qui censuit, horum portionem cæteris fratribus nõ accrescere, sed eorum tamen portionem capacibus detrahi, eorumq; rationem in diuisione facienda inter fratres haberi, eadem ratione motus credidit etiam eorum habendam rationem esse in augenda legitima vsq; ad semissem. Nos contra, cum secuti simus cõmunem opinionem in priore quæstione, vt in diuisione facië da legitimæ inter fratres horum exhæredatorum vel incapacium ratio non habeatur, sed tota inter capaces diuidatur, eadem ratione consequens est, vt sentiamus nõ computari eos, nec vllam haberi eorum rationem ad legitimam augendã vsq; ad semissem, Et ad vtrumq; articulum elegantissime congruit, quod hic dicit Baldus, his casibus liberorum numerum ciuiliter accipi, non naturaliter.

Quærunt præterea Salycet. et Ias. post Baldũ hic & Bar. in d. l. Pater filiũ. Si quis habens duos fratres, & Matrem, pretereat fratres, Sed Matrem in re certa parua instituat, alia persona minime turpi vniuersaliter instituta, adeò vt fratribus nulla querela competat; Materq; legitimam sibi repleri postulet, quanta sit futura matris legitima (non quidem de quota ambigitur, nam trientem fore certum est) sed de eo ambigitur tantum, quanti patrimonii ratione dimetiri illum trientem conueniat, idest, quam in partem Mater fuisset ab intestato hæres filio extitura, an scilicet in tertiam totius hæreditatis partem, cum illi duo fratres alias duas tertias sint ab intestato percepturi, auten. defuncto. inf. ad Senatus conf. Tertillia. an vero totã in hæreditatẽ, cum exclusis fratribus præteritione, vel exhæredatione ipsa remaneat sola.

Hæc quæstio licet superiori similis videatur, dissimilis tamen est, ac magis ambigua, in superiore enim quæstione fratres omnes ab intestato in eandem partem, eodemq; iure succederent, & iure legitimæ eadem quota oĩbus coniunctim deberetur, inter eos postmodum æqualiter diuidenda, adeo qđ ille triens, vel semis lege assignatus, cum omnibus simul assignatus sit, omnino apud ipsos remanere debet, cum lege coniuncti sint, & vno ipsorum deficiente aliis accrescere, & inter eos diuidi, in presenti autem questione alia est legitima, quæ Matri, alia quæ fratribus debetur, nec vlla Matri cum fratribus testatoris quo ad successionẽ, legis, aut hominis coniunctio est, cum dispari iure succedant, & diuerso in gradu sint.

Sed

Sed in hac tñ, q̃madmodũ & in superiori q̃stione concordib. sententijs Doct. scripserunt portionem horum fratrũ præteritorũ seu exhæredatorum matri acquiri, ita vt Mater pro sua legitima habeat vniuersæ hæreditatis, quam filius reliquit, trientem, non illius tantum, quæ ad eam ab intestato spectasset, si fratres testator non preteriisset, vel exhæredasset, quæ fuit sententia Butrigarii à Iasone quoq; hic recitati, eamq; frequentissimis calculis receptam testatur Alex. in d.l. planè.§.si duobus in fi. Infrascriptisq; rationibus tutari conatur Salycet. hic; quædamq; argumenta ponit Bar. in d.l. pater filium.

Primò quia fratres ad nullam portionem admittuntur, cum sint exhæredati, nec admitti sperantur, Ergo Mater sola remanet, quæ succedere possit; ad totam igitur hæreditatem merito ipsa aspirat, Trientem igitur totius substantiæ in legitimam capere poterit, Item quia licet posterioribus autenticis statutum sit, vt frater cum matre succedat, non tamen correctum est, quod in hac Authentica disponitur vt tertiam pro legima percipiat.

Tertio quia si bi fratres ab intestato exclusi essent, vtique matris legitima esset tertia omnium bonorum, Idem igitur esse debet, si Iudicio testatoris sunt exclusi, quod legis vicẽ obtinet.§.disponat. in Authen. de nup. Item liberi, qui ad successionem non admittuntur, habentur perinde, ac si non extarent. d.l. Pater filium. vbi glo. ff. eo. l. si post mortem.§.liberi. ff. de bon. possess. contra tab. videturq; hoc probari etiam in.§.sed nostra. inst. de success. liber. quem tex. ad hoc citat Bar. in d.l. pater filium; & generale est, quod deficiens portio illis accrescit, qui pariter admittuntur. l. vn. C. quan. non peten. par. Et pro hac opinione pleraq; faciunt, quæ supra adducta sunt ad probandum, fratribus accrescere exhæredati fratris portionem. Neq; obstare videtur, quod legitima esse debeat tertia eius quod ab intestato debetur, sed nullo facto testamẽto tertiam tantum vniuersi patrimonij haberet mater, pro legitima igitur tertiam tertiæ consequi deberet, nam respondet Bal. id esse intelligendũ, rebus sic se habentibus ab intestato prout se habent ex testamento, vel (vt ait Iason) rebus ita se ex testamento habentibus, quemadmodum se ab intestato haberent, id est (vt ego interpretor) nisi testamento sit intestati successio mutata, & alterata. Aliud tamen in hac quæstione fuit iudicium Bartholi in d.l. pater filium. nu. 14. ff. eo. & Pauli de Castro. in d.l. planè.§.si duobus, qui tradiderunt, Matri pro legitima deberi solum tertiam eius, quod perceptura fuisset, si filius nullum omnino condidisset testamentum, & consequenter, quia hæreditatem filij cum duobus alijs filijs partiendo cõsequuta fuisset tertiam dontaxat, merito illius tertiæ sibi ab intestato debitæ trientem tantũ

in

in suam legitimam refert, Infrascriptisq; rationibus & argumentis.

Primo legitima matris est tertia eius, quod ab intestato ei debetur, verum nullo facto testamento per filium Mater solam tertiam hæreditatis filij consequeretur, quia aliæ duæ tertiæ duobus alijs filijs, qui sunt fratres defuncti debentur d. auten. defuncto. Huius igitur tertiæ sibi ab intestato debitæ Mater pro legitima tertiam feret. nostra hac auten.

Secundo non debet melioris conditionis esse, qui venit aduersus testamentum, eo qui testamento paret. l. titia. ff. ad l. falc. l. maximum vitium. C. de libe. preter. quod tamen eueniret, si mater legitimam sibi repleri contra testamentum petens totius hæreditatis tertiã perciperet, cum ex testamento succedens tantũ non perciperet.

Tertio lex dicit matrem percipere posse tertiam debitæ portionis ab intestato, Debita autem portio, vbi duo fratres defuncto superstites sunt, est tertia. Ergo &c.

Quarto ius accrescendi cessat, vbicunq; aliud à lege vel testatore sancitum est. l. pri. §. in primo. & §. pro secundo. C. de caduc. tollen. Hoc autem in casu testator dispo suit, cum hæredem vniuersalem instituerit, quæ omnia fuerunt argumenta Barth. in d. l. Pater filium.

Quinto Castrensis adducit glossam in d. auten. hoc amplius. in ver. respectis, dum dicit, quod venientes ab intestato erunt hæredes loco exclusi.

Sexto, quando aliquid disponitur in gratiam alicuius, ei competit actio, quamuis ad eum verba relata non sint. l. seruo legato. §. si testator. de leg. prim. l. fideicommissa §. interdum de lega. iij. Bar. l. ij. §. fi. nu. 2. ff. ad Tertillian. l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig l. pe. C. de lega. l. cum emancipati. §. si duo fratres emancipati. C. de Colla. bono. Bar. l. liberorum. col. pe. ff. de verbo. signif. in l. seruo legato. §. si testator. de lega. primo Bal. l. maximum vitium. col. prim. C. de libe. preteri. Cum ergo testator hos fratres. contemplatione hæredis vniuersalis excludat ab hæreditate, hæc portio fratribus ablata illi hæredi instituto applicanda est. Hoc quidem argumentum in superiori quæstione non satis tutum existimauimus. Et huic ego sententiæ cum Bartholo & Castrensi adstipulor aduersus alios, quam nec credo argumentis obiectis infringi, nam quod dicitur, fratres ad aliquã portionem non vocari, cum sint præteriti, & propterea vniuersam hæreditatem esse Matris ab intestato, non procedit, quomodo enim potest hæreditas Matris dici ab intestato, cum testamentum conditum sit, ac testamenti ratione exclusi fratres sint; Aut enim volumus dicere testamentum esse factum, idq; validum esse, & certe seruato testamento Mater non totam hæreditatem, sed illam partem, in qua est instituta, ac supplementum vsq; ad legitimam tantum consequeretur,

aut

aut habere volumus testamentum pro non facto, at dubium non est ab intestato ipsam Matrem solam tertiam fuisse laturam, aliasq; duas tertias alios duos fratres.d.auten.defuncto.

Non obstat, quod debeat Mater habere tertiam partem substantiæ ex hac nostra autentica, quæ minime correcta est per auten.defuncto. nam & si correcta non sit, inuicem tamen non repugnant, nam nostra autentica non dat tertiam totius hæreditatis.sed eius,quod ab intestato contigisset, ab intestato autem quid ad eam spectasset,traditur in d. auten.defuncto.

Non obstat argumentum de legis dispositione ad vltimam voluntatem, nam & si voluntas, & testatoris dispositio habeat vim legis, non tamen fiet, vt stante testamento non dicatur decedere intestatus,quo ad eam partem,de qua in suo testamento disposuit, cum enim dicatur quis intestatus quinque modis, vt habetur. insti.de hæredita.quæ ab intesta.defer.in prin.hic vero ex illis non sit, nulla ratio est,quare mater filio veluti intestato succedere velit.

Non obstat, quod liberi, qui non succedunt, habentur eo loco, ac si non extarent, nam respōdetur,quo ad se,idest,quo ad ipsos fratres,qui exclusi sunt,haberi quasi non extent, non tamen quo ad præiuditium aliorum idest hæredis instituti, imò ipsi hæredi instituto prodesse hoc debet, Et quamuis in superiori questione aliud dixerimus,id eo fuit, quia diuersa erat species, cum ibi à lege, & sanguine coniuncti essent,quod hic non erat, quia non erant in eodem pariter æqualis successionis gradu, Deinde ratio,quare hi fratres non succedant, est, quia testamento exclusi sunt, Cum igitur factum supponatur testamentum, quomodo potest mater portionem suam veluti ab intestato petere, si enim ad sui fauorem allegat factum esse testamentum, vt fratres summoueat testatoris, hoc necesse est, vt acceptet etiam in sui præiuditium.arg.l. Aurelius.§.idem quesiit .ff.de liber.leg.Sicq; vt successio ex testamento, non ab intestato deferatur. Ex testamento autem est instituta hæres particularis non in tota hæreditate;cum ergo ipsamet causam intestati neget, quia in preteritione fratrum in testamento facta fundamentum facit, ad causam intestati rem non potest deducere.

Eademq; ratione replicatur ad solutionem allatam ad primum & tertium argumentum pro hac parte factum, dum dicebatur,tertiam eius, quod ab intestato debetur, esse legitimam, & sic tertiam tertiæ in hac specie, rebus sic se habentibus ex testamento, quemadmodum ab intestato vel è contra, respondetur enim, non reperiri hoc cautum, quod legitima ab intestato commensuranda, & quæ (vt supra non semel repetii) ad successionem intestati proportionē habet,debeat hanc suam

proportionem

proportionē mutare, si testamentū sit factū. Non obstat, si quis respōdeat ad glo. in Authen. hoc amplius, ver. respectis. prout In superiore articulo nonnulli respondent, illæ enim solutiones huic speciei non aptantur, in qua Mater non habet, quid conqueratur, dummodo partem sibi ab intestato debitam, aut in ea suam legitimam percipiat, at in superiore casu non poterat hæredi instituto applicari, quod vni ex filiis auferebatur citra aliorum filiorum Iniuriam, quorum legitima triens esse debebat, siue tres siue duo, seu etiam vnus tantum essent filij.

Nunc his respondeamus, quæ in superiore articulo proposita huic conclusioni facere negocium viderentur. Et Primo, quod Exhæredatus vel præteritus habeatur perinde, ac si non extaret, nam respondeo, non ideo consequi, vt hoc matri prosit, vt iam dictum est, sed potius ad commodum instituti, cuius fauore creditur facta exhæredatio, vel preteritio, qua ratione etiam nihil refert, quod paria sint, nullum extare, vel eum esse exhæredatum, preterquā quod id procedit, quia testamentum est factum, quare non potest Mater veluti ab intestato succederet, capere maiorem partem, ac, quod dicitur, exhæredatum pro mortuo haberi ac tamquàm non extaret, intellige, seruata tamen testamenti dispositione, ne sibi inuicem quodammodo uideatur repugnare, quæ testamenti dispositio non matrem, sed alios ad vniuersam hæreditatem uocat.

Neq; tex. in §. ingratitudinem. & §. soluto. in Authen. de nupt. huic conclusioni officit, quia de iure accrescendi interpersonas eiusdem gradus eodemq; iure succedentes, & lege sanguineq; coniunctas loquitur, quod nostro in presenti articulo non est, nam cum Mater, & fratres non sint coniuncti neq; re, neq; verbis, nec lege, non cadit inter eos accrescendi ius, quamuis alioqui in querela soleat ius accrescendi locum habere, nec obstat allegatio iniquitatis, nam cum mater habeat suam legitimam, non est, quod conqueratur, si testatoris seruetur voluntas. Nec obstat .l. planè .§. si duobus. quia dictum est iam, hos non dici ullo modo coniunctos, et simul reliqua omnia similia argumenta tolluntur, nec prodest, si dixeris, non videri fratrem exclusum & exhæredatum seu præteritum instituti contemplatione, sed propter sua demerita, vt dicit Iaf. in d. l. planè §. si duobus, nam respondeo, quod potest etiam esse exhæredatus odio potius, & malignitate ipsius testantis, quam illius demeritis, vel potest vtrumq; existere, quod & ille sibi male meritus sit, ac tamen eam exhæredationem ad fauorem instituti fecerit, imò cum hoc semper certum sit, instituti fauore alium exhæredari, illudq; incertum, cum possit esse, & adesse, hoc spectare debemus, quod certum est, non quod dubium & incertum.

Quid

Quid autem Dicemus de legitima nepotum, quorum Pater ante auum defunctus erat? si plures sint quatuor, an eorum legitima erit dimidia, an pro vno habebuntur, quia vnius in locum subrogantur, & trientē solum habebunt? Et Salycet. hic in 7. quest. quem sequitur Fabi. nu. 48. quest. 6. ita hanc causam dirimit, quod si illi defuncto, de cuius successione agitur, nulli alii extent filii, neq; ex alio filio nepotes, qui cum his concurrant, hi nepotes ex eodem patre progeniti habebunt totius hæreditatis anitæ semissem, pro legitima, quod probari ait textu in .§. primo in Authen. de hæred. ab intesta. venien. & in §. neq, ille. & §. prim. in vers. hoc autem obseruando, in Authen. de trien. & semi. si vero alii filii, aut ex alio filio nepotes existant, qui hæreditatis huius competitores sint, & cum quibus partiri hæreditatem oporteat, tunc illi plures nepotes ex eodem patre geniti Vnius loco habebuntur, & propterea eam tantum partem ferent, quam eorum genitor laturus fuisset, nempe trientis dimidium, quin etiam si ex duobus filiis quinq; supersint nepotes (puta) tres ex vno filio, & duo ex altero, habebuntur solum pro duobus in computatione legitimæ ineunda; quia duorum in locum tantummodò succedunt, nempe duo vni, & tres alteri, & sic in stirpes, non in capita, quapropter totius hæreditatis trientem solum consequentur inter eos per stirpes diuidendum, nam tres trientis dimidiam habebunt, alii duo alteram dimidiam; sequitur Iason hic nu. 50. Alex. cons. 63 col. prima lib. 2.

Legitima & Trebellianica coniunctæ an quandoq; semissem excedant;

1 Filius sub conditione grauatus detrahit legitimam & Trebellianicam.
2 Alexandri locus in cons. 68. lib. 4. declaratus.
3 Filius iure ciuili non detrahit nisi vnam quartam vllo casu.
4 Duæ quartæ detrahuntur ex consuetudine, vbi ea viget.
5 Capitulum Raynaldus vti correctorium non extenditur ad casum vbi legitima est semis.
6 Impium videtur filio non plus hæreditatis dari quam extraneo.
7 Semis vbi pro legitima deducitur, alia quarta, quæ detrahetur diminuet reliquum semissem.
8. Semis nunquam augebitur, etiam quod legitima sola dimidiam capiat, quan-

do ex dispositione statuti legitima augetur.

9 Legitima data filiis propter confiscationẽ patris semper capit semissem saltem.

10 Legitima quandoq; capit totam hæreditatem.

11 Legitima non reseruatur filiis in bonis maternis ad fiscum deuolutis.

VErum quia de quantitate legitimæ actum est, & siue controuersia vlla decisum videmus, quatuor vel paucioribus filiis extantibus trientem, idest, tertiam hæreditatis partem, pluribus vero quatuor semissem, idest, dimidiam hæreditatis in legitimam dari, pulchra hic cadit quæstio.

1 NON dubium est, † quod filius non solum legitimam, sed etiam Trebellianicam vbi sub conditione grauatus est, detrahere potest, ita quod vtraq; coniuncta dimidiam hæreditatis explebit. cap. Raynaldus. §. dilectus & c. Raynucius. vbi glo. in ver. legitimam extra de testam. quod non solum de iure canonico procedit, sed etiam iure ciuili, licet secus sit, vbi pure grauatus est, vt passim docto. tradunt, Bart. in l. Papinianus. §. meminisse, vbi latius Cagno. ff. eo. Dec. cons. 320. col. prim. nu. 4. Crau. cons. 242. col. 3. vers. sed tamen, & cons. 295. in 3. dubio. Quid igitur dicendum an sc̃z vtrumq; legitimam & trebellianicam detrahet, etiam cum utraque coniuncta dimidiam excedit, puta cum filii plures sunt quatuor, quo casu habent in legitimam semissem, an eo inquam casu poterunt nihilominus præter semissem detrahere etiam trebellianicam vel falcidiam, ita quod aliam præterea quartam consequantur. In hoc articulo Bal. in cons. suo 94. incip. punctus quæstionis est. col. pri. nu. 2. uers. dicamus igitur. lib. 2. tenet, quod tunc trebellianica, uel alia quarta non detrahatur, cuius hæc sunt uerba, uidelicet. (DICAMVS igitur imprimis Theorice, quod quando legitima ascendit usq; ad medietatem nunquam detrahitur trebellianica, licet filius sit sub conditione grauatus restituere, ne plus habeat grauatus, quam honoratus, Nulla enim glosa iuris ciuilis, nec aliquis textus mundi hoc permittit) & quæ sequuntur; sed tamen circa illud dictũ Baldi ualde titubauit Crau. in cons. l. qui licet pro hac parte aduocatus esset, ex fide tamen bona seorsum à Iudice rogatus, quid de eo Baldi dicto ingenue sentiret, respondit, neminem alium legisse, qui id in specie diceret, & contra Bal. uideri sensisse Oldra. in cons. 171. in fi. sed tamen pro dicto Baldi stare consil. Alex. 63. col. prim. uers. sed inspecta lib. 4. & Dec. in cons. 228. circa fi. in quorum factis numerus liberorum excedebat quatuor, & tamen

tamen presupponunt detractionem dimidiæ faciendam per filium grauatum, non
2 autem plus dimidia, † sed tu tamen aduerte, quia imo Alex. presupponere uidetur, quod imo non solum debeatur legitima usq; ad semissem, sed etiam debeatur trebellianica, sed uerba quidem Decii ubi supra col. prim. uers. & cum esset, hæc sunt. videlicet (Et cũ essent quinq; filii scilicet ipsa Antonia, cum quatuor fratribus eorum omnium legitima erit dimidia) Itaq; nihil de trebellianica quamuis de fideicommisso ageretur, tamen D. Alba in cons. XLI. nu. 2. tenet contrarium, dicens, quod Bal. male probat opinionem suam & nullam habet rationem, & quod hoc casu procedunt nihilominus illæ rationes, quæ assignantur, quando legitima non excedit trientem, de quibus per dictam glo. in c. Raynutius in ver. legitimam, & Bal. in l. quamquam. inf. ad l. falc. & contra id Baldi dictum passim sentiunt Docto. nempe ipsemet Bal. in cons. suo 101. eo. lib. 2. & Alex. in cons. 68. circa præmissa col. prima. vers. sed inspecta lib. 4. qui locus Alex. est ille ipse pro Baldo per D. Cran. citatus proxime supra à me relatus, ita quod vides eum locum in vtramq; partem esse allegatum. Sic etiam Cagno. in d. l. Papinianus. §. meminisse col. fi. vers. quarta difficultas. nu. 19. dicit veriorem esse opinionem contra Bal. quia iura volunt, quod filii detrahant legitimam & trebellianicam, sed legitima est semis, quando numerus liberorum est vltra quatuor, Trebellianica vero est quarta, ergo de necessitate (inquit) tunc detrahent vltra dimidiam, & quod dicitur à docto. communiter, quòd filius in detrahendis duabus quartis capiat dimidiam hæreditatis tantum, nec dicunt, quod interdum capiat vltra dimidiam, id dictum fuit magistraliter (inquit ipse) referendo ad communiter accidentia, & subdit hoc voluisse ipsummet Baldum in l. iubemus in 2. col. C. ad trebel. qui certe hoc voluit, nam ibi in vers. sed licet ista opinio, sic dicit (Aut filius est sub conditione rogatus, puta post mortem, & statim legitimam detrahit de to to asse, quæ est triens, vel semis, secundum numerum liberorum, & hæc est prima deductio, quæ fit à lege, deinde (inquit) existente conditione fideicomissi detrahitur trebellianica de reliquo corpore hæreditatis) & sic licet iam semissem pro legitima accepisse potuerint, Credit Bal. quod possint nihilominus adhuc trebellianicã detrahere, & idem ait Cagno. vbi supra, tenere Picum in repeti. l. in quartam. col. pen. & Dec. in cons. 237. col. pen. Adde tu etiam Gozadinum in cons. c. nu. 14. Ex quibus vides hanc magis receptam, magisq; fundatam sententiam, Aliqui tamen apostillantes ad Alexan. in d. cons. 3. lib. 7. sic distinxerunt, quod in puncto iuris (ciuilis præsertim) opinio Baldi sit verior, † quia iure ciuili filius nunquam potest nisi vnam
3

partem detrahere, sed stante consuetudine sumpta à iure canonico super deductione duarum quartarum possit detrahi ex reliquo semisse alia sexcencia saltē in locis, quibus seruatur ius canonicum, puta in terris ditioni Ecclesiasticæ subiectis, & quamuis iidem Apostillan. deinde concludant contrariū ea rōe,

4 † quod consuetudo non debet extendi ultra casum suum, nec vltra limites vsus, sed nunquam fuit vsitatum, quod filius posset prætextu legitimæ & trebellianicæ detrahere vltra semissem, Ergo plus non debet consequi in vim consuetudinis, neq;

5 ēt vigore cap. Raynaldus, quia illud cap. Raynal. in illo articulo est correctoriū iuris communis, propterea cum loquatur in casu, in quo legitima est triens, nō debet extendi ad casum, in quo legitima est semis, hæ tamē rōnes mouere quemquā nō debent, nam primū loquendo de iure canonico dici nō pōt, qđ dictū cap. Raynaldus sit correctorium iuris cōis, cum de iure cōni canonico statutum contrariū non reperiatur, neq; ēt est correctoriū iuris ciuilis, cum nec de iure ciuili quicq; esset in contrarium statutum, neq; Iura canonica magis consuetudine q̄; rōne id statuerunt, vt per glo. in d.c. Raynutius in vers. legitimā, His adde & aliā satis

6 manifestā rōnem, nam cui nō videatur absurdū † & impium, q̄ filius seu alius descendens non plus in hæreditate ascēdentis capiat q̄, extraneus, verū extraneus grauatus habet suam trebellianicam, vel falcidiam, ergo æquum est, vt & filius legitimā vti filius, trebellianicam verò vti quilibet extraneus consequatur;

7 Est tñ sciendū, † quod vbi semis in legitimā detrahitur, alia quarta, quæ detrahetur non erit quarta totius hæreditatis, sed alterius semissis, qui supererit post legitimā, adeo vt legitima coniuncta cū trebellianica, vbi legitima esset semis, septē vncias totius hæreditatis, et dimidiū vnciæ capiet, sed vbi legitima est triēs tantū, tunc accedēte trebellianica sex vncias, cōplectetur glo. in d.c. Raynaldus in ver. licet ipso. Dydacus Coaru. §. 3. nu. prim. Item crederē supradicta procedere quādo num. liberorū in causa fuisset, vt legitima augeretur vsq; ad dimidiam,

8 vt scilicet tunc debeatur p̄terea ēt Trebellian. vel falcidia, † verū, si nō liberorū numerus sed legis forte municipalis sanctio, aliaue ratio legitimam filiis ad semissem auxisset, aliud forte dicendū esset, nam & tunc non militat tanta æquitas quanta in augumento facto propter onus liberorum, & cum tale statutum esset correctoriū iuris cōnis, extendi nō deberet, militarentq; tunc nōnulla, quæ supra dixi p quosdam apostillantes, ad Alex. in cōtrariū adduci, & hoc modo fortasse procedet, qđ Alex. consuluit in d. cons. 68. lib. 4. alias cons. 3. lib. 7. si eū sensum haberet, in quem Crau. eum citauit vt scilicet Alex. in Bal. sententia fuerit, q̄, solus semis detraheretur titulo legitimæ, & nihil pro falcidia deduceretur, Nec

omittendum

omittendũ est φ si filius in certa re sit heres institutus, nõ poterit nisi legitimã solam detrahere, quamuis sub cõditione grauatus esset, aliterуè diuersis temporib. detractio caderet Bal. in l. filium quem habentem nu. 21. verf. sed hic quero presuppofita opinione inf. famil. hercis, Crau. conf. 131. col. pe. nu. 13. ver. circa quartum quesitũ: vbi plures alios in hanc sententiã citat, & idem Crau. in conf. 186. nu. primo. vbi respondet quibusdam argumentis Curtii contrarium tenentis; & ratio est, quia habetur loco legatarii. l. quoties: inf. de her. inst. qui autem hæres vniuersalis non est non detrahit trebellian.. l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad l. falci. Fabia. hic nu. 250.

Quod dictum est, legitimam filiorum quatuor vel pauciorum esse trientem, intellige de filiis, qui superstites sint post mortem Patris, nam qui patre viuente mortui sunt in eo num. non computabuntur, si tamen post obitum patris decesserint, computabuntur, eorumq; portio cæteris accrescet Bal. in. l. non pro numero. ff. ad orfici. Iaf. hic nu. 50. non quidem iure transmissionis, sed iure proprio; Item limita & intellige, vt non procedat, quando legitima filiis per fiscum daretur cæteris bonis paternis propter patris delictum occupatis, tunc. n. legitima, quæ à fisco illis pmittitur est semis, quamuis filii essent quatuor pauciores, l. fi, inf. de bo. proscr. Boss. in prac. tit. de bo. confis. Rolan. à Valle conf. 97. nu. 30. et seq. lib. 2. Imo si plures sint filii quã duo, relinquuntur eis omnia bona. glo. in l. prim. verf. etiam portionem, & in l. cum ratio. §. si plures, ver. si plures. ff. de bo. damna.
9 glo. per illum tex. in l. si deportatus. ff. de bo. damna. & in l. fi. † Item & quando bona confiscata sunt parui valoris debent omnia filiis concedi, si non sufficerent ad medietatem alimentorum, Boss. tit. de alim. præst. nu. 5. & 6. quinimo talis legitima reseruata ex confiscatione datur ẽt filijs natis, ac ẽt conceptis post exilium, Boss. in tit. de crim. læ. maie. nu. 135. Vnde cogita quomodo procedat, quod dicit idem Boss. in tit. de publi. bon. nu. 2. & vide Iul. Clar. in prac. crim. lib. 5. in §. fin. quest. 78. verf. videndum est etiam nunquid, qui dicit, quod stante etiam statuto, simpliciter, & sine aliqua reseruatione, vt imponatur pœna confiscationis bonorum, nihilhominus reseruabitur legitima ex co. opi. de qua testatur Rolan. a Val. d. conf. 97. nu. 29. & 30. lib. 2. hoc tamẽ casu (inquit Clarus) non dimidia, sed illa tantum pars, quæ filiis regulariter debetur, reseruanda erit, † In bonis vero matris ob eius delictum confiscatis nihil reseruatur l.
10 de bonis matris C. de bon. proscr. August. Arim. ad Angel. de malef. verf. & eius bono nu. 28. Clar. vbi supra proxime.

Legitima est quota bonorum non hæreditatis, & multa Illationes ex hoc.

1 *Legitima est quota bonorum non hæreditatis.*
2 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
3 *Legitima minuitur ære alieno, & funeris impensa.*
4 *Modus fraudandi filium legitima, cum peccato, tamen.*
5 *Legitimæ quantitas incerta à principio.*
6 *In legitima non datur possessio ante assignationem,*
7 *Possessio in legitima dari potest pro quotis certis,*
8 *Filius non potest propria authoritate occupare aliquam rem pro legitima,*
9 *An petitio hæreditatis detur pro legitima.*
10 *Bartolus defensus à Corneo.*
11 *Petitio hæreditatis quandoq; est actio singularis.*
12 *Hæres in re certa in pluribus habetur pro legatario in his, quæ concernunt rem ipsam.*
13 *Hæres in re certa habetur pro hærede vniuersali in his, quæ extrinsecus veniunt,*
14 *Hæres in re certa habet ius accrescendi, & quærelam excludit,*
15 *Hæres in re certa non patitur falcidiam, nec talis hæreditas non agnita transmittitur.*
16 *Legitima ius accrescendi habet;*
17 *Petitio hæreditatis competit ad legitimam ex magis communi,*
18 *Legitima petitur etiam actione fam. hercis:*
19 *legitimæ suppletio fit ipso iure.*
20 *Legitimæ cur plura imputentur, quàm falcidiæ vel trebellianicæ,*
21 *legitimæ imputantur, quæcumq; ex testamento accipiuntur.*
22 *Legitimæ deducuntur, quæ pater tenebatur restituere per fideicommissum.*
23 *Legitimæ detrahitur etiam æs alienum ipsi hæredi debitum,*
24 *Creditum, quod hæres cum testatore habebat non confunditur aditione ad impediendam retentionem.*
25 *Legitima patitur detractionem alterius fratris ex lucro facto in negociatione peculii aduentitii.*

26 *Legitimam minuit peculium aduentitium debitum alteri fratri,*
27 *Legitima debita matri minuitur ex lucro, quod maritus superstes facit virtute statutorum vel pacti.*
28 *Legata facta ad pias causas non minuunt legitimam;*
29 *Legata facta in remunerationem legitimam non minuunt.*
30 *Donatio alteri filio facta non minuit legitimam;*
31 *AEs alienum uoluntarium non minuit legitimam.*
32 *Filius de omnibus bonis etiam donatis legitimam habere potest non tamen diminuta donatione valida,*
33 *Bona donata non computantur in legitimæ ratione facienda si postea auctum sit patrimonium æque.*
34 *Possessorium ex l.fi.de edic.Di.Adr.non competit instituto in sola legitima.*
35 *Institutus in sola legitima non refert personam defuncti;*
36 *Dotes relictæ filiabus vel neptibus testatoris legitimam filiorum minuunt, vbi ab hæreditate ipsæ excluduntur;*
37 *Institutus in legitima non potest conueniri à creditoribus hæreditariis;*
38 *Institutus in legitima non habet ius patronatus.*
39 *Renunctiatio facta accepta aliqua re pro legitima valet;*
40 *Legitimam solam an filius acceptare possit hæreditate repudiata,*
41 *Legitima licet sit quota bonorum, tamen titulo hæreditario debetur;*
42 *Legitima tunc demum est quota bonorum, cum alius est hæres institutus,*
43 *Legitimæ assignandæ ratio quo tempore ineatur,*

1 *Legitima est autẽ † quota bonorum non hæreditatis, Ias. hic 2. notab. nu. 3. & est cõis opinio, vt testatur Boer. decis. 24. nu. 12. Viuius lib. prim. opin. 199. & Emanuel Suarez in thesuaro recep. Senten. vers. legitima nu. 63. Vn-*
2 *de infertur per Ias. hic, † quod cum bona intelligantur deducto ære alieno. l.*
3 *subsignatum. §. bona, & l. princeps bona. ff. de ver. signif. † sic etiam legitimæ computatio facienda sit deducto prius ære alieno, & funeris impensa. l. Papinianus. §. quarta, & §. quoniam autem quarta. ff. eo. Auth. nunc autem in fin. sup. de epis. & cle. Bar. l. ex facto, magna. col. 2. ff. de hered. inst. Bal. l. quoties, C. de hared. inst. fa. l. mulier bona. ff. de iu. do. sed Bal. in l. quoties col. pri. infra de hared. instit. dicit hanc differentiam esse causalem, non generalem; quamuis enim in hæreditate non sint debita, nihilominus erit hæreditas, quod*
4 *tamen non placet Ias. in d. l. quoties col. 4. ad fi. infra de hered. instit. † Vnde*

dicunt

dicunt sumi cautelam, per quam pater possit filium defraudare legitima, vt scilicet pater promittat bona sua alteri post mortem, quia erit æs alienum, & debebitur ante legitimam, quod tamen procedere non posset citra fraudem, & peccatum mortale, Bar. l. hereditarium. ff. de bo. auth. iudi. possid.

5 *Secundo infertur ex hoc, quod sit quota bonorum, † quod à principio erit incerta, quia non potest sciri, quantum æs alienum immineat, & consequenter*
6 *† non poterit in ea constitui possessio l. 3. §. incertam ff. de acqui. possess. vbi Ias. nu. 10. Bar. l. 2. nu. 3. C. quando & qui. quar. pars deb. lib. x. & l. Menius. §. duobus de lega. 2. l. papinianus. §. quarta. ff. eo. tit. Ruin. cons. 51. nu. 6. lib. 4. Cepha. cons. 189. nu. 14. & 15. lib. 2. Ripa l. in quartam nu. 113. Paris. cons.*
7 *37. nu. 13. & seq. lib. 3. † Si tñ quotæ sint certæ, poterit in eis possessio constitui Bal. in l. fi. col. 7. in fi. vers. sed non obstat C. de edic. Diui Adr. tol. qui dicit, quod filius mittetur in possessionem ex eo edicto pro legitima, pro rebus & quotis certis;*
8 *Tertiò, & consequenter ex hoc infertur, † quod filius non poterit propria authoritate occupare aliquam rem pro sua legitima, cum ratione quotæ bonorum sit incerta. Bar. l. 2. C. quan. & qui. lib. x. Alex. cons. 134. lib. 3. Ripa vbi supra. qui & alios citat, Paris. d. cons. 37. lib. prim. ad quod facit questio disputato per Rodric. in l. 8. lib. 3. in foro l. tit. de las herencias nu. 6*

Quarto ex hoc, quod sit quota bonorum, infertur, quod cum non sit quota heredita-
9 *tis † propterea non intentabitur ad eam petitio hæreditatis, Ang. l. Papinianus §. si conditioni ff. eo. & in l. quisquis, ad fi. in vers. nomine hæredis. inf. ad l. Iul. Maiest. Saly. in l. scimus in prin. et ĩ l. si quis in suo. inf. eo. Alex. in l. fi. in 3. col. inf. de edicto Diui Had. Ias. in l. re coniuncti col. antepe. nu. 245. de leg. 3. & idem Ias. in §. Actionum autem nu. 216. & nu. 227. Instit. de act. Crau. cons. 109. col. pen. nu. 6. Sed contrariam tamen opinionem quod detur petitio hæreditatis pro legitima, tenet Bal. l. si quis in suo, vers. quæro quo iure nu. 4. inf. eo. et in l. fi. col. 3. nu. 83. vers. idem dico in instituto, inf. de edic. Di. Adr. tollen. vbi ex hoc infert, quod pro legitima mittetur filius in possessionem pro rebus, & quotis certis, & idem Bal. in l. non est, nu. 3, vers. ego dixi alibi inf. fam. hercis.*
10 *& Corn. cons. 148. col. prim. nu. 4. & seq. lib. 4. † vbi ex hoc saluat quoddam dictum Bar. communiter reprobatum, positum in l. edita col. 2. in prim.*
11 *opp. secundæ partis sup. de eden. † Nam Bar. ibi videtur supponere petitionem hæreditatis quandoq; esse actionem singularem non vniuersalem, dicendo, quod si agatur petitione hæreditatis singularis, non poterit addi res, in quo dicto Bar. est communiter reprobatus, vt per Dec. ibi post alios, Sed Corneus sal-*

uat

uat Bart. per supradicta, quod scilicet Bar. dictum locum habere potest, & exemplificari, vbi quis institutus est hæres in re certa, & volens agere ad rem, quæ remansit in hæreditate aliquo iudicio reali, nec tamen volens se arctare ad probandum dominium, intentat petitionem hereditatis, petendo se declarari hæredem in tali re certa, & illam rem remansisse in hæreditate, & sibi esse restituendam, tamquam hæredi in tali re, & hoc exēplificat Corn. in specie in supplemento legitimæ, tenens pro eo posse intentari petitionem hæreditatis singulæ rem, & Corn. consi. 190. col. 5. in prin. nu. 6. vers. petitio enim hæreditatis lib. 2. Idem Corn. consi. 289. circa primum consultationis articulum col. 5. nu. 8. in fi. lib. 4. & hanc quoq; opinionem tenet idem Crau. in cons. 312, col. pen. circa med. dum dicit dari tres actiones pro legitima, seu supplemento legitimæ, videlicet petitionem hæreditatis, condictionem ex lege, & actionem ex testamento, & plures ibi citat, qui eandem opinionem tennerunt, scilicet dari petitionem hæreditatis, v3. Curt. sen. cons. 13. col. 4. in fi. Corn. cons. 264. col. prima in fi. lib. prim. in d. cons. 190. in fi. secundi dubii lib. 2. licet ipsemet Craueta in d. cōs. 109. supra citato hoc non fuerit ausus affirmare, sed potius videatur adhesisse opinioni Iaso. in d. §. actionum autem, Sed pro priori opinione vt scilicet non detur petitio hæreditatis pro legitima vel eius supplemento, facit, quia licet hæres institutus in certa re, quo ad aliqua habeatur pro hærede, & plura in eo locum habeant, videtur tamen, quod ut plurimum habeatur potius pro legatario l. quoties in fi. inf. de here. inst. & optime deseruit, qđ ibi tradit Bar. col. fi. nempe
12 † quod in his quæ concernunt rem ipsam, hæres in re certa habetur pro lega-
13 tario, † Sed in his quæ extrinsecus veniunt habetur pro hærede vniuersali, nam & ius accrescendi in eo locum habebit, quemadmodū in hærede vniuersa-
14 li, † & excludet querelam, verum, vt falcidiam patiatur, & quod transmittatur licet non agnita, quia versantur circa ipsam rem, loco legatarii habebitur, Quod vero petatur vna actione magis quam alia, id versatur circa rem ipsam, Vnde pro legatario haberi debet, vt non competat hæreditatis petitio, Et certe tex. in d. l. quoties in fi. C. de hered. inst. hoc satis aperire videtur,
15 † quod hæres particularis seu in re certa non possit vti neq; conueniri actionibus hæreditariis, An vero filius in legitima institutus dicatur transire cum hærede particulari, hoc facit fortasse difficultatem, quæ tamen difficultas me non multum moraretur, nam si legitima est quota bonorum, (vt certissimum est) ergo non potest dici transire cum hærede vniuersali, & forte hæc esset opinio
16 magis accepta in iure, † quod tamen ex Bal. in l. quoties de hered. inst. dictū

est, in legitima esse iuri accrescendi locum, sciendum est frequentissimis calculis esse receptum, Ias. l. re coniuncti, de leg. 3. vbi etiam Ripa nu. 211. Bellon. cons. 83. nu. 17. Boss. in d. prac. de bon. publi. vers. & est communis opinio. Cepha. d.
17. *cons. 245. nu. 48. lib. 2. Alia tamen opinio magis communis videtur, † quod scilicet competat petitio hæreditatis, vnde potest inferri, quod filius institutus in legitima mittetur in possessionem pro rebus & quotis certis, Bal. d. l. si quis in suo vers. quæro quo iure, nu. 4. & l. fi. col. 7. nu. 83. C. de edic. Di. Adr. toll.*
18 *vers. idem dico in instituto. Hinc etiam fiet, † quod ratione legitimæ filius poterit agere actione familiæ herciscundæ, quod si non competeret petitio hæreditatis, nec vtiq; haberet actionem familiæ herciscundæ pro diuidenda hæreditate, sed ageret actione communi diuidundo, nam iudicium familiæ herciscundæ inter eos locum habet, inter quos & petitioni hæreditatis locus est, l. 2, in prin. & .§. primo .ff. fam. hercis. & consequenter venient etiam fructus in restitutione, Bal. d. l. non est. nu. 3. vers. ego dixi alibi inf. fam. hercis. Hinc et.*
19 *infertur, † quod suppletio legitimæ videtur fieri ipso iure, cum competat petitio hæreditatis, quæ est actio realis, l. si scripti hæredes, ibi. hæreditatis petitione vendicare potes. infr. de petit. hæred. quamuis etiam videatur personalis, l. hæreditatis petitionem, inf. de petit. hæred. ex hoc item fiet, quod libellus huiuscemodi valebit, quo petat quis legitimam, quamuis quantitatem non expresserit, Bal. in cap. conquerente. col. fi. post Innoc. ibi. de offic. ordin. Ias. in R. sol. matr. col. pe. nu. 38.*
20. *Quinto ex hoc, † quod legitima sit quota bonorum inferri potest subtiliter ad rationem, quare plura imputentur filiis in legitimam, quam hæredibus grauatis in falcidiam vel trebellianicam, cum tamen fauore legitimæ videretur potius dicendum contrarium. l. in quartam, vbi doct. præsertim Rypa nu. 140. vers.*
21 *ex quo apparet .ff. ad l. falcid. vbi habetur; † quod quæcumq; accipiuntur ex testamento patris, siue iure institutionis, siue legati, siue in vim modi, seu alia ratione, in legitimam imputantur, l. omnimodo, & l. scimus inf. eo. sed in legitimam & trebellianicam non imputantur nisi ea, quæ iure hæreditario capiuntur, Ratio igitur differentiæ hæc est, quia legitima est quota bonorum, non hæreditatis, quota inquàm patrimonii, quod defunctus reliquit tempore mortis, merito imputari debet, quicquid percipitur ex tali patrimonio quocumq; titulo, Sed falcidia vel trebellianica est quota hæreditatis, in qua est institutus hæres grauatus, merito in ipsa falcidia vel Trebellianica imputare non debet nisi illud, quod percipit ex ea hæreditate, in qua ipse institutus hæres fuit, Cogita*

gita nunquid hæc ratio inter cæteras allegatas à Doctoribus recipi possit, Non tamen me latet alias rationes afferri per Bar. & Docto. & hanc inter cæteras, quod legitima venit extrinsecus, non ex testamento, propterea in eam imputatur, quicquid etiam extra testamentum ad filium peruenit, at falcidia & trebellianica ex testamento debentur, ideoq; nihil nisi quod ex testamento percipiatur, imputandum est, Bar. d. l. in quartam nu. 11.

Sexto infertur, quod cum legitima sit quota bonorum, & consequenter intelligatur
22 *deducto ære alieno, † propterea in ratione ineunda legitimæ, primus deducentur bona, quæ pater tenebatur restituere alicui ex causa fideicommissi. Paul. Cast. cons. 416. Ista Domina sancta. col. prim. vers. nunc videndum est lib. prim. Crauet. cons. 165. col. 2. nu. 2. vers. pro quo facit,*
23 *† Ampliaq; adeo verum esse, quod detrahatur æs alienum ante deductionem legitimæ, vt hoc procedat etiam, quod tale æs alienum esset debitum ipsi hæredi, cui vult legitimam detrahere filius, nam licet sit hæres, tamen vbi filius petit legitimam in facienda tamen computatione quantum debeat pro legitima, potest inter cætera debita computare etiam illud, quod testator sibi debebat. Alex. cons. 57. in 2. dub. lib. 3. nu. 4. per tex. in l. imponenda, & l. irritum C. ad leg. falcid. quæ iura apertissime probant, supponendo, quod in hoc ea, quæ dicuntur de falcidia, habeant locum etiam in legitima, quod procedit à fortiori, & hoc dixit etiam Corne. cons. 190. incip. pro decisione præsentis consultationis col. 7.*
24 *in prin. nu. 7. vers. non enim obstat, quod creditor succedat lib. 2. † quamuis enim per aditionem hæreditatis confundatur creditum, quod habebat hæres cum defuncto, ad effectum, vt illud non possit petere, huiusmodi tamen confusio non fiet ad effectum, vt impediatur retinere, vt per Bal. & Docto. in l. debitori supra de pact. col. 2. nu. 4. vers. extra oppo. & D. Crau. d. cons. 165. col.*
25 *prima nu. prim. 2. & 3. Vnde etiam ibi infert ad aliam conclusionem, † quod scz. filius, qui vult suam legitimam debet pati detractionem, quam facit alter eius frater propter lucrum, quod illi fratri est restituendum ex negociatione facta vna cum patre, si erat peculium aduentitium,*
26 *Septimo igitur ex hoc generaliter infertur, † quod ante computationem legitimæ detrahitur peculium aduentitium debitum alteri fratri, nam & illud dicitur æs alienum, propterea deducendum est, d. l. Papinianus. §. quoniam autẽ quarta. ff. eo. & Crau. d. cons. 165. nu. prim.*
27 *Octauo infertur, † quod si agatur de deducenda legitima debita matri in bonis filiæ, quæ decessit in matrimonio sine liberis in facienda computatione bono-*

rum filiæ debebit ante omnia detrahi de dote ipsius filiæ lucrum debitum marito in dote ex forma statutorum, quia tale lucrum debitum ex forma statuti habetur pro ære alieno, Itaq; ante omnia deducendum est, Butr.cons. 12. Incip. Mulier quædam. Socin.cons.288.col.10.vers.confirmatur ratione clara lib. 2. Corn. cons.122.incip.quamuis casum reputē col.2.in prin.lib.3. & tandem Crauet. qui hæc omnia allegat cons.186.col.3.nu.12.vers.sexto arguitur, idemq; in casu contrario, videlicet de legitima debita filiæ in bonis matris, quæ transiuit ad secundas nuptias dixit Fabian.hic.nu.107.in quest.19. qui ait Baldum in hoc sibi inconstantem fuisse, Vnde & idem crediderim si id lucri ex pacto
28 proueniat, † Declara tamen, quod inter debita testatoris, quæ minuunt legitimam, non ponuntur legata facta ad pias causas Alex.cons.45. col.pe.ad fi.lib. prim.Dec.cons.391.col.pe.& cons.426.col.prim. & seq.ad quod ēt congruit illud, qui vult instituere ecclesiam, & filium exheredare, quærat alium ꝓ cōsilio quam Augustinum cap.quicumq; vult 17.q.vlt.glo.l.si quis ad declinandam, ver: similiq; modo C.de Epis.& cler. Ias. auth. si qua mulier nu.4. supra
29 de sacros.ecle. † Item declara ēt, qđ inter debita nō ponuntur legata facta ob
30 ꝓstationē seruitiorū, Alex.& Crau.vbi supra proxime. † Tertio declara quod donatio facta à patre alteri filio quãuis valida, nō ponitur inter ista debita, quæ minuūt legitimã, quia æs alienū voluntariū non minuit legitimã, sed necessariū duntaxat.Paul.Castr.cōs.82.incipien.in hoc negotio.ī prin.lib.prim. qui dicit, ꝙ licet videatur nō posse interdici ingenuis hominibus facultatem alienandi res proprias, ꝓpter eū, cui post eorū mortē debetur aliqua portio loco legitimæ p l.nō
31 vsq; adeò.ff.si quis à paren.fue.manu. † Illud tñ ꝓcedit in alienatione facta titulo oneroso, secus si alienatio fiat titulo lucratiuo, idem Paul.Castr. cōs. 354. incip.Dña Catherina lib.2.Socin.cons.148.col.6.ad fin.vers.sed dubitatur, & col.seq.in prin.lib.prim.& clarius & distinctius idem Corn.cōs.190.col.7.nu. 8.vers.4.dubitari pōt, lib.2.qui clare dicit, qđ filius debet habere legitimam de oībus bonis cōputatis ēt bonis donatis, tñ si donatio sit valida, nihil diminuetur
32 de quantitate donata, † & integra legitima detrahetur de residuo, nisi donatio
33 sit inoffitiosa, qđ tñ ipse † limitat, nisi testator post dictã donationē bona sua augumentasset, nam eo casu in cōputatione legitimæ nō ponerentur bona donata, si augumentatio postea facta nō esset minor donatione facta, qđ tñ dicit, ab alio dictum non reperisse, Ryp.lib.3. rñsorū cap.x de renoca.dona.col.fin.in pen.q̄st. Crau.cons.141.col.2.in fi.nu.5.vers.Amplius dico, posito & nō concesso, & fa.auth.vnde si parens inf.co.vbi Castr.super vers.immēsam & glo.in l.prima ī

glo.magna verſ.nono q̃ro,inf.de inof.dona.et hoc eſt ẽt,qđ dicit Bar.in l.hæreditarium ff.de bon.auth.Iud.poſſiden. dum dicit cautelam, quam tradit Dyn. in fraudando filio ſua legitima proceder, ita demum ſi fiat ex cauſa oneroſa;

34 Nono infertur, † quod,cũ nõ ſit quota hæreditatis, beneficiũ poſſeſſoriũ ex l.fi C.de edic.Diui Hadr.toll.non competet inſtituto in ſola legitima,quia proditum eſt id remediũ ſoli inſtituto in hæreditate,ſed legitima non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum, Alex.l.fi.col.2.C.de edic.diui Hadr.toll.qui dicit cõem, refert et ſequitur Cagno.l.papinianus.§.meminiſſe nu.12.ff.eo & alii.

35 Decimo infertur ex hoc, † quod defunctus non repreſentatur in perſona eius, qui eſt inſtitutus in ſola legitima,nam à ſolo hærede rẽpſentatur defunctus,neq; ille proprie dicitur ſucceſſor,qui venit ad ſolam legitimam.Socin.conſ.150.col. 16.in 7.fundamento lib.prim.Cagno.d.§.meminiſſe.

36 Vndecimo inferri poteſt, † quod ante detractionem legitimæ erunt prius deducendæ dotes relictæ filiabus vel neptibus teſtatoris, tamquã æs alienũ ſtante ſtatuto excluſiuo filiarũ ſuperſtitibus maſculis, Bal.d.l.papinianus, §. vnde ſi quis ff.de inof.teſtam.Ang.conſ.174.Alex.conſ.31.in fi.lib.4.Pariſ. conſ.55. col.3.lib.3.Cagno.d.§.meminiſſe nu.11.in fi.

37 Duodecimo infertur, † quod non poterit inſtitutus in legitima conueniri à creditoribus hæreditariis,ſecus ſi inſtitutus eſſet in quota hæreditatis. Caſtr. d.l.papinianus, §. meminiſſe. & ibi Cagno.nu.12.

38 Tertiodecimo infertur, † quod filius inſtitutus in re certa pro ſua legitima,aut ſimpliciter in ſua legitima,inſtituto alio hærede vniuerſali, non habebit ipſe ius aliquod in patronatu eccleſiaſtico,quia licet legitima ſit ius vniuerſale, non tamen eſt quota hæreditatis,cui ius patronatus accedit,ſed eſt quota bonorũ,Dida. Coaruui.lib.2.varia.reſol.cap.18.verſ.quinto etiam ſi filius,

39 Quintodecimo videtur inferri poſſe, † qđ cũ legitima nõ ſit quota hæreditatis, ſed bonorũ,ꝑpterea poſſit filius ſolã legitimã acceptare,et hæreditatẽ repudiare, de qua tñ re ꝑ Bar.i l.i.nu.27.verſ.itẽ q̃ro an aliquo caſu.ff.de vulga. & ibi ẽt cæteri ſcribẽtes, Alex.col.45.circa med.nu.29.verſ.q̃ſiuit ẽt.Bart.Socin.Iaſ. nu.52.Ripa nu.156.et 157.& cæteris ſeq.Alciat.verſ.ſed freq̃ntior,ex quorum lectione videbis hãc magis receptã eſſe opinionẽ,vt nõ poſſit legitimã ſolam reliqua hæreditate repudiata acceptare,Idq; ꝓcedet ſiue ex aſſe,ſiue alia ex parte ſit inſtitutus.Alexan.& Iaſ.in l.prima.ff.de acqui.hæred.& idem Alexan. in l. quia poterat.ff. ad trebel. Eman. verſ. legitimam portionem nu. 96. lib.recep.ſenten.& ad hanc rationem, quæ in contrarium, vrgere videbatur, multi-

41 multipliciter respondent, † nam licet legitima sit quota bonorum non hæreditatis, tñ titulo hæreditario debetur, quæ fuit rñsio Socini, à Ripa tñ in d.l.prim. non recepta, Alii veluti Aret. in d.l.prim. respondent, quod licet sit quota bonorum, id verum est alio hærede instituto, secus si solus filius sit institutus, quia tunc inconueniens videtur, quod eadem hæreditas censeatur diuerso iure,

Ex quibus resultant duæ declarationes ad hanc nostram conclusionem, qua dictum est, legitimam esse quotam bonorum, altera quidem, quod licet sit quota bonorum non hæreditatis, tamen capiatur, & debeatur titulo hæreditario, quod quidem videtur mirabile, & quasi continens in se repugnantiam, & tamen verissimum est dictum, & receptissimum, vt non sit quota hæreditatis, & tamen capiatur titulo hæreditario, sicut in simili dicit glo. in l. penult. ff. de fideicom. her. petit. quod non est bonum argumentum, succedit quis de iure ciuili, ergo actio ei competens est de iure ciuili.

Altera est declaratio, quæ ex supradictis colligitur, nempe ex Aretino, videlicet
42 † quod legitima ita demum sit quota bonorum, si alius sit institutus hæres, nam si filius solus esset institutus in legitima, & nullus alius in reliquo patrimonio institutus fuisset, tunc reliquum patrimonium accresceret tamquam hæreditas, & consequenter necessarium esset, quod etiam ipsa legitima caperetur tamquam hæreditas, ne eadem res diuerso iure censeretur, quod admittit Ripa vbi supra, si filius eam vellet habere tamquam hæreditatem, secus si ipsam legitimam vellet habere tamquam quotam bonorũ; tunc enim, etsi nullus alius esset institutus, tamen adhuc posset ipsam legitimam à reliqua hæreditate separare, & eam non tamquam hæreditatem, sed tamquam quotam bonorum habere, ex quo dicto Ripæ colligis aliam conclusionem notabilem, quod filius à patre institutus sine alio hærede potest solam legitimam retinere, quando eam detrahit, tamquam quotam bonorum non hæreditatis, & consequenter, quod sit in facultate eius, an velit detrahere tamquam quotam bonorum, an hæreditatis, vt in primo casu possit solam retinere legitimam, reliquo patrimonio repudiato, secundo casu nõ possit, quod mehercle dictum non ita certum existimo. Si vero intestatus pater decesserit, certum erit, non licere filio solam legitimam reliquo patrimonio repudiato retinere. Socin. in d.l. prima nu. 31. ff. de vulga. & Rip. nu. 159. Ias. in authen. vnde si parens nu. 5. inf. eo. Didac. Coarru. in c. Raynutius. §. 11. nu. 11. col. pen. in fin. post Abbatem ibi col. pe. sed si filio hæredi instituto vulgaris substitutio facta sit, & legatis supra legitimã oneratus sit, poterit solã legitimã retinere, & reliquũ reicere, qđ creberrimis calculis receptũ testatur Coarru. ubi

vbi proxime supra citatus fuit, præstatq; hæc inspectio argumentum ad illam quæstionem, vtrum in legitima sit iuri accrescendi locus, de qua infra.

Addit Cagnolus in d. §.meminisse.nu.12.in fi.ex hac ipsa regula, quod legitima sit quota bonorum, ad multas insignes conclusiones inferri posse, vt per Bar. in d.l.Gallus, §.ille casus.ff.de liber.& posthu.in l.fi.§.in computatione. inf. de iure deliber;in .l.cum a matre. sup.de rei vendicat. Afflict.in decis.162. & 382.& in repetit.huius authen.

Inferri etiam potest, an legitimæ quantitas tempore, quo assignatur, an tempore mortis patris, si eo tempore auctæ, imminutæuè paternæ facultates fuerint, dimetienda sit. Alciat.in l. bonorum appellatione.ff.de ver.sig.de quo infra.

Postremò ex hoc vidi responsum, duas sententias, quarum altera super hæreditate, altera super legitima pronuntiarat, non dici conformes etiam in legitima, cum ea non sit quota hæreditatis. Item nonnulli ex hoc dixerunt, statutum excludens ab hæreditate, non videri a legitima secludere voluisse: Quæ tamen supradicta in patroni legitima procedere multi negarunt, illamq; esse hæreditatis quotam affirmarunt. Io.de Imola, & Alex.in l.ita tamen .§.si patronus.ff.ad trebel.Ias.in .l.re coniuncti.col.pen.nu.244.de leg.3.

Quibus in rebus constitui possit legitima.

1 *Legitima est onus reale,*
2 *Legitima non potest constitui in pecuniis,*
3 *Legitima potest constitui in pecunia stante statuto vel consuetudine, & cùm pecunia est hæreditaria.*
4 *Legitima non potest constitui in fructibus;*
5 *Fructus dicuntur de substantia patris,*
6 *Pecuniæ non dicuntur eiusdem qualitatis, cuius bona stabilia;*
7 *Pecunia etiam hæreditaria in legitimam dari non potest;*
8 *Pecunia destinata emptioni prædiorũ non potest tamen in legitimam assignari.*
9 *Possessio rerum mobilium uilis & abiecta est;*
10 *Pecunia est ex rebus; quæ seruando seruari non possunt;*
11 *Legitimæ & falcidiæ non est par ratio.*
12 *legitima quomodo assignatur, vbi sola nomina creditorum sunt in hæreditate.*
13 *Legitimæ non imputatur pecunia, quam filius restituere hæreditatẽ iussus propter implementum conditionis cæpit;*

41 *Plura sunt in obligatione, quæ non sunt in solutione;*
42 *Iudice super assignatione legitimæ inique arbitrante, appellari potest.*
43 *Filius nõ potest rem pro legitima eligere, etiam quod ipse possideat.*
44 *Filius non eligit etiam in supplemento legitimæ;*
45 *Filius potest de voluntate patris siue tacita siue expressa, rem pro legitima eligere.*
46 *Electio à filio modeste facta debet à Iudice approbari,*
47 *Filius pro legitima detrahet rem bona fide alienatam,*
48 *Durum est, filium prohiberi alienare vnamquamq; rem, etiam minimam.*
49 *Filius etiam inuitus cogitur rem alienatam sibi in legitimam imputare,*
50 *Filius an possit redimere rem alienatam, aliamq; pro legitima eligere.*
51 *Filius alienando videtur eam rem pro legitima eligere,*
52 *Res alienata & postea redempta non est de patrimonio.*
53 *Actus nostri sumunt interpretationem à potestate nostra,*
54 *Fideicommissum non censetur impositum super legitima.*
55 *Emphiteota redimens rem alienatam inuito domino non vitat pœnam commissi.*
56 *Res recuperata est eiusdem qualitatis cuius ante venditionem erat,*
57 *L. si à me. est spetialis in falcidiæ imputatione, aliæque solutiones ad eam legem.*
58 *Res legatæ per hæredem alienatæ posteaq; redemptæ non reuertuntur ad eum vt hæreditariæ.*
59 *Alienatio non prohibetur pendente conditione,*
60 *Redimere quod possit filius rem alienatam, aliamq; rem pro legitima eligere, argumenta.*
61 *Imola declaratur.*
62 *L. si fundum per fideicommissum. de leg. prim.*
63 *Debitor precii respectu certæ speciei liberatur soluendo spetiem,*
64 *Approbatur opinio, quod possit filius rem alienatam redimere, aliamq; eligere tamquam humanior.*
65 *Opinio prefata tutior est redemptione facta ante moram, & magis, antequam cederet dies fideicommissi.*
66 *Cornei locus declaratus, aliter quam per Crauetam allegetur.*
67 *Socini ratiocinatio ad probandum, quod redemptione facta ante conditio-*

conditionis fideicommissi euentum, non sit filio inuito redempta res in legitimam imputanda,

69 *Alienatio facta pro solutione onerum Principi, cum fructus non sufficerēt, in legitimam non imputatur.*

70 *Res per filium alienata non est ipsi petenti in legitimam assignanda, si magnum incommodum reliquo patrimonio afferat,*

71 *Res in fraudem alienata per filium non imputatur ei in legitimam, & quomodo fraus præsumatur,*

72 *Fraus licet non ex proposito, sed re ipsa commissa sit, impedit redemptionem.*

73 *Filius quo consilio vti debet cum rem aliquam alienare uult, fideicommisso subiectam,*

74 *Filius non potest in suam legitimam retinere rem, alienatam voluntarie,*

76 *Mala fides an presumatur in filio alienante, quando nulla necessitate alienat.*

76 *Res à filio in vltima voluntate relicta non est ei in legitimam imputanda, quemadmodum si inter viuos alienata esset.*

77 *Pater potest hæreditatem filio delatam adire in extremo articulo vitæ filii;*

78 *Alienatione per filium facta inter viuos, cum fideicommissi dies venisset ea res à filio in suam legitimam capi non potest.*

79 *Filius impedire non potest reuocationem alienationis rei spetialiter probibitæ alienari, quando aliæ res extant, in quibus potest suam legitimam detrahere, & de veritate huius dicti.*

80 *Iasonis locus excussus.*

81 *Conclusio supradictæ contraria, quod filius potuerit etiam rem specialiter prohibitam alienari in suam legitimam alienando eam capere, etiam quod alie res superessent.*

82 *Aretini & Iasonis intellectus qui fuerit in supradicto articulo,*

83 *Bona fide alienare non videtur, sciens alia bona extare non prohibita alienari, & quomodo hoc sit intelligendum declaratur;*

84 *Filius potest pro sua legitima eligere rem, quam sua industria auxerit.*

EX SVBSTANTIA. *Debet igitur legitima ex rebus ipsis et patrimonio deficientis capi, non autem ex aliis rebus, quæ extra patrimoniū, & substantiam ipsius sint l.scimus.§.repletionem.inf.eo.ex qua conclusione ad plures alias notabiles decisiones inferri potest,*

Prima

1 Prima, † quod legitima est onus reale, quodq; condictio ex lege, quæ competit ad supplementum legitimæ, est in rem scripta, Bar. in l. in quartã col. antepenul. inf. eo. Crauet. cons. 190.

2 Secundo infertur, † quod pater non potest alicui ex filiis legitimam in pecuniis constituere, quia pecuniæ non sunt ex substantia patris, quare Iudex, cuius arbitrio asignanda erit legitima, arbitrari non debebit, vt in pecunia assignetur, Bar. Salyc. Paul. Castr. Ias. in l. scimus. inf. eo, Bar. in l. suus quoq; in fi prin. ff. de hered. insti. Guid. Pap. quest. delfi. 487. quod notandum, quia sæpe in facto contingit, Ripa in l. in quartam nu. 122. & seq. & 126. qui tamen li-

3 mitat, tribus modis, † Primo nisi statutum vel consuetudo aliter se haberet, ex Bertran. cons. 413. viso casu lib. prim. Secundo, nisi Iudex assignaret in pecunia hæreditaria, & institutus esset vnus ex filiis, ex traditis per Bar. in l. suus quoq; in fi. prin. ff. de hered. Inst. in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad trebel. Diceretur autem tunc pecunia hæreditaria, si per testatorem reposita esset vti peculium, quemadmodum solet dici, pecuniam sine peculio fragilem esse, vt l. si chorus. §. prim. de leg. 3. l. si seruus. §. quinq, & l. sed si certos. de lega. prim. Rip. d. l. in quartam nu. 54. vbi appellatur peculium, quod præsidii causa reponitur, vt in bellis fieri consueuit, Tertio limitat Ripa, nisi filius acceptasset pecuniam sibi à patre in testamento relictam, ex Oldra. cons. 113. & 131.

4 Tertio infertur, † quod non possit assignari in fructibus Imol. in l. centurio, col. 2. contrarium tamen tenent Ang. ibi in d. l. centurio, & in l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. & Castr. d. l. scimus §. repletionem Alex. d. l. centurio col. 8. & innititur ratione, tam † quia einscemodi fructus dicuntur esse de substantia patris, siue pendentes sint, per l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. siue sint collecti, quemadmodum est dictum de peculio proxime, tum quia fructus solent in legitimam filio imputari, etiam quod sit primi gradns, Doc. d. §. repletionem, & l. iubemus, C. ad trebel. ego non video, quomodo etiam in pecunia hæreditaria, vel in fructibus possit filio assignari inuito legitima, cum certum sit ex communi sententia doctorum, quod non debet assignari in rebus deterioribus, sed mediocribus, vt in auth. de trien. & semi. §. prim. ibi. aliis quidem, meliora, aliis deteriora percipientibus, & melius ibi, sed quod contigerit vnumquemq; per omnia æquum esse in qualitate & quantitate. &c. num igitur dixerit quis, si aliis detur pecunia, aliis bona stabilia, puta fundi, seruatam

6 esse æqualitate in qualitatem, † nemo certe dixerit pecuniam & fundos, siue fructus eiusdem esse qualitatis, cum alia sint mobilia, alia immobilia, & ad-

ad. Fabian. hic nu. 73. Rodr. in d. l. quoniam in prioribus. in declar. legum regni. vers. presuponitur. Afflic. in l. imperialem. §. praeterea ducatus nu. 31, de prohibi. feu. alienat. per Feder. idem in primogenitura, Tiraquell. in trac. primogenitorum quaest. quinta. Cepha. cons. 3. nu. 62. lib. primo.

12 Sed dubitatur, † quid si in haereditate non sint aliqua bona, nisi nomina Creditorum, quomodo fiet hoc casu assignatio legitimae, dic, quod haeres cedet filio, seu ei cui debebitur legitima, tot nomina, quot facient legitimam, nam regula est, quod vbicumque aliquis tenetur ex eo, quia actionem habet, semper liberatur cedendo illam actionem. l. quod si in diem. §. Iulianus. ff. de petit. haered. l. quod debetur. ff. de pecul. l. si sic. §. prim. in fi. l. nam quocunq; §. qui Caium de lega. prim. & ita in spetie determinat d. Crau. cons. 109. col. pen. nu. 7. vers. sed dicet aliquis, qui addit, quod si haeres cedere non possit actiones, quia eas remiserit, obligatus erit ad interesse per l. stipulationes non diuiduntur, de verb. obliga. neq; tamen minus dicetur capi de substantia deficientis, cum haereditas possit in solis nominibus consistere. vt ex diffinitione haereditatis.

13 Sed dubitari potest, † vtrum si pater iubeat filium restituere haereditatem acceptis (puta) centum ab eo, an illam summam teneatur sibi in legitimam imputare, nam si imputauerit, non dicetur vtiq; ea legitima ex substantia testatoris, sed aliunde prouenisse, vt proxime diximus, & ideo dicendum est, non imputari in legitimam, nec aliquid aliud filio datum causa conditionis implendae, vt dicit Bal. ex supradicta ratione, aliisq; pluribus ab eo adductis in l. filium quem habentem in 5. oppo. inf. fam. herc. nam & legitima statim debetur à die mortis ipso iure. l. scimus. l. cum quaeritur, supra eo. nec admittit temporis interuallum, nec debet à potestate tertii pendere; quam opinionem sequuntur, Ang. Imol. Alex. d. l. in quartam, vbi Rypa nu. 136. maxima enim huius decisionis, potentissimaq; ratio est, quam nunc tractamus, nempe quod legitima debet capi ex substantia deficientis, vt hac nostra auth. dict. l. scimus. §. repletionem, ponderata praesertim dictione (ex) quae immediatam deriuationem notat, l. eo tẽpore. §. fi. ff. de peculio. quare vides pulchre ampliari constitutionis huiusce nostrae decisionem, nempe vt legitima ex deficientis substantia adeò sumenda sit, ut nihil prosit, si alioqui ex patris ipsius dispositione

14 sumatur, vbi extra patrimonium capiatur, † quo fit, vt neque ex substitutione pupillari debitum, neq; ex causa fideicommissi restitutum imputari debeat,

15 aliudue, quod vt aes alienum filio dandum sit, vt si † Pater filio legauerit, quod matri eius praedefunctae debebat, Bal. cons. 62. quia illud. lib. prim. Rypa

16 d. l. in quartam. nu. 135. & 136. † neq; poterit assignari in pensione ex bonis percipienda, Rip. nu. 130.

17 Hinc etiam infertur, quod in re aliena constitui legitima non poterit, Fabia. nu. 144. Baldus tamen in .l. scimus. in prin. nu. 9. inf. ex Gulielmo, ait, quod, cum filio debeatur alienæ rei sibi relictæ æstimatio l. cum alienam. inf. de lega: non propterea poterit filius dicere testamentum nullum, idq; extendit etiam procedere, quamuis pater credidisset rem esse suam, valebit igitur testamentũ, sed eam tamen rem non tenebitur filius acceptare cum non sit ex substantia patris, si vero in commertio nostro non sit res, vel non sit in rerum natura testamentum erit nullum, Bal. & Florian. vbi supra.

Vtrum legitima sit deducenda de singulis rebus. an de vna vel duabus tantum.

VErùm quia dictum est, legitimam ex substantia deficientis solui oportere, ambigi contingit, an ex vnaquaq; ipsius substantiæ re, & de singulis corporibus detrahi eam oporteat, an hæredis in potestate sit, quam ex ipsa substantia rem, dummodo ipso in patrimonio sit, tradere velit, an magis hæc filio permittenda potestas sit, quam ex toto patrimonio paterno rem sibi in legitimam eligere malit? & quid si ipse pater aliquam rem hæreditariam
18 reliquerit pro legitima, an filius eam recusare possit. † Quod ad hoc vltimum sic concludendum est, dummodo pater aliquam rem hæreditariam, id est, quæ ex sua substantia sit, quæq; aliis rebus patrimonialibus nec qualitate, nec quantitate impar sit, filio pro legitima relinquat, non posse iuste filium conqueri, nisi tamen pecuniam aut fructus reliquerit, per supradicta .d. §. prim. in in Auth. de trien. & semisse & d. l. scimus. §. repletionem, neq; igitur in pecunia, siue hæreditaria siue non ex proxime supradictis, neq, in fructibus, neq; in pensionibus, neq, in aliis mobilibus, vbi extent immobilia, neq; in rebus alluuioni, corrosioniue, aut alii cuipiam incommodo periculo, vel malo, vel oneri suppositis, dummodo alia bona sint, quæ huiusmodi incommoda non patiantur, acceptare eam filius tenebitur, quamuis ita pater disposuerit, Rip. vbi supra nu. 130. vsq; ad nu. 132. quicquid hic senserit Fabian. in x. quest. vers. sed quæritur vtrum legitima, quem meritò refellit. Rypa. d. l. in quartam nu. 126. & seq. apud quem tamen vide aliquas notabiles limitationes, videlicet d. nu. 126.

126. & seq. quod si in controuersiam deductum fuerit, an ea res in legitimam relicta aliis rebus par, æqualisq; sit, arbitrio Iudicis dirimetur, D. tamen Ce-
19 phalus in cons. 272. nu. 50. lib. 2. ait, † pro legitima, cum ea tamquam æs alienum debeatur, posse creditorem quamlibet rem eligere, Authen. hoc nisi debitor. C. de solut. qua de re late Rodr. vbi supra Ampl. 11. nu. 10. & 11. sed
20 Si nullam certam rem pater filio pro legitima reliquerit, potest tunc duplex dubitatio oriri, altera, an tunc filius de singulis rebus patrimonii legitimam suam detrahere debeat, an vero vnam rem tantum, quæ legitimam expleat, accipere possit, Altera; an eam rem possit suo arbitrio ex toto patrimonio eligere, Quod ex singulis rebus legitima de iuris rigore detrahi debeat, videtur sentire Ryp. hic allegando etiam Imol. & Alex. quia (inquit) lex dicit,
21 quod in singulis rebus legitima debetur † l. omnimodo. inf. eo. quæ certe, lex mihi hoc non probat, quod scilicet ex singulis rebus debeatur, neq; ego hoc possum elicere ex ea lege, quod Rypa dicit, neq; etiam Alex. & Imol. id dicunt, nisi forte ea adduxit Rypa ad probandum filiam eligere non posse letimam in vna re, quod tamen nec à lege probatur, scz. quod de singulis rebus detrahi debeat, id quidem dicit glo. in cap. Raynaldus, ver. portiones. ex. de testam. & in falcidia (à qua arguere solent ad legitimam in hoc casu) hoc dixit glo. in l. marcellus. §. res quæ. in fi. glo. mag. ff. ad trebel. & in l. si legatus §. multum interest, ver. in pecunia. ff. ad trebel. & in l. 2. vers. omnes, in vers. tu ergo dic. C. ad l. falcid. & glo. in l. vnica. in §. in omnibus. vers. in omnibus C. communi de leg. & per hæc tenuit Bal. in l. filium quem habentem, nu. 28. vers. vlterius quæritur de tali quæstione, inf. fami. hercis. & ibi etiam, Salycet.
22 col. v. nu. 11. vers. ego puto, qui his ipsis verbis vtitur, vz. † quod debita iure naturæ, quæ olim erat quarta, hodie triens vel semis, secundum numerum liberorum, non potest de iuris rigore in vna re detrahi, nam licet illa quarta sit quota bonorum, & ære alieno deducto, tamen concernit singulas res hæreditarias, scz. ex æquitate iudiciaria deseruienti iuditio diuisorio in vna re potest detrahi, quod monet notandum, quia multotiens filii grauati restituere hæreditatem aliqua alienant in eorum vita, & in instrumento alienationis faciunt scribi, quod rem illam sibi eligunt pro debita iure naturæ, hoc enim facere non possunt à se ipsis, sed demum Iudicis æquitate hoc approbante, nec (inquit) his
23 dictis obest, † quod creditor in vna re de pluribus pignoratis potest sibi sa-
24 tisfacere, † quia ipsis quælibet res est in solidum obligata, sed † pro legiti-
25 ma in qualibet re pars est debita, & non quantitas certa, sed certa portio in

qualibet

qualibet re, & hactenus Salycet. Sic & Panormi. in cap. Raynal. nu. 28. verſ. in glo. ver. portiones, admonet obſeruandam eam gloſam in hoc, quod filius poteſt de qualibet re paterna deducere ſuam legitimam pro rata, niſi aliud diſ-
26 *poſuerit teſtator, vel offitium iudicis, additq; ex Innocentio, † de tota heredi-tate eſſe portiones detrahendas, & ante deductionem ius eſſe filio in ſingulis re-bus inſolidum, ſed iudex tempore deductionis poterit arbitrari, vt certa in re*
27 *fiat deductio, & hoc idem ait ſentire etiam Hoſtienſem, † nec eſſe audiendum hæredem, ſi ex ſingulis rebus velit legitimam ſoluere, nam particularis ſolutio multa continet incommoda, l. planè. ff. fam. hercis. idem etiam tradit Bar. lo-quens tamen de falcidia & trebel. in l. in quartam nu. 9. verſ. quarto, col. 3. p l, Plautius & l. lineam margaritarum. ff. eo. ſcz. ad. l. falcid. & per l. 2. C. eo. ad l. falci. dicens, quod in qualibet re quarta ex neceſſitate eſt deducenda,*
28 † *An vero id ſit filio fauorabile quod in ſingulis rebus detrahi ex rigore de-beat, dubitabit forte quiſpiam, & videtur certe fauorem ipſius concernere, qđ in pluribus, quam quod in vna re tantum ius ſuum exercere poſſit, quanto enim ipſius anguſtior eſt, atq; in paucioribus rebus poteſtas, tanto minore fauore au-ctus videtur, & quo pluribus in rebus ius habet, tantò maius commodum, & ideo maiorem fauorem ſentire videtur, ſicq; etiam lex iudicium tale facere vi-detur, nempe vt fauor ſit, licentiam habere in qualibet re ſuam portionem de-trahere l. 2. C. quan & qui. quar. pars. ibi quorum nimiam licentiam prouida di-ſpoſitione refrenantes, & paulo ſupra, ibi, tamquam corrumpendi totius pa-trimonii occaſione captata vniuſcuiuſq; rei ſibi particulam vendicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarũ opum nocere cupiunt, & quæ ſequuntur, contra quod tamen (ne & hæc pars dubitatione careat) fa-*
29 *cere videtur, quia particularis ſolutio plura nec leuia parere ſolet incommo-da. l. non amplius. §. fi. vbi no. cum l. ſeq. de lega. primo ſi enim filius in qualibet re inſolidum ius legitimæ haberet, res in perſpicuo eſſet, quod filiis hoc eſſet com-modum, ſed cum non in qualibet re in ſolidum, ſed in ſingulis pro rata por-*
30 *tione legitimæ hoc ius competat, aliud dicendum videtur; † Dici fortaſſis poteſt, mediam ac indifferẽtem eſſe hanc diſpoſitionem, nec magis filii aut hære-dis, quam legatarii, vel fideicommiſſarii aut alterius odium aut fauorem reſ-picere, ſi quidem fauor filii, aut hæredis eſt, quod in qualibet re patrimoniali in deducenda legitima aut trebellianica participare poſſit, ſi quid ſit forte in hæ-reditate, quod ei placeat, eius rei, ne exors ſit. contrà & eodem fauore vti-tur is, cui talis quota detrahenda eſt, vnde meritò in hac pares æqualesq; ha-*

habiti esse dici possunt, potiusquam filius odio habitus, atq; ex hoc, quod in singulis rebus debeatur, infertur per Castr. in l. in ratione, col. 2. circa med. ad l.
31 falcid. quod † diminuto patrimonio post mortem patris erit diminuta & legitima, quia cum in singulis rebus debeatur, debet res perire ad damnum eius, cuius sunt, de cuius tamen conclusionis veritate aliàs.

Sed quamuis in hoc consent doctores, v3. legitimam in singulis rebus deberi, non tamen ideo fit, quin ea in primis legitimæ sint imputanda que de testatoris substantia ipsius testatoris iudicio percepit. Ang. cons. 131. incip. ad decisionem huius dubii. M. Ant. Nata. in cons. 200. nu. 7. lib. prim. nec propterea consentiunt, quod in ea detrahenda singulæ quæq; res diminui possint, aut debeant. d. l. 2. vbi Bar. C. quan. & qui. quar. pars. & hoc est, quod dixit Bar. proxime supra per me citatus, Bar. inquam d. l. in quartam nu. 9. dum distinguendo vtitur his verbis. v3, Aut quæris de necessitate, & tunc aut quæris in qua re debetur quarta, aut in qua re detrahatur tempore diuisionis, & sic constituit Bar. hæc duo tamquam separata, quod scz. debeatur, vel quod detrahatur tempore diuisionis, & dicit quod primo casu indistincte semper debetur de qualibet re pro indiuiso, sed secundo casu multimembrem distinctionem tradit, in quorum nonnullis detrahitur, in aliis non, Hoc etiam est, quod dicit Ab. in d. c. Raynaldus supra citatus; dum inquit, quod filius pro sua legitima habet ius in singulis rebus insolidum ante deductionem, sed Iudex tempore deductionis poterit arbitrari, vt in certa re fiat deductio, qui tamen Abbas vereor, ne incaute sit loquutus, dum dixit, quod ius habet insolidum in singulis rebus, quod enim Ius habeat pro legitimæ portione in singulis rebus, in confesso est, sed non, quod ius habeat insolidum in qualibet re; est in simili videre, vt ad supradictam conclusionem redeamus, quod aliquid interdum est in obligatione, quod tamen non erit in solutione, vel exequutione, Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, & in l. 4. §. cato. ff. de verbo. obliga. sed nec magis admittendum est, quod filius possit rem, quam voluerit arbitrio suo eligere, & tanto minus, si ea res, quam eligere vult, esset optima totius patrimonii, quæ est communis opinio, quam tenuit Bal. in l. iubemus. C. ad Trebel. col. prim. vers. Item fallit in legitima, qui licet nō clare hoc exprimat, procul dubio tamen id sentit, dum primo colligit ex ea lege, quod restitutio fieri debet quotitatiue, retinendo res certas, nec restituendo res certas, à qua conclusione tamen statim paucos nonnullos casus excipit, & inter cæteros dicit, quod fallit in legitima, quando filius ex aliqua necessitate alienat aliquam rem, & prosequere vt per eum, vnde vt exceptio fiat à re-

gula, supponit, quod illud pronuntiatum etiam in legitima sibi locum vendicat. clarius quidem hoc pronunciauit idem Bal. in cons. suo 217. Incipiente queritur vtrum filius in vers. alii dicunt. lib. prim. & idem Bal. in l. 2. C. ad l. falcid. & in l. potest hæres. de leg. prim. & in l. filium quem habentem. nu. 27. & seq. inf. fam, hercifcun. & Salycet. iam supra per me relatus in d. l. filium quem habentem, Imol. Alex. Picus. in d. l. in quartam. Ias. in l. Marcellus. §. res quæ. nu. 16 ff. ad trebel. & deniq; est communis, & testatur Ruin. cons. 57. col. fi. lib. 2. Dec. cons. 236. nu. 9. Didac. Coaruui. in c. Raynaldus. §. 2. in glo. ver. portiones
32 *nu. 5. ex. de testam. Port. Imol. lib. 6. commun. opin. concl. 11. † quia (vt in-*
33 *quit Ryp. in d. l. in quartam nu. 112.) † iura non sic fauent ipsi filio, vt velint fideicommissarium vel hæredem iure suo priuari, quæ tamen ratio satis infirma est, tum quod æquum videtur, vt qui in vno grauatur, in alio releuetur, arg. l. eum qui. ff. de iureiur. & propterea, cum filius minus percipiat, quàm ei ab intestato deberetur, saltem id quod percepturus est, in re, quam arbitrio suo elegerit, consequi possit, neq; ex hoc dicitur hæres iure suo priuari, cum filius antiquius habeat ius in bonis paternis pro sua legitima, quàm alius quiuis, vt diximus supra in prefatione huius interpretationis. Adducitur alia ratio,*
34 *† quia scilicet, legitima respicit totum patrimonium, non vnam rem tantum, ita dicit Bal. in d. cons. 217. & ideo non est ratio (inquit) quare magis debeat detrahi in vna re, quàm in alia, cum præsertim lex dicat, repletionem fieri ex ipsa substãtia, & sic ex integrali substantia omnium bonorum paternorum, non autem ex vna re substantiæ ipsius paternæ. d. l. scimus. §. repletionem, ita quidem ratiocinatur Bal. vbi supra, quæ tamen rationes & ipsæ non admodum me mouerent, nam primum, quod dicitur legitimam respicere totum patrimonium, & de singulis rebus detrahi, non obest, nam id quidem fauore filii potius, quàm odio inductum existimandum est, ne odia multiplicentur, reg. odia restringi, et quatenus non omnino fateri uelimus ad fauorem ipsius inductum, vt supra per nos traditum est, nec certe audebimus affirmare odio ipsius id factum, at si hac ratione attenta induceremur ad credendum non posse eum in vna re suam legitimam eligere, vtiq; consequens esset dicere, id filii odio factum, quod absurdum profecto esset, nihil igitur refert, quod legitima totum patrimonium respiciat, imò si totum patrimonium respicit, vtile potius quam damnosum id filio*
35 *esse debet, quemadmodum de creditore dicitur, † qui ius habet eligendi in*
36 *quauis re debitoris l. creditoris. ff. de distrac. pigno. † quamuis enim supra in princ. dixerimus ex sententia communi, non habere filium hypothecam in bo-*

nis

37 nis paternis, † ius tamen quoddam habet iam tum viuente patre quæsitum, quod ei præstare debet, vt ius hoc eligendi rem suo arbitrio habeat, quo fundamento vtitur Roman. cons. 277. col. fi. vers. sed presuppositο, & quamuis lex dicat repletionem fieri ex substantia, & non dicat fieri ex vna re, ego id opinor dictum potius ad fauorem, & commodum filii, quam ad incommodum & damnum, imo cum dicat fieri ex ipsa substantia, videtur tota substantia electioni filii pro sua legitima exposita, quod si ex vna re tantum fieri dixisset, filii potestatem in sumenda sibi legitima coarctasset, quam ex supradictis verbis ampliasse potius videtur, non igitur debet, quod augendi gratia prolatum est, diminutionem, restrictionemq; vt inducat, interpretari, arg. l. legata inutiliter ff. de adimen. lega. quare vides fundamenta Baldi pro communi adducta parum mouere debere; Et certe nihil hactenus in medio adductum video, vnde conclusio hæc frequentius recepta defendi possit, quin magis vrgeant rationes proxime à nobis in contrarium propositæ; quibus adde tex. in l. libertus qui soluendo. ff. de bo. liber. nam patrono, qui non habet tantum ius in bonis liberti, tamē competit electio pro sua legitima, ergo multo magis filio; nam & fauor filii in patrimonio quodammodo suo, & debitum naturale patris erga eum, & lex quæ vult ex substantia paterna deberi, plurimum attendendæ sunt; & contrariam opinionem tenuit Bal. l. cum rem alienam, col. fi. vers. extra quæritur. C. de lega. Roman. cons. 277. supra allegato col. fi. Angel. in l. si noxali, §. est etiam, vers. sequitur in glo. ff. de pecul. intelligendo dummodo id faciat ante restitutionem, vt per eum ibi: Imol. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebel. & alii citati p Port. in d. concl. 11. lib. 6. commun. opin. Sic tamen (vt supra dictum est) se habet communis conclusio, quod (scz.) filius eligere non possit,

Nunquid ergo hæres, vel fideicommissarius ipse, cui eiuscemodi legitima detrahenda est, habebunt hanc optionem dandi, quam rem voluerint, ipsi filio pro legitima, quemadmodum dici solet, quod electio semper est debitoris, l. plerumq; §. fi. ff. de iu. dot. vbi glo. Dec. cons. 12. col. 2. quæ tamen regula non habere solet locum, vbi alternatiua apposita est fauore creditoris, vt per Decium vbi supra: in casu vero nostro, quamuis non posset indubitate dici fauore creditoris. i. filii eam generalitatem deducendi de singulis rebus inductam esse, tamen ipsius causa magis, quam hæredis vel fideicommissarii inducta dici potest, vt supra dixi
38 mus; † Iniquum proinde esset, si diceremus filium adeo prægrauari, vt quartam solam haberet, eamq; arbitrio ipsius debitoris, qui posset soluere vnam ex deterioribus rebus totius patrimonii, debet ergo saltem seruari æqualitas, quando

nolimus filium potiorem esse.l.fin.inf.fam.hercis.Sicq; vt neq; filius habeat ius, & facultatem sibi eligendi, quam rem voluerit soluere, sed res iudicis arbitrio committetur, d.l.2.C.quan.& quib.quar.pars.vbi Bar.l. potest autem, ibi, vel iudex æstimauerit. de lega.prim.Bar.d.l.suus quoq; .ff.de hæred.instit.& scriben.omnes in.d.l. in quartam, qui iudex eliget vnam rem; vel plures, prout æquitas suggesserit, ne diuisio alteri ex partibus damno incommodoq; sit.d. l.2.
39 quan.& q^b. † Idq; Iudicis officiū deseruit iudicio diuisorio (vt inquit) Salyc.
40 supra citatus in d.l filium quem habentem, † Ex quo potest colligi, quid nam intersit, de rigore & iuris subtilitate, vt supra dictum est, de singulis rebus fieri posse detractionem, cum nunquam fiat in effectu detractio de singulis rebus, sed in vna vel pluribus arbitrio iudicis, videtur enim hæc differentia quodammodo ociosa, & potius in verbis quam in effectu consistere, cum tamen lex nihil frustra operetur, l.hæc stipulatio .§. diuus .ff. vt leg.no. cau. & non debeat lex esse imposita verbis, sed rebus. ad quid igitur prodest de iuris rigore posse de singulis rebus deduci, cum id nunquam exequutionem sortiatur? Hu-
41 ius inquam rei ratio potest hæc afferri, † nam cum hæc electio, seu legitimæ constitutio fiat arbitrio Iudicis deseruiente iudicio diuisorio, & sic officio Iudicis mercenario, lata Sententia diffinitiua in iudicio familiæ hercifcundæ tale officium Iudicis conquiescet, ac, si nihil arbitratus fuerit Iudex in qua re
42 legitima retinenda sit † non poterit post diffinitionem hoc arbitrari .l. 4. C. depos. l. terminato .C. de fruct. & lit.expen. c. 2. de offi. Iud. no. in l. prim. ff. de Iurisdic.om.Iud. sic dicitur etiam, promittente aliquo rem restituere, huiusmodi factum diuiduum esse inter hæredes, quo ad obligationem, vnusquisq; enim hæredum obligatus est pro portione hæreditaria ad restituendum, attamen quo ad solutionem indiuiduum erit, quia non fas erit partem rei duntaxat, restitui, sed tota restituenda erit, Bar. d. l.stipulationes non diuidūtur col. 4. nu. 9.non est nouum hoc iure, vt quod non est in obligatione, tamen sit in solutione; & exequutione, vt plurimis exemplis, si opus esset, demonstrare possem, Cautus igitur sit, qui non vult in singulis rebus detractionem fieri, vt ante sententiam terminatam assignationem fieri procuret; tribuendum erat hoc filio propter illud quasi dominium, quod in rebus paternis iam tum viuente patre habebat, vt in singulis quibuscumq; rebus ius suum exercere posset, sed tamen, quia si singulas quasq; res pro sua legitima imminuere voluisset, neq; heredi nec fideicommissario, interdum neq; sibi ipsi conduxisset, Visum fuit hanc potestatem æquitate quadam indiciaria temperare, vt ille (prout dictum est)

in

in iudicio diuisorio eam rem vnam vel plures pro legitima adiudicaret, quam
43 *æquitas desideraret, ac pateretur,* † *qui index, si inique fuerit arbitratus, poterit ab eo appellari, Ryp. d.l. in quartam nu.* 122.

44 *Conclusio hæc,* † *quod filius non possit rem arbitrio suo eligere, procedit, siue ipse, siue hæres, vel fideicommissarius hæreditatem possideant, Rypa d.l. in quartam nu.* 119.

45 *Idq;* † *admittendum credo, siue filius institutus sit in aliqua re, & deinde petat repletionem, nam & ea repletio iudicis arbitrio facienda est, siue nulla in re nominatim sit institutus, puta, quia dixerit testator, Instituo filium meum in sua legitima, Rypa vbi supra.*

Nonnullis tamen casibus electioni à filio factæ standum erit, Primus erit casus,
46 † *Si filius voluntatem patris siue expressam siue tacitam habuerit, puta si pater viuens rem aliquam filio in peculium concesserit; verisimile est enim, quod quemadmodum eam rem se viuente filium habere voluit, sic pariter se defuncto in suam legitimam ea frui consenserit; arg. tex. in l. penul. ff. de alimen. & cib. leg. ibi, quæ defunctus solitus fuerat ei præstare, & ita intelligendum esse textum in l. filium quem habentem. secundum vnum intellectum tradit Ryp. in d.l. in quartam. nu.* 93. *& ita prius & ante Rypam ait Bar. quem cæteri sequuntur, in d. l. in quartam nu.* 9. *col.* 3. *vers. quarto quæro, ibi in illis verbis, aut nihil vendidit, & tunc aut testator viuus concesserat aliquam rem habere in peculium, &c. & idem Bar. in l. Marcellus. §. res quæ, ad fi. ff. ad trebel. & Abb. in d. cap. Raynaldus, col. penul. circa med. vers. si vero nihil alienauit in vita; & tunc aut habebat aliquam rem in peculio iudicio testatoris &c. Corn. cons.* 282. *nu.* 12. *lib. prim. & est communis, vt testatur Port. d. concl.* 11. *lib.* 6. *commun. opin. qui alios allegat.*

47 *Secundus casus est,* † *quia si filius legitimam elegisset à se in re aliqua mediocri vrbaneq; & modeste se gerendo, deberet ea ellectio etiam à Iudice in diuisione approbari, Bal. l. fi. col.* 7. *nu.* 37. *vers. sed non obstat inf. de edic. Diui. Adrian. & in l. iubemus col. prima vers. Item fallit in legitima. inf. ad senat. Trebel. licet enim ibi Baldus loquatur quando filius rem aliquam alienauit, nos vero, quando non alienauit, sed in restitutione tamen rem aliquam sibi gratam modeste atq; vrbane sibi retinuit, seu retinere vult, tamen quia ratio Baldi est generalis, etiam casui nostro deseruit, dum dicit Iudicem debere ratum ex æquitate sua habere, quod probabiliter factum est, idem Bal. in d.l. filium quem habentem. videtur tacite sentire, & quamuis à princi-*

cipio

pio non adhibuisset iudicem, tamen Iudex postea aditus non posset, nec deberet talem electionem irritare, nam cum docto. hoc admittant, si filius rem aliquam alienarit, (vt mox dicemus) non video, cur diuersum, si eam penes se retinuerit. Port. vbi supra.

48 Tertius est casus, † quando filius bona fide alienasset aliqua bona, nam tūc & iudex debet arbitrari, vt id cedat in legitimam Bar. d. l. in quartam, nu. 9. ibi, tunc aut hæres aliquid de hæreditate alienaui, & idem Bar. in d. l. Marcellus. §. res quæ. ad fi. ff. ad Trebel. qui ratione mehercle concludentissima innititur dicens, arbitrio enim iudicis (inquit) committitur, qua in re legitima deduci debeat, d. l. non amplius; § fi. cum l. sequen. de lega. prim. at quis Iudex æquum non iudicet, vt res bona fide, & citra malitiam alienata in quartam sibi seu legitimam adscribatur, ne vexetur, si ab eo, cui alienauit, euinceretur. l. fi. §. fi. de lega. 2. Bal. d. l. iubemus, col. prim. vers. Item fallit in legitima, C. ad trebel. in d. l. filium quem, col. 9. vers. tenendo ergo quod possit alienare, Castr. d. l. Marcellus. §. res quæ. Socin. cons. 36. in prin. lib. prim. Port. Imo. qui etiam alia allegat in d. concl. 11. lib. 6. commu. opin. & aliam rationem

49 ad hoc allegat, Bal. in d. cons. 217. lib. prim. supra citato, † quia esset nimis durum, si filius prohiberetur vnamquamq, rem etiam minutam alienare, quæ tamen ratio non concludit, cum non sit generalis;

Amplia hanc conclusionem, vt procedat etiam in casu contrario, vt scilicet quemadmodum filius potest inuito hærede vel fideicommissario alienata sibi in legitimam adscribere, sic & è conuerso teneatur etiam inuitus petente hærede, vel fideicommissario alienatam à se rem sibi in legitimā imputare, Bar. d. l. in quartam. nu. 9. tacite hoc dicit in illis verbis, scilicet prius sibi computet alienata, & arguendo à falcidia ad legitimam probatur in d. l. Marcellus. §. res quæ, vbi Castren. quod nemo negat, Imputatio enim rei alienatæ in quartam fit in odium alienantis, vt dicit Socin. in l. Marcellus. §. res quæ, nu. 13. vers. deinde, no. per glo. ibi et quia videtur enim rem, quam alienat, sibi in suam legitimam eligere, Cyn. in Auth. res quæ in fi. inf. Com. de lega. Bal. in l. iubemus col. prim. vers. ita fallit. C. ad trebel. & cons. 367. et 392. lib. 4. Cephal. cons. 189. nu. 19. si igitur vellet filius dicere paratum se hæredi vel fideicommissario pretium ex tali venditione redemptum reddere, vt suam legitimam de toto patrimonio deducat, non est audiendus, vt per docto. in d. l. in quartam; sed maior altercatio

51 est, † vtrum si velit rem per se alienatam redimere, & in hæreditate reponere, vt legitimam suam ex integro patrimonio deducat, audiendus sit, &

Ang.

Ang. quidem in d.l. in quartam nu.3.negat hoc quoq; concedendum esse filio,
52 † *quia filius alienando videtur tacite sibi eam rem in suam legitimam elegisse, quapropter non debet ei licere consilium suum mutare.arg.l.prim.§.si rem.ff. depositi, quod autem verum sit, videri eum in suam legitimam eligere eam rem, quam alienauit, dixit Cyn.in Auth.res quæ.inf.Commu.de lega.Bal.l.iubemus col.prim.vers.ita fallit.inf.ad trebel.Castr.d.l.marcellus.§.res quæ.inf.ad Trebel.Cephal.qui infinita allegat in cons.189.nu.19.lib.2.Addit aliam rationē*
53 *Rypa, d.l.in quartam nu. 106.* † *quia (inquit) hæres non habet amplius eam rem tamquam hæres, cum semel extra patrimonium exierit, arg.l.si à me.ff. eo.ad l.falci.& , quod attinet ad rationem ab Angelo adductam, non videtur*
54 *absurda, idq; eo magis,* † *quia actus nostri debent interpretationem sumere à potestate nostra. cap. à nobis, extra de senten.excommun.Bar.in l. si quis sub conditione .ff. de condit. institu. Bal. in l.fi. C. de iu. delibe. sic etiam dicitur,*
55 † *quod pater simpliciter fideicommisso grauans filium non censetur grauare legitimam quia eam grauare non potest, Dec.cons.81.col.prima nu.prim.& nō censetur testator in dubio disponere de bonis hæredis; Bal.cons.239.Laurentius col. prim.lib.2.Crauet.cons.25.col. 4.nu.19.Vnde cum non posset filius ex ea hæreditate alienare l.fi.§.sin autem sub conditione, & §.fi.C, commu.de lega.nō est dicendum, quod voluerit alienare, illud quod alienare non poterat, sed solam legitimam, cuius alienandæ potestatem habebat, & sic in necessarium antecedens videtur sibi elegisse eam rem pro sua legitima, Et ad rationem addu-*
56 *ctam per Rypam adde tu, quod dixit Bar. in d. l.si à me,* † *nempe, quod emphiteota redimens rem alienatam inuito domino non euitat pœnam commissi & Bal.in l.ab emptione in prin.ff.de pact.*
57 *Ad quas tamen rationes ambas responderi potest,* † *quod imo res vendita, ac postmodum recuperata dicitur esse eiusdem qualitatis, cuius erat ante venditio-*
58 *nem l.sequitur.§.Item labeo .ff.de vsucap.* † *& tex.in d.l.si à me.procedit specialiter ad eum effectum duntaxat, ne in falcidiam imputetur, hoc enim respectu fauore hæredis multa specialiter statuta sunt.ita dicit Dec.cons.88.col.fi. in prin.vel potest dici, quod in d.l.si à me, agitur de preiudicio & interesse tertii, cui statim ius quæsitum fuit, vel potest ad eum textum aliter responderi, vt per*
59 *Crauet. cons.22.nu.45.quod,* † *ideo res non redit ad hæredem vti hæreditaria, sed ex causa fideicommissi, quia nunquam fuit apud hæredem ex causa hæreditaria, ex quo dominium eius statim transierat in legatarium à morte testatoris, l. à titio .ff.de furtis, ideo secus esse (inquit) in fideicommisso vniuersali,*

cuius ius non transit sine restitutione in fideicommissarium, nam reuertitur ad hæredem ex causa hæreditaria. l. si hæres institutus in prin. ff. ad trebel. Sic videtur, quod si loquamur extante controuersia inter filium & fideicommissarium, cum filius iam fuerit hæres, debeat res recuperata ad eum tamq, hæreditariæ reuerti. Ad rationem vero Angeli, si dixerimus, casum hunc suprapositum procedere, prout aliqui tenent, & vt mox dicturi sumus, tunc duntaxat, quando ex causa necessaria alienauit, facilius resultabit responsio, si quidem in necessitate non est consilio locus nec electioni, &, non vt legitimam sibi eligeret,
60 *sed potius vt necessitatibus suis prospiceret, alienasse videtur; † Neq; verum est, quod interim pendente conditione prohibeatur alienatio, licet postmodum impleta conditione reuocetur in irritum alienatio. d. l. fi. §. sin autem sub conditione. C. commu. de lega. ex quo pulchre infert Hieronim. Gigas. in tracta. de Pensio. quest. 79. vel responde, vt alio in proposito dicit Socin. in d. l. Marcellus. §. res quæ, quod non potest dici elegisse, nec electio valere antequam dies seu conditio fideicommissi venisset, l. optione. ff. de opt. lega. l. si ita scriptum sit. §. sub conditione, de lega. 2.*

61 *Contrariam † igitur opinionem, vt scilicet, possit rem alienatam redimere, & suam sibi portionem legitimam boni viri arbitrio assignari facere, nec teneatur inuitus rem alienatam sibi in legitimam imputare, tenuit Imol. in d. l. in quartam. col. 5. vers. tu potes addere, licet in d. l. marcellus. §. res quæ, teneat cum Angelo, quia fideicommissarius nullum interesse, nec detrimentum pretendere potest ex tali mutatione consilii & redemptione facta, arg. à contrario in reg. mutare, vbi glo. in 6. & l. si pecuniam. ff. de condict. ob. causam, ad l. primam. §. si rem depositi ff. respondet, quod ibi alienatio cadebat in delictum, videlicet in furtum iam consumatum, quapropter ceciderat possessione rei propter delictum, & consequenter pœnitentia non erat licita, at in casu nostro nullum suberrat delictum in alienatione, si quidem filius dominus & possessor erat rei alienatæ tempore alienationis, aliter respondet Decius in d. cons. 83. col. 2. in fi. quod in d. §. si rem, agitur de preiudicio & interesse tertii, cui statim fuit*
62 *ius quæsitum, † Additq; Imol. quod, cum filio non sit assignanda quarta in rebus deterioribus, licet illa res alienata remaneret apud hæredem seu fideicommissarium, ex hoc non haberet fideicommissarius causam conquerendi, quod sic potes declarare, nam, aut illa res alienata erat ex melioribus, & non poterit fideicommissarius conqueri, quod res bona penes se remaneat, aut est ex deterioribus, & non poterit conqueri, si filius eam nolit, cum debeat habere ex me-*

lioribus

lioribus, probaturq; hæc opinio per tex. allegatum à Ludou. Roman. in d.§. res
63 quæ, relato etiam à Rypa in d.l. in quartam nu. 106. is est tex. in † l. si fundum per fideicommissum in principio. de leg. prim. In quo hæres, qui rem à se per fideicommissum relictam vendidit consentiente fideicommissario potest, si ipsam rem redemerit, eam fideicommissario, vel pretium eius soluere, inq; eius potestate est, vtrumlibet soluere, sed Alex. in d.§. res quæ, huic textui bifariã re-
64 spondet, † altero modo, quod ibi pretium debebatur respectu certæ speciei, propterea soluendo speciem meritò liberatur, vt in l. fideiussor euictionis. ff. de doli except. altero modo respondet, quod in d.l. si fundum. fideicommissarius consensit alienationi, at nos nullum præsupponimus consensum fideicommissarii, quare potest dolus filio alienanti adscribi; Sed ad vtramq; solutionem bene iudicio meo replicat Ripa vbi supra, quem referre operepretium non existimo,
65 † Et certe hæc opinio (vt etiam idem Rypa ait) videtur multum humana, et æquitatem magnam continere, & hanc sententiam propterea ego amplector,
66 † procedetq; multo magis si nulla malitia talis alienatio facta esset, quamuis etiam adhibita malitia in alienatione idem forte censerem, dummodo in redemptione eius nullum damnum prætenderet fideicommissarius, quicquid Alex. in d.§. res quæ, relatus etiam à Rypa in d.l. in quartam distinguere voluerit, redimendo enim in tempore videlicet ante moram commissam, vt infra dicemus, satis malitiam dicitur purgasse, si modo vlla malitia ei adscribi potest, Et multò etiam minus carebit dubitatione, si ante moram in restituendo commissam rem recuperarit; & multo etiam minus & certius, si eam redemerit, antequam cederet dies fideicommissi, vt per Socin. in d.§. res quæ, & Ripam vbi supra, in quo tamen aduertendum moneo, quia idem Rypa & Socin. sentiunt, quod si facta sit redemptio rei alienatæ post cedentem diem restituendi fideicommissi, & certius si ipsam rem redemerit post moram in eo restituendo factam, quod tunc omnino talis res alienata non obstante redemptione sit ei imputanda in legitimam, quod si verum est, semper ei imputanda erit, quia hæres eo ipso, quo alienat res fideicommisso subiectas constituitur in mora, Corn. in cons. 140. col. 2. lib. 2. Crauet. con. 194. col. 2. in prin. nu. 5. Sed responde quod licet Cra-
67 ueta ad hoc Corneum alleget simpliciter, † tamen Corneus hoc non dicit simpliciter & absolute, verum Corneus de eo loquitur, qui omnia bona sua, vel maiorem partem bonorum fideicommisso subiectorum donat; non ergo Corneus de quacumq; alienatione loquitur, sed de donatione, in qua magis presumi solet fraus, deinde dato, quod commissa esset fraus siue mora, ex redemptione

tamen in tempore facta censeretur purgata, porrò non de mora in alienando commissa intelligendum est, sed de mora facta in redimendo; At (redeundo ad casum propositum) quod redemptione facta ante conditionis euentum fideicommissi, non sit res redempta filio inuito imputanda in legitimam, arguto dilemmate demonstrat ibi Socin. † dicens, si vis hanc rem ei in legitimam imputari virtute electionis, quam alienando fecisse videtur, dici hoc non potest, cum electio ante conditionis euentum nulla irritaq; fuerit .l. optione .ff. de optione leg. Sin ideò fieri dicas, qđ fideicommissario ius aliquod esset partum, nec magis hoc concedendum est, quandoquidem nullum ante euentum conditionis fideicommissario quæsitum ius dici potest, l. si quis sub conditione .ff. si quis ommiss. cau. testam. addit etiam, quod vbi fideicommissum factum esset in diem certum, pariter alienatione redemptioneq; facta non esset imputatio facienda, quia si vnam rem per alienationem videretur elegisse, cæteras videretur repudiasse, sed in eo, quod in diem debetur, repudiatio non cadit, ergo neq; electio cadere potest l. si ita scriptum sit .§. sub conditione, de lega. 2. quare si per alienationem resultans electio valida non fuit, non potest dici pariter aliquid fideicommissario ius quæsitum: Dicas igitur concludendo, quod res alienata imputatur filio etiam inuito in legitimam, nisi tamen ipse filius eam redemerit; & in hæreditate reposuerit, non imputabitur etiam ei inuito, vbi rem illam ex necessaria causa alienasset. Bar. d. l. marcellus. § res quæ. in primis verbis. Socin. cons.

68

69 114. col. prim. in fi. & col. seq. in prin. lib. 3. † ex quo etiam traditum est alienationem factam pendendis oneribus Principi, cum fructus non superessent; in legitimam minime computandam. Crauet. cons. 316. col. prim. circa med. vers. breuiter puto,

Sed vt eò reuertamur, vnde digressi sumus, quia dictum fuit, nonnullis casibus electioni per filium factæ de legitima standum esse, videlicet, cum voluntas patris ei suffragatur, cum electionem vrbanè & modestè fecit, & tertiò cum rem aliquam alienauit, antequam restitutionis dies cessisset, vel venisset, & hoc in casu etiam ei inuito facienda est petente fideicommissario imputatio, etiam quod prætium soluere paratus esset, dum tamen eam actu non redemisset, & in hæreditate reposuisset,

70 Adde, † quod non tamen semper hoc vltimo casu tertio, quando scz. alienatio sequuta fuerat, filio petenti res alienata in suam legitimam est imputanda, quid enim si reperiatur electionem illam per alienationem factam adeo incommodam reliquo patrimonio, & pernitiosam esse, vt merito iudex eam infringere

gere debeat, licet non vltra debitam portionem absumat, hanc enim electionem filio non licere iam dictum est supra, quare si alienando hoc modo ei concederetur, iam parata esset, apertaq; fraus contra fideicommissarium, nam quod filius non posset rem penes se retinendo facere, id alienando exequeretur, & quia tunc diceretur alienationem in fraudem fecisse, vnde succedit alia sequens
71 *conclusio, videlicet, † quod vbi in fraudem non bona fide alienatio facta esset, tunc non posset filius petere, vt sibi ea res in legitimam reponeretur, vt etiam supra in principio diximus, et exemplificari potest, vt, si res tuto in loco positas alienasset, resq; alicui periculo, damno, vel incommodo expositas retinuisset, vt quia vicina essent prædia rixoso, vel potentiori, vt no. glo. in l. 2. verbo suspectum. ff. solut. matr. et plures causas diminuentes pretium rei vide per Rypam in l. prim. §. si hæres nu. 25. & seq. ff. ad Trebel. & in d. l. in quartam, nu. 98. his quidem & similibus exemplis presumetur fraus in filio alienante, vel si rem longe minori prætio communis æstimationis alienasset, vel pluris æstimationis legitima. Dec. cons. 236. nu. 10. Bal. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor. Port. Imol. d. conclu. 11. lib. 6. & quamuis etiam propositum fraudandi*
72 *non haberet, † si tamen re ipsa fraus dolusq; sequuti essent, idem erit dicendum, vt in casibus proxime notatis Ang. & Imol. in d. l. in quartam. & in d. §. res quæ, Rypa d. nu. 98. In dubio autem an presumemus bona fide, an dolo factam esse alienationem? Et Imola quidem in d. l. in quartam. col. 5. nu. 6. ait in dubio presumi bonam fidem, non dolum, nisi probetur, In casibus tamen supra dictis forte fraus in dubio præsumetur; & ita est intelligendum, quod dixit Tortius Imolensis d. concl. 11. dum allegat Imol. in d. l. in quartam, qui tamen Imola id non dicit, ad quod per ipsum allegatur, at si rem minori pretio alienarit, quàm vera ipsius æstimatio postularet, illud filio in legitimam imputabitur, quod communis ipsius rei æstimatio desiderabit. Oldrad. cons. 107. circa ius municipale. in 3. dub. Ryp. d. l. in quartam. nu. 102. quia est in lata culpa (inquit) pro qua tenetur fideicōmissario l. mulier. §. sed etenim. ff. ad Trebel. adde Pomat.*
73 *in addit. ad Bar. in l. marcellus. §. res quæ; † Cautius igitur aget filius volens aliquid alienare, si, antequam alienet, vocet fideicōmissarium, & diuisionem Iudicis cum decreto faciat, Sic enim is, in quem res fuerit alienata, eam possidere poterit absq; aliquo euictionis a fideicommissario periculo, Abbas in d. cap. Raynaldus, & ante eum Bal. in d. l. iubemus col. prim. vers. Ego tamen do consilium, vbi his verbis vtitur, scz. Ego tamen do consilium, vt hæc alienatio fiat cum decreto iudicis citatis substitutis, quia tunc non poterit argui dolus, quod enim fi-*

filius possit impetrare separationem suæ legitimæ, & assignationem sibi fieri in re certa, arbitrio boni viri est arg. l. libertus patrono. §. quod ergo. ff. de bon. liber. idq; ex ea lege colligit & idem tradit Bal. in d. l. filium quem habentem, col. 9. in prin. vers. sed Iacobus de Beluisio dicit, fam. herciscun. & ceteri sequuntur passim.

73 Item † non poterit filius sibi in suam legitimam partem retinere rem alienatam, quando illam rem, non necessitate adductus, sed voluntariè alienasset, vt dicere videtur Bal. in d. l. iubemus vers. Item fallit in legitima, Dicit enim sic; Fallit in legitima, videlicet quando filius ex necessitate alienasset aliqnam rem ergo à contrario supponit, quod extra necessitatem alienatione facta aliud sit dicendum; sed nolim tamen te hic de illa necessitate intelligere, de qua in d. l. marcellus. §. res quæ, tractatur, alia enim est quæstio illa, cum ibi de illa necessitate agatur, quæ non ipsi filio alienanti prospicit, sed hæreditati, de necessitate inquam antequam ipse filius bona possideret, causata, vt quia multis debitis onerata esset hæreditas, quibus extinguendis bonorum alienatio fuerit necessaria, adeò quod illa alienatio nullum commodum filio attulerit, cum prætium penes se retinere non potuerit, sed creditoribus hæreditariis dare, hæc inquam alienatio necessaria non est ea, de qua nos tractamus, nam nos tractamus de necessitate ipsum filium premente, & cui prouidere sui ipsius causa oporteret;

74 † Et videtur satis rationi consonum, quod si nulla necessitate adductus alienasset, nō debeat ea electio rata haberi, cum presumi possit tunc dolo potius, quàm bona fide alienasse, vnde succedit conclusio, de qua supra, quod si alienatio sit facta non bona fide, non possit ei prodesse, vt sibi eam in legitimam reponi faciat, Ego tamen crederem minime necessariam esse necessitatem, neq; consequentiam valere, vt si alienarit nulla subsistente necessitate; propterea videatus dolo, & mala fide alienasse, potuit enim potius ex prodigalitate vendidisse, vel vt pecuniam in emptione aliorum prædiorum vberioris redditur, vel maioris commodi collocaret, Neq; credo, quod Baldus hoc dicere voluerit assertiue, sed quod de necessitate verbum habuit, id fuit gratia exempli dictum, Exempla autem non restringunt regulam, deinde à dictis Doctorum non est sumendum argumentum à contrario sensui, quamuis à legibus sumatur, no. in l. prim. ff. de offi. ei. cui mand. est Iurisd.

75 Sed † quamuis alienata res pro legitima summa à filio viuente non possit à fideicommissario reuocari inuito filio, qui velit eam sibi in legitimam imputari, secus tamen dicendum erit, si rem aliquam in testamento, vel vltima aliqua di-

spositione

-spositione alteri relinquere velit, cuius rei ratio est, quia per mortem filii fideicommissum purificatur, ita quod reperitur prius dies fideicommissi cessisse, quàm alienatio facta sit, quapropter non debet posse filius de eo disponere, quod alteri iam sit quæsitum, quo fit, vt legatarius ille, cui ea res relicta sit, eam duntaxat partem, habiturus sit, quæ ad filium pro sua legitimam irreuocabiliter spectasset, & pro trebellianica, Ita dicit Bal. in d. l. filium quem habentem col. 9. in fi. vers. sed vlterius quæritur, nu. 29. inf. fam. hercis. Tu tamen caueue, quia talis conditio non videtur impleta, nisi post mortem, nam, dum filius viuit, non dicetur purificata, et per consequens adhuc dicitur filius esse dominus, nec aliquod fideicommissario ius quæsitum l. fi. ff. de condit. Instit. viuens enim dicitur mori l. prim. §. si emancipato, & §. seq. vbi glo. vers. conferre. ff. de collat. bono. & glo. per illum tex. in l. qui duos. §. prim. vers. tempus. ff. de manu. testam. & ibi Barth. Corn. cons. 190. col. 5. circa med. lib. 2. & eleganter decidit Bal.
76 in l. fi. in prin. col. 2. vers. quæro an pater, C. de bon. quæ lib. † Patrem posse adire hæreditatem filio delatam, in extremo articulo vitæ filii, & quod dicit
77 Castren. cons. 241. col. 2. in prin. lib. 2. † Si igitur dispositio facta est à viuente adhuc filio, & ita dum adhuc dominus est, & antequam fideicommissario ius quæsitum sit, cum nundum purificata sit conditio apposita, videtur, quod non minus valere debeat, quam si in vita facta alienatio esset, sed respondere potes, quamuis à filio viuente fiat dispositio, tamen, quia exequutio eius in tempus confertur, quo ipse filius disponens mortuus erit, quia vltimæ voluntates non sortiuntur effectum nisi per mortem testatoris, & aditionem hæreditatis, vt no. per Bal. in l. prima. ff. de testam. & docto. Insti. de testam. & sic videtur, quod inutilis debeat talis dispositio esse, cum paria sint, tempore inhabili disponere, & in tempus inhabile dispositionem cõferre l. in tempus. l. illa institutio, vbi glo. vers. pendere. ff. de hered. insti. eo igitur tempore, quo eiusceemodi dispositio effectum, & exequutionem sortitura esset, nempe post mortem, reperitur ius fideicommissario quæsitum, quod per mortem euenit, & ita declarari etiam debent tradita per Rypam in d. l. in quartam nu. 97. & nu. 104. dum dicit Rypa, quod cum dies fideicommissi cesserit, et venerit morte grauati, alienatio post facta nullius est momenti, neq; enim iure dicitur alienatio facta, postquam cessit dies fideicommissi, quippe cum dies fideicommissi non veniat, nisi post mortem grauati, at ipse, cum facit testamentum vel dispositionẽ suam, viuit, si enim mortuus esset, testari non posset, melius igitur, & verius dicetur exequutionem dispositionis, non autem ipsam dispositionem collatam in tempus, quo dies fideicommissi cessit et

venit,

uenit, & sic non valere; quod certius esset, vbi diceremus declarationem supra ex Baldo in d.l. iubemus, collectam veram esse, nempe, quod non valeat, nisi ex necessitate facta; quæ enim necessitas in legato, vel vltima voluntate considerari potest? & quod electio facta per dispositionem in testamento, vel alia vltima voluntate factam non teneat, Guid. Papa decis. 306. Port. Imol. in d. concl. 11. eademq; ratione, qua dictum est dispositionem in testamento factam non tenere Irreuocabiliter, dicendum erit, pariter idem esse, si alienatio facta sit inter viuos, cum iam dies fideicommissi cessisset, quia cum tunc amplius in suspenso non sit euentus fideicommissi, alienatio valere non debet, arg. à contrario sensu in d.l.fi.§.sed quia.C.Commu.de lega.et quia (vt inquit Rypa d.nu.97.) potuit sibi filius consulere iudicio familiæ herciscundæ, petendo diuisionem, & diuisione facta rem sibi obuentam arbitrio suo alienare.

78 *Sic † etiam vbi res, quam filius alienauit, esset specialiter prohibita alienari, non posset filius impedire, ipsius alienationis reuocationem eo prætextu, quod eam rem sibi vellet in legitimam imputari, dum tamen aliæ res extarent, in quibus posset filius suam legitimam consequi. Ripa d. l. in quartam. nu. 99. sed ta-*
79 *men contrarium dixit Ias. per eundem ipsum Ripam alleg. † Iason inquam in l. filius familias §. diui. in 5. notab. nu. 12. vers. hinc potes tu collicere, de leg. primo, loquitur enim generaliter ibi Iason dicens, quod cum filius in legitima sit creditor, propterea prohibitio alienationis facta per testatorem cum causa impedire non debet filium alienare, quantum capit sua legitima ex eo ipso textu in d.§. Diui ponderando illum textum, vt per ipsum Iaso. & hanc opinionem dilucidè consulendo tenuit Aret. per eundem ipsum Iasonem allegatus, Aretinus inquam in cons. 19. Incip. ex facto queritur. nu. 4. & seq. vsq; ad nu. 9. & tam idem Aret. quam Ias. hoc probant irrefragabili fundamento (vt ego iudico) nam de legitima filii omne grauamen reiicitur l. sancimus. §. cum autem l. quoniam in prioribus. hoc eo. tit. talis autem prohibitio esset grauamen, quod patet, quia in alienatione vocandi essent illi, quorum causa facta esset huiusmodi prohibitio, quemadmodum etiam vocandi sunt fideicommissarii, quod fideicommissum est grauamen. dict. §. diui. l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulgari, vnde vides quod Ias. loquitur generaliter, aut saltem regulariter quod scilicet legitima censeatur excepta, neq; subiiciatur prohibitioni alienationis factæ per testatorem, neq; hoc dixit, legitimam tunc demum esse exceptam, quando alia bona ad legitimam non superessent, Est verum, quod per quædam verba paulò supra Idem Ias. hoc videtur sentire in eo quinto notab. dum enim loquitur de cre-*

ditoribus

ditoribus, sic dicit, quod testator per prohibitionem alienationis à se factam non potest preiudicare creditoribus suis, quin talia bona non obstante prohibitione testatoris vendantur, & creditoribus satisfiat, quando aliunde non habent, vnde satisfiat, quæ postrema verba forte Rypam mouerunt, quia deinde statim subdit Iason, Hinc potes elicere, quod, cum filius dicatur esse creditor in legitima &c. sed tñ decisio Iasonis meo iudicio est generalis, et clarior ẽt est in eo. §. Diui col. 9. vers. 3. facit, nu. 61. & Aret. pariter generaliter loquitur vbi supra.

Ex quibus videtur concludendum aliter, ac supra diximus ex Ripa, ponendum
80 siquidem est sic, † quod & si bona sint specialiter prohibita alienari, aliaq; ẽt in hæreditate supersint, in quibus posset filius suam legitimam deducere, possit nihilominus in re per se alienata legitimam suam eligere, quandoquidem ea alienationis prohibitio legitimam afficere non valuit per supradicta, nisi tu forte dixeris, verum quidem esse legitimam tali prohibitioni alienationis non subiacere, non tamen propterea totum patrimonium eiuscemodi prohibitionem euitare propter ius illud legitimæ immunis deducendæ, quod filio competit; aliud enim est, quod legitima ipsa immunis ac libera ab eiuscemodi prohibitione sit, aliud, quod patrimonium vniuersum, vt ex eo legitima immunis arbitrio filii
81 deduci possit, sed tamen ego video, quod ipse † Aret. & Ias. loquuntur simpliciter dicentes, quod prohibitio alienationis à testatore facta non impedit filium alienare, quantũ capit sua legitima, hæc enim sunt verba ipsa Aretinĩ; Vnde forte tutius est non amplecti declarationem Ripæ, nam si non impeditur
82 alienare, ergo alienata reuocari non debent, † Est tamen verum (vt ingenuè fatear) quod non videtur omnino bona fide alienare, qui sciens alia bona in patrimonio extare nulli prohibitioni obnoxia, ea alienare voluerit, quæ prohibita erant alienari, nisi dixeris, nihil ei imputari, si alienarit, quia sciebat hoc sibi licere, cum talis prohibitio non valeret, Quo circa forte sic decidi potest, quod si res certa prohibita sit alienari, eamq; filius prohibitionem non ignorans, nihilominus alienarit, cum tota bona superessent, vnde posset suam legitimam commodè consequi, tunc talis alienatio reuocari possit, quamuis ipse contra niteretur dicens, eam sibi rem pro sua legitima elegisse, quo casu loquitur Castren. in cons. 17. Incip. in causa, quæ vertitur Parmæ col. 2. nu. 7. lib. 2. & Iason in l. marcellus. §. res quæ. nu. 18. ff. ad Trebel. Grat. con. 18. col. prim. lib. prim. Grammat. decis. 93. Port. Imol. conclu. 13. lib. 6. Castr. ante eos, cons. 77. col. pe. nu. 4. lib. prim. Si verò non certæ expressimq; dessignatæ rei, sed totius patrimonii generaliter alienatio prohibita esset, videretur hoc casu dicendum alienationem à filio

à filio factam vsq; ad legitimam (si legitimæ suæ electionem in ea re se fecisse allegat) tenere; atq; hoc in casu credo loquutũ Aretinum in cons. supra citato.

83 Alius † casus in quo filius possit suam legitimam eligere, erit, si rem illam ipse industria sua meliorẽ fructuosioremq; fecisset arg. l. fi. C. de aluui. & palud. c. fi. de pecul. cler. Bar. l. quicumq; desertum C. de omni agro deser. lib. 11. Rip. l. in quartam nu. 65. & in tract. de peste in vltima parte; vers. Item licet Emphiteosis.

Vtrum contra legatarios ad legitimam agi poßit.

1 Filius potest legitimam consequi tam contra legatarios, quàm contra hæredes pro rata secundùm communem,

2 Conclusio prædicta quomodo intelligenda.

3 Differentia est, an filius agat de tota legitima, an de legitimæ supplemento duntaxat.

4 Crauetæ, & Portii Imolensis locus.

5 Legitima non detrahitur contra legatarios, si alia bona in hereditate supersint, vnde possit deduci.

16 Superior conclusio, tam in legitima, quàm in legitimæ supplemento procedit.

7 Duæ conclusiones, quæ veluti contrariæ ponuntur a Doctoribus in idem tamen corriuant.

8 Legitima, & legitimæ supplementum in quibus differant.

9 Onus probandi hereditatem esse soluendo, an spectet filiæ an tertio possessori.

19 Legitima, & legitimæ supplementum diuersis actionibus petuntur.

11 Legitima quandoq; deducitur ex voluntate testatoris, legitimæ supplementum numquam.

12 Legitima detrahitur contra legatarios, cum res meliores legatæ sunt.

13 Legitima, cum deduci contra legatarios potest, contra omnes pro rata deducenda est, non contra vnum tantùm.

14 Legitima, vel eius repletio qua actione contra legatarios petatur.

15 Hæres tenetur filio actionem cedere, quam contra legatarios habet de eo, quod indebite solutum eis reperitur propter legitimæ deductionem.

6 Actio realis pro legitima contra legatarios cõpetit aduersus Ang. opinionẽ.

17.

17 *Condictio ex lege, quæ competit pro legitimæ repletione, est actio in rem scripta, idq; proprie.*
18 *Condictio ex lege ad legitimæ supplementum, quomodo sit in rem scripta.*
19 *Condictio ex lege ad legitimæ repletionem, nulla lege appellatur in rem scripta, sed habet tamen effectus & naturam actionis in rem scriptæ.*
20 *Supradicta procedunt etiam contra substitutos.*
21 *Legitima an deduci possit contra tertium possessorem, qui non sit legatarius, neq; fideicommissarius.*
22 *Legitima detrahitur contra tertios, qui bona testatoris contra hæredis voluntatem occupant.*
23 *Iniquum est filium teneri ad legitimam pro bonis, quæ non possidet.*
24 *Hæres tenetur cedere actiones filio pro legitima contra tertios possessores.*
25 *Quo ordine detractio legitimæ, & falcidiæ fiat, ac solutio debitorum & legatorum.*
26 *Legitimæ deductio paucissimis casibus ab intestato locum habet.*
27 *Distinctio sex casuum in articulo, an legitima detrahatur legatariis.*
28 *Tex. in §. ceterum in auten. Vt cum de appellat. cognos.*
29 *Condictio ex lege, quæ competit ad legitimam, quomodo sit in rem scripta.*
30 *Tex. in l. si ex patronis. & l. si libertus sub conditione. ff. de bon. libert.*
31 *Legitimæ executio quomodo fiat.*

EX SVBSTANTIA. *Colligitur etiam, atq; infertur ex hoc eodem verbo. (* Substantia *) supra ponderato, quod supplementum legitimæ fieri oporteat non modò ab hæredibus, sed etiam à legatariis, quo verbo vsus est textus etiam in. l. scimus. §. repletionem. inf. eo. quem textum ad hoc ponderat Bar. in d. l. in quartam. col. fi. nu. 13. sic inducendo, quod, cum textus dicat, repletionem fieri ex substantia, & rebus defuncti, propterea videri, quod sit onus reale, & consequenter rem ipsam sequatur, & ad quemcumque res ipsæ transierint, possint ab eo ex hac causa auferri, allegat etiam textum in l. si ex patronis, & l. si libertus. §. libertus. ff. de bon. liber. & idem Bar. in cons. 34. factum tale. nu. 4. poterit ergo (secundũ eũ) filius agere tam contra legatarios, quam contra hæredes, & vnumquemq; eorum pro rata: sequitur Alex. ibi. in fi. cum modificatione, dummodò scz. hæreditas sic exhausta esset legatis, vt hæres post suæ quartæ iure Institutionis debitæ retentionem, non haberet, vnde legitimæ satisfaceret, & dummodò legata facta essent de speciebus & cor-*

poribus hæreditariis; & ita etiam Ripa ibi nu. 112. & ita dicunt esse intelligendum, quod ibi dicit Bart. quæ declarationes fuerunt Ang. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inof. testam. et hanc dicit magis communem opinionem, Dec.
1 cons. 634. col. prim. & 2. † & credo veram esse hanc attestationem de communi, cum in eadem opinione fuerit et Alex. cons. 134. lib. 4. Corn. in cons. 106. col. fi. nu. 22. lib. 2. & in cons. 180. col. 5. in fi. nu. 7. vers. venio ad quartam, & idem Dec. in cons. 81. col. pen. in fi. nu. 7. vers. septimo quæritur, & de communi testatur etiam M. Ant. Nata in cons. 200. col. 3. lib. prim. Item Craueta cons. 109. col. pe. circa prin. vers. est verum quod Decius, qui Craueta etiam alios citat eandem sententiam tenētes, Rolan. à Valle cons. 12. & con. 65. & 78. lib.
2 prim. † Quæ quidem per me iam dicta in repletione, seu supplemento legitimæ locum habent, & in ea loquuntur docto, sed in legitima ipsa ex integro deducenda aliud senserunt docto, nempe vt ea contra legatarios detrahi non possit, quod Bal. asseruit in l. prim. ff. de rer. diui. Alex. d. l. in quartam. col. 9. in fi. vers. bene facit quod notat Bal. nu. 16. & in ea. l. in quartam. col. vltima nu. 31. & in l. nō amplius. §. fi. de leg. prim. qui tamen Alex. licet citetur, quasi id dixerit. in l. non amplius, hoc tamen non dixit, sed contrarium, cum in col. fi. in prin. dicat sic, (Non obstat quod dictum est de legitima, quia iura magis subueniunt filio in legitima, quam legatario) dixit hoc quidem Alex. in l. Marcellus. §. res quæ col. fi. in prin. ff. ad trebel. & in l. in ratione, col. 2. in fi. vers & in quantum. ff. ad l. falcid. & in cons. 12. Incip. perspectis his. nu. 2. lib. 5. Ias. in d. l. filium quem habentem, col. 7. nu. 17. vers. limita tamen singulariter, & in d. l. Marcellus. §. res quæ. col. fi. Socin. cons. 75. col. 4. Ruin. cons. 57. col. 2. nu. 23. col. pen. lib. 3. Fabian. hic nu. 127. Port. Imol. Concl. 13. lib. 6. Commun. opi. Vnde vides con-
3 stitutam videri apertam differentiam, † Vtrum filius agat de supplemento legitimæ duntaxat, an de tota legitima, Et hoc est, quod dixit idem Alex. in d. l. in quartam. col. fi. vbi, dum tractat quæstionem superiorem, quando scilicet agitur de supplemento capiendo contra legatarios, citat et recitat quemdam locū Pauli Castren. subdit deinde, sed caue, quia presupponit Paul. de Castro, quod filius possit petere sibi legitimam dari in rebus legatis alteri, cuius contrarium voluit
4 singulariter Baldus in l. prim. ff. de re. diuis. & quæ sequuntur, † Vnde (nisi ego fallor) videtur mihi æquiuocasse D. Cranet. in allegato cons. 109. qui, si recte eius dicta perpendantur, & authoritates, quas ipse allegat, videtur hæc inter se, & simul confudisse, & quasi pro absoluto habuisse, quod idem sit, petere supplementum legitimæ, vel petere & deducere suam legitimam, hæc etiam simul

confundit

confundit Port. Imol. in d. concl. 13. & tamen (vt dico) ex supradictis videtur differre etiam in hoc ipso articulo, quando molestandi essent legatarii, quamuis Ripa eodem modo constituat in effectu regulam loquendo de legitima in d. l. in quartam. nu. 101. quo modo loquendo de supplemento legitimæ in ea. l. in quartam col. antepen. nu. 211. vers. quærit Bar. nam d. nu. 101. dicit quod hæres non potest suam legitimam eligere in rebus alii specialiter legatis, quando potest eam ex aliis rebus consequi, sed nu. 211. de supplemento legitimæ loquẽs facit regulam superiori similem, licet per alia verba, dicens, quod supplementum legitimæ à solis hæredibus faciẽdum est, dummodo hæreditas remaneat soluendo deductis legatis, & certe in idem postremo concludunt Docto. & propterea etiam Craueta et Port. de his confuse tractarunt, sentientes re ipsa nihil hæc duo inter se differre in boc; quamuis, veluti de duobus separatis loquantur doct. (vt dixi) cum de vno tractent in altero loco, & de altero in altero, & quando de altero loquuntur pro decisione eius alterius speciei decisionem veluti in diuerso, sed tamen simili casu loquentem citent;

5 *Constituenda est igitur conclusio, † quod tam legitima quam supplementum legitimæ capi non debent contra legatarios, vbi alia bona in hæreditate super-*
6 *sint, unde legitima capi valeat, † & in vtroq; casu est communi sententia recepta, quamuis enim Bar. in d. l. in quartam col. fi. alio modo constituat regulam, quàm supra ex Decio diximus communiter approbatam, videlicet qđ contra legatarios supplementum legitimæ detrahi possit, at in legitima alio modo facta sit conclusio per Bal. in d. l. prim. ff. de rer. diuis. nempe quod ab hæredibus solis non*
7 *et à legatariis soluenda sit, † hæ tamen duæ, quæ videntur sibi ex diametro aduersari, cõclusiones, re vera nõ sunt aduersæ perpẽsis declarationibus ad vtrãq; allatis, si quidem (vt supra diximus) conclusionem Bartholi ita demum procedere existimant, si hæreditas deductis legatis non possit legitimæ solutioni satis esse, quod si in hæreditate sit, vnde legitima percipi possit, aliud sentiunt, sic & ex diuerso alia conclusio à Baldo posita, quod non possit contra legatarios deduci legitima, quando ipsa legitima potest ex aliis rebus percipi, intelligenda*
8 *est, † quare vides vtramq; conclusionem in eundem finem corriuare, quod tamen in aliis soleant differre legitima, & supplementum legitimæ, patet ex his, quæ diximus suprà in prefatione dum tractaremus, an pro legitima bona sint*
9 *hypothecata, † cum inter cætera supplementum debeatur conditione ex lege, & contra voluntatem testatoris, at legitima in testamento relicta debetur actio-*
10 *ne ex testamento, & infrà dicturi sumus. † quod si in testamento sit filius hæ-*

res institutus vniuersaliter; sed grauatus ad restituendum, poterit & tunc voluntate testatoris inniti: qđ si in controuersiā reuocetur, an hæreditas sit soluēdo, aliaq; bona supersint, (exceptis legatis) in hereditate, ex quibus legitima deduci possit, hoc onus probandi tot bona in hereditate non esse, vnde legitima detrahi possit, illi incumbet, qui legitimam detrahere, & contra legatarios agere voluerit, non autem legatariis probandi contrarium. ita dicit M. Ant. Nata in cons. 238. nu. 6. lib. 2. quod verum & ego existimo ar. l. cum de lege. ff. de prob. quod fiet probando, quod sint bona. vt ibi ait glo. quam l. vide exornatam perpulcre à Didaco in lib. 2. var. resolut. cap. 6. car. prima et seq. & illa potissimum ratione hæc conclusio fulta est, quia onera omnia hæredem sequi debent, ipse. n. omnibus tenetur, qui vult igitur alium conuenire non heredem, cum a regula recedat, causam quare id sibi licere putet, probare tenetur. arg. eorum quæ notantur in. l. prim. de reg. iur. cum sim.

Sed hæc tamen conclusio, seu hæ duæ conclusiones, quæ vnam faciunt, sic declarari debent, † quod etiam si in hæreditate sit vnde legitima percipi possit, tamen,
11 si optimæ queq; res legatæ sint, de his quoq; detrahi poterit legitima, ita frequentissimi dicunt Doctores in d. l. in quartam col. pe. & fi. & in l. Marcellus. §. res quæ. ad trebel. & in d. l. filium quem habentē inf. fam. hercis. Dec. d. cons. 81. col. fi. & Alex. d. cons. 156. modò tamen sic modestia vtatur filius, vt ne sibi persuadeat, licere ab vno legatario duntaxat legitimam suam eiusue supplementū
12 consequi, † ab omnibus enim pro rata eam consequi debet, Ruin. cons. 17. col. pen. vers. nec præmissis obstat nu. 8. lib. 5. qui ad hoc citat Barth. in d. l. in quartam col. fi. supra à nobis citatum, dum dicit Bar. quod supplementum legitimæ debet peti à singulis legatariis pro rata, vbi etiam Alex. & Castren. & Bal. l. omnimodo inf. eo. neq; his aduersatur, quod diximus supra, quod licet in qualibet re debeatur legitima, tamen non nisi ex vna re vel duabus arbitrio Iudicis deduci debet, ex d. l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. vbi Bar. Illud enim sibi locū vendicat, vbi res essent hæreditarie apud vnum tantum, puta apud hæredem, vel apud ipsos filios, verùm si apud diuersos pluresq; extent, puta vel per legata, aliasùe alienationes, erit tunc contra omnes pro rata portione agendum, sic declarat Ruin. vbi supra.

13 † Verùm ambigi potest, quanam actione filio consultum sit contra legatarios pro sua legitima vel supplemento, nam personali actione conueniri non posse videntur, cum nullo ex contractu, vel quasi contractu obligati sint filio pro legitima ius pretendenti, nec magis videtur eos posse conueniri actione reali, nam

ipsi

ipsi legatarii domini effecti sunt recta via à morte testatoris l.à titio .ff. de furt. nec filio ius dominii competit, nec per consequens in rem actio l.vn.inf.de alien. iud.mut.ca.fac.& l.in rem.de rei vendica. Angelus in l.Papinianus.§.si conditioni.col.3.in prin.nu.5 .ff.eo.de inof.testam.respondet multipliciter; Primo etenim respondet; quod lex obligat etiam legatarios, ideoq, condictione ex lege conueniri possunt per glo.ibi in d.§.si conditioni; Secundò respondet, quod vbi nolit quis fateri contra eos legatarios condictionem ex lege competere, at certe conueniendi erunt actione in factum, quæ in locum cuiuslibet actionis deficientis succedit l.quoties.ff.de prescrip.ver. vel tertio respondet Idem Ang. quod, cum hæres legata maiora exoluerit, quàm teneretur, cum et filio suam legitimam seruasse debuisset, poterit ea tamquam indebite soluta vsq; ad quantitatem filio debitam pro legitima repetere, ac repetita filio refundere, vnde (inquit) vel hæres aget, vel etiam filius ex iure sibi cesso ab hærede, & cum
14 *Ang. transit etiam Alex.in d.l.in quartam col.pe. † Adde tu, quod forte tenebitur hæres ad cedendum actionem contra legatarios, & cogi poterit, quicumq; enim actionem penès se ad alterius commodum habet, tenetur eam actionem illi cedere, cuius ad commodum ea actio sibi competit, vel comparata est l. prim.in prin.vbi glo.ver.poterit .ff.de insti.actio.in l.si eum in prin.ff. de exercit.act.ibi.quia & si cum alio contraxisset, ageres mecum, vt actiones, quas eo*
15 *nomine habui, tibi prestarem. † Nolim tamen te conniuentibus oculis pertransire, quod supra ex Angelo retulimus, arguendo non habere filium pro legitima actionem realem contra legatarios, nam in contrarium videtur, quod supra recitauimus ex Bar.in d.l. in quartam col.fi.dum ait ponderando verba illa (ex substantia) supplementum legitimæ esse onus reale, & comitari quemcumq; successorem, & propterea etiam contra legatarios competere, nam si Ideirco habet locum contra legatarios, quia sit onus reale, Ergo actione reali, videtur peti posse, sic enim ex dicto loco Bartholi arguit Corn.cōs.190.col.4. circa med. lib.2.& Crauet.d.cons.109.neq; Intererit, quod legatæ rei dominium in legatarium transeat, id enim est intelligendum saluo tamen iure hæredis, & filii, quorum ius imprimis saluum esse oportet, nec fauorabiliores istis legatarii esse debent, porrò constat repletionem legitimæ ipso iure fieri, ac pure quidem, non sub conditione, adeò quidem, vt etiam ad hæredes transmittatur .l. scimus in prin.vbi Ias.inf.eo.quapropter dici non potest legatarius in rebus legatis dominium quæsitum in preiudicium filiorum vel hæredum, ad quorum fauorem resecatio pro legitima vel falcidia ipso iure facta censetur; nec te moueat, quod*

hac ratione attenta videretur semper posse agi contra legatarios etiam existente hæreditate soluẽdo, vt dicit Ripa d.l.in quartam.col.pe.in prin.nam præter responsionem ibi allatam per Ripam, Ex Salycet. respondetur, quod resecat quidem ipso iure, sed iuxta illum textum, videlicet, ab hæredibus primum (vt lex dicit).§.cæterum.in auth.vt cum de app.cogno.hæredibus verò non habentibus, ab legatariis, & fideicommissariis & hæredibus pro rata, quapropter videtur filio competere posse contra legatarios petitionem hæreditatis, vt suppleant sibi legitimam in eo, quod ab hærede consequi non potuerunt, vt etiam diximus supra, dum tractaremus, an petitio hæreditatis detur pro legitima, quare videe competere actionem realem, quæ est petitio hæreditatis.l.si scripti hæredes.inf.de petit. hæred.quicquid dixerit Ang.in d.§.si conditioni, contra quem vide etiam Corn.d.con. 190.col.5.lib.2.& quod pro supplemento detur petitio hereditatis, Idem Corn.cons.148.col.prim.lib.4.& cons.289.circa primum.nu.8.eo.
16 lib.4. Rursus licet Angelus dubitarit, an legatarii pro supplemento legitimæ condictione ex lege conueniri possit, Tu tamen id ne dubites intrepide tenere, si quidem condictio ex lege pro supplemento legitimæ est in rem scripta, Bal.in auth.Presbiteros col.fi.ad fi.sup.de Epis.& cle.vbi ex hoc infert ad propositum nostrum, videlicet, quod possit filius pro supplemento legitimæ contra legatarios intentare condictionẽ ex lege, & idem Bal.l.suus quoq; .ff.de hæred. Insti.col.fi.& in l.si quis in suo.Inf.eo.& in l.omnimodo. in prin. col. 2. nu. 6. vers.vltimo quæro, & Castren.in cons.416. Incip.ista Domina sancta.col.fi. ad fi.lib.prim.Crauet.d.cons.109.col.2.in prin.nu.5.Corn.cons.190.col.4.in fi. lib.2.& hoc videtur etiam sentire Bar.dum in d.l.in quartam.col.fi.dicit, quod est onus reale, quod rem ipsam sequitur, Est tamen cauendum, quia Bal. in d. l.omnimodo, non absolute dicit, quod condictio in rem sit actio in rem scripta, sed quod conueniuntur legatarii condictione ex ea lege, sicut hæres, quasi ex ea lege condictio sit in rem scripta eo casu, & sic improprie, sed dic quod Bal. ibi ponit dictionem (quasi) vt stet expressiua veritatis, patet, quia in aliis locis, dum Baldus de hoc loquitur, non vtitur hac dictione (quasi) nempe in lo-
17 cis supra citatis. † Quapropter cessat dubitatio Angeli, quamuis enim legatarii nullo ex contractu, vel quasi contractu teneantur, vt supra dictum est, teneri tamen eos, quia possident, congruum est, vt in actionibus in rem scriptis dicitur, quæ licet personales sint, ac cum possessore interdum nullum negotium gestum sit, contra eum tamen intentari possunt, cuiusmodi exemplum est in actione ad exhibendum.l.3.§.est autem personalis, cum glo.sua .ff.ad exhib.ea enim

ex quasi contractu oritur, & competit contra quemcumq; possessorem, sic & noxalis actio oritur ex delicto, proptereaq; dicitur actio personalis, sed quia contra quemcumq; possessorem intentari potest, dicitur esse in rem scripta .l.noxalis l.si bona fide .ff.de noxa.§. omnes, Inst. eo. de noxa. nec his dissimilis est actio, quod metus causa.l.metum .§.cum autem,cum glo.ff.quod met.cau.§.sed praterea quasdam, Insti.de act.& si quæ aliæ enumeratæ à glo. prim.in d. l. 3. §. est autem.ff.ad exhib.in quib.vides possessorem, seu detentorem posse conueniri, licet nullus contractus, vel quasi,aut maleficium, vel quasi cum eis initũ sit,sed eo solum,quod possident,& tamen ex parte actoris necessarium est habere aliquam eum obligationẽ actiuam, contra quempiam,licet non contra possessorem,aut detentorem, sic filius obligatum habet sibi hæredem,sed quia ipse hæres non habet,Vnde satisfacere possit,conueniendus erit possessor,seu detentor,
18 *nec refert,quod nulla lege reperiatur expressum,hanc cõdictionem esse in rem scriptam, quia satis est eius effectum talem videre,quales effectus ex actionibus personalibus in rem scriptis resultare solent, dum scilicet in lege traditur ex omni substantia repletionem faciendam.d.l.scimus.in fi.prin. ver. repletionem.*
19 *inf.eo. † Quæ dicta sunt de legatis, eadem dicta intelligantur de substitutione.Corn.d.cons.106.col.fi.lib.2.& 190.lib.4.Crau.cons.19.nn.14. Crot.in repet.l.filius familias .§.diui,de leg.primo.Rolan.à Valle cons. 12.& 78.& con.65.lib.primo.*

20 *Subsequitur non longe à proposita quæstione alia huic affinis, † An scilicet contra tertium possessorem, non tamen legatarium, aut fideicommissarium pos-*
21 *sit legitima deduci, & respondet Crauet.in d.cons.109.nu.6.† quod in bonis hereditariis non legatis,sed possessis aut occupatis per alios contra voluntatem testatoris, debetur legitima filiis,tamquam de bonis pertinentibus ad testatorem,*
22 *& cum illa bona non possideantur per hæredem vniuersalem, iniquum esset pro eis hæredem teneri, finge enim, quod patrimonium sit mille quingentorum aureorum computatis bonis ab aliis tertiis possessoribus occupatis,legitima vnius filii erit aureorum quingentorum, & tamen totum illud patrimonium non est penès hæredem, Vnde æquum non est teneri eum ad tertiam, licet tantum possideat, vt ea solui possint, quia non haberet hæres suam portionem, & quàmuis ea bona nunquam fuerint in hæreditate, & substantia bonorum testatoris, qui ea nunquam bona possedit, quare non videatur filiis legitima in eis bonis numquam possessis debita; satis tamen fuerit reperta esse in hæreditate iura & actiones competentes ad consequendum illa bona, Et quamuis legitima non dicatur*

quota hæreditatis, sed quota bonorum, propterea; actiones hæreditariæ non
23 *videantur competere filio ipso iure pro rata legitimæ, † poterit tamen hæredem vniuersalem cogere, vt sibi cedat actiones contra bonorum tertios possessores pro portione ad ipsum filium in causam & titulum legitimæ spectante Corn. d. cons. 110. col. 8. circa fi. vers. magis autem inclino, Crauet. d. cons. 109. col. pe. nu. 7.*
24 *Vbi † igitur casus euenerit, quod testator obierit filio relicto, cui legitima danda sit, & relicto hærede vniuersali, & legatariis, & creditoribus, ac debitoribus, negotium sic erit terminandum: Inprimis enim deducetur æs alienũ, & satisfiet creditoribus; deinde exemplo æris alieni deducetur funeris impensa, ac postea legitima. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta, & . §. quarta autem. ff. eo. & in legitima detrahenda habebitur etiam ratio creditorum, Iurium, & actionum existentium in hæreditate, nam & eæ augebunt legitimam, sed tamen pro eis non tenebitur hæres, neq; contra eos hæredes poterit filius legitimam totam consequi habita consideratione etiam ad iura, credita, & actiones, & bona per tertios possessa, & occupata, sed satis fuerit, si hæres dederit tertiam in bonis per se possessis, & cesserit pariter tertiam partem Iurium, actionum, & creditorum, nisi tamen ea credita ipse hæres exegisset, vel eorum partem, nam eo casu dabit tertiam partem exactorum filio. Crauet. vbi supra, Ac postea legatis hæres ipse satisfaciet detracta sua quarta, postquàm legitimæ filii fuerit satisfactum Doc. d. l. Marcellus. §. res quæ. d. l. in quartam & l. in ratione. Vbi Alex. & Ang. col. pe. & fi. & Crau. vbi supra proximè, Paul. Castr. cons. 200. lib. 2. qui expresse dicit, quod prius satisfaciendum est æri alieno, deinde legitimæ, eaq; legitima seu eius supplementum petetur ab hæredibus nõ à legatariis, quando essent legatarii quantitatum, & idem etiam si essent legatarii corporum, quæ tamen corpora non essent soluta, quod si soluta essent, possent legatarii conueniri, vel petitione hæreditatis, vel condictione ex lege pro rata, aut conueniuntur hæredes condictione ex lege, qui liberabuntur cedendo condictionem indebiti contra legatarios. Corn. d. cons. 148. col. fi. in fi. lib. 4. Tertio falcidia deducitur ex residuo habita consideratione ad æstimationem residui patrimonii, & demum legata soluuntur, & idem Castr. cons. 416. lib. prim. Rolan. à Valle cons. 60. & cons. 78. lib. prim.*

Verùm enimuerò mihi nõ videor adhuc distinctam claramq; huiusce rei doctrinam
25 *tradidisse, ita vt mihi satisfaciam, † Propterea, quo magis aperta sit, distingue infrascriptos casus, si vis scire contra quem agere debeat filius pro sua legitima*

legitima eiusue supplemento, & magis certe cadit ambiguitas in supplemento petendo, quod frequentius contingere potest, quàm in petenda tota legitima, in qua potius de retentione agitur, nam in tota legitima hoc contingere non posse patet, si enim testamentum nullum factum sit, legitimæ nulla cadet quæstio, quandoquidem (vt supra admonuimus) legitimæ deductio testamento facto solum cadere potest, ab intestato enim vniuersalis hæres est, nec legitimam à reliquo patrimonio separare potest exceptis quibusdam paucis casibus, de quo infrà Si verò testamentum factum sit, hæresq; nulla ex parte sit filius institutus, testamentum præteritione irritum, nullumq; erit, & consequenter non de sola legitima, sed hæreditate vniuersa aget filius, sin verò ex parte aliqua, licet minima, sit institutus, supplementum petet, itaq; vides meritò agi de supplemento petendo, non de legitima, in legitima enim integra potest potius euenire casus in deducenda, & retinenda, & compensanda ea, quam in petenda, puta si filius, grauatus sit ad restituendum per fideicommissum, vel legatis supra vires patri-
24 monii: † Paucissimis quidem casibus legitimæ ratio habetur etiā ab intestato, vt cum Pater in nōnullos ex filiis inofficiosam donationem fecit, Authen. vnde si parens. inf. eo. vbi Castr. Brunus in trac. de stat. excl. fem. art. 9. quæst. prima nu. 16. & patet ēt in l. si arrogator. ff. de adopt. & in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. ēst & in Authen. si qua mulier C. de sacros. Eccle. qui sunt casus speciales, Brunus vbi supra nu. 19. & non habet locum nisi in exclusis prouisione defuncti, secus si exclusio procedit à lege. Brun. vbi supra nu. 16. & 17.

Cum igitur legitimæ repletionis petendæ casus euenerit, si dubitetur, à quo huiusmodi repletionem petere debeat, distingue hos casus.

25 † Primus est casus, quando legatæ non sunt species vel corpora hæreditaria, sed solum quantitas, vt pecuniæ, hæresq; habet vnde satisfaciat, Et in hoc casu concludendum est repletionem ipsam faciendam esse ab hæredibus, eosq; hæredes (non etiam legatarios) in solidùm, & in totum esse conueniendos, & condemnandos ad huiusmodi repletionem faciēdam, notat tex. in d. §. cæterum in Auth. vt cum de app. cogno. in illis verbis, (quicquid autem minus legitima portione relictum est eis, hoc secundum alias nostras leges ab hæredibus impleri)

Secundus casus est cum superiore in omnibus idem, nisi quod hæres non habet tantum in residuo hæreditatis, vnde legitimam soluere possit solutis legatis, Et hoc quoq; casu arbitror conueniri hæredem, nam si hæres nundum soluit legata, res clara est, quomodo enim conuenientur legatarii, qui nihil adhuc habuerunt, si verò soluit iam legata, cum actio cōtra ipsum hæredem esset, non potuit se exi-

mere soluendo vni, quod alteri debebat, & sibi ipsi imputet, si non remansit penes eum, vnde satisfacere possit, & tanto magis quia potest condictione indebiti repetere à legatariis, quod errore facti ductus indebitè soluit, ita quod non remanebit in aliquo damno. l. error. C. de iur. & fac. ignor. & l. error C. ad l. fal-
27 cid. † Et ita intellige tex. in d. §. cæterum, † quamuis .n. dicatur condictionē
28 ex lege esse in rem scriptā, id intelligendum est ratione specierum, & corporum hæreditariorum, non ratione quantitatum, filius enim legitimam petere non potest, nisi in substantia bonorum patris, sed quantitas non est ex substantia testatoris, quamuis percipi posset ex venditione rerum hæreditariarum, sic dicit Bal. in l. omnimodo col. fi. in fi. vers. sed ego sic distinguo, supra eo. allegatq; tex. in l. cum pater. in prin. et l. deduct. §. nummis. ff. ad trebel. iunctos ad l. scimus §. repletionem. inf. eo. sequitur Castr. in d. l. in quartā, col. vlt. in fi. & in cons. 204 col. prim. lib. 2. qui dicit veritatem esse istam, quod quando legata consistunt in quantitatibus, quæ non sunt res hæreditariæ, sed ex eis redigi possunt, filius potest, & debet agere contra solum hæredem vniuersalem, non contra legatarios, qui nihil hæreditarium possident, sed pecuniam solutam forte consumpserunt, et hoc quoq; non negauit Bar. in d. l. in quartam, loquitur enim ibi Bar. quando legata sunt corpora, & species hæreditariæ, non quando legata est quantitas, & genus; patet, quia ponit questionem, vtrum debeat fieri repletio legitimæ per hæredem, an vero per legatarios, qui possident res hæreditarias, ergo non de legatariis quantitatum intellexit, vt etiam adnotauit Alex. ibi in d. l. in quartam col. pe. & fi. sequens hanc distinctionem, quam sentit etiā Corn. in d. cons. 148. col. fi. in prin. lib. 4. vers. sed hoc non obstante, dicens decidendum esse pro opinione Bart. vt debeat agi saltem contra eos legatarios, quibus relictæ sunt corporaliter res hæreditariæ, & sic ausus non fuit Castr. hoc asserere de illis quibus quantitas relicta fuit, & clarius idem Corn. cons. 190. col. 4. lib. 2. qui allegans Baldum in d. l. omnimodo, & l. suus quoq; ff. de her. instit. dicit Bart. opinionem procedere, quando sunt legata corpora hæreditaria, vel aliæ res hæreditariæ etiam incorporales, si verò sit legata quantitas, vel genus, debet fieri supple-
29 mentum duntaxat ab hæredibus, idem Corn. cons. 168. col. 3. lib. 3. † Neq; repugnant tex. in l. si ex patronis, & l. si libertus sub conditione. ff. de bo. libert. neq; ad eos tex. refertur tex. in d. §. cæterum. in illis verbis, (secundum alias nostras leges) neq; enim verba (secundum alias nostras leges &c.) sunt Intelligenda de l. si ex patronis & l. si libertus. § si libertus sub conditione. ff. de bonis liber. quia illæ leges non fuerunt Iustiniani, adeò, vt si de illis intelligere voluis-

set

set, dicturus fuisset, secundum alias nostras leges, quicquid Bart. dicat in d. l. in quartã, voluit ergo Iustinianus intelligere de suis legibus Codicis, & quamquam nullæ leges Codicis reperiantur, quæ decidant contra hæredes faciendam esse repletionem, satis tamen est in illis Sanciri, quod repletio fieri debeat, nec testamentum infringi, idq; est, quod Iustinianus voluit dicere, non autem de hæredum mentione. Et ad tex. in d. l. si ex patronis, & in d. l. si libertus, respondet Imola in d. l. in quartam. ad fi. & Corn. d. cons. 180. incip. pro decisione, col. 3. nu. 5. lib. 2. quod loquuntur secundùm tempora digestorum, secundùm quæ nundum erat introductum ius agendi ad supplementum, neq; in liberis, neq; in patrono, sed competebat remedium rescissorium bonorum possessionis contra tabulas respiciens totam hæreditatem pro rata debita filio, vel patrono, hodie vero secus est, cum agatur etiam pro legitima debita patrono ad supplementum contra hæredem. §. sed nostra. Insti. de succes. libert. vel ad l. si ex patronis, dic quod non agitur de detrahendo legatario, sed hæredi, nam verbum (relictum est,) intelligitur per hæredis institutionem, & ad l. si libertus, responde vt infra, quia non loquitur de legatariis quantitatum, sed specierum, & tota legitima non poterat haberi ab hærede, verùm si hæres inuentarium confecerit, non ipse, sed legatarii conueniendi erunt d. l. fi. §. & si prefatam. in ver. indebiti condictione.

Tertius est casus, quando legatæ sunt species hæreditariæ seu corpora, quæ erant ex melioribus corporibus, & rebus hæreditariis, & hoc quoq; casu indubitata est penes omnes Doctores conclusio, quod possit filius suam legitimam seu supplementum in illis rebus melioribus consequi, neq; enim æquitas patitur, vt in rebus deterioribus filio legitima assignetur, Alex. d. l. Marcellus. §. res quæ col. fi. vers. quod intelligendum, & in d. l. in quartam. col. 9. vers. Intelligendo tamen Ias. d. §. res quæ. col. fi. Corn. cons. 106. col. fi. lib. 2. Crot. in repet. l. filiusfam. §. Diui, col. prim. de leg. prim. Crauet. d. cons. 109. col. pe. nu. 6. Port. Imol. d. cõcl. seu reg. 11. lib. 6. commu. opin.

Quartus casus pariter est clarus scz. quando testator res omnes legasset, nam tunc non solum contra legatarios petere legitimam posset, sed etiam in vna re eligere eam posset, Socin. cons. 75. col. 4. lib. primo. Port. Imol. concl. 11. lib. 6. & his duobus casibus poterit vel intentare condictionem ex lege, quæ erit in rem scripta, vel petitionem hæreditatis, & procedent dicta per Bart. in d. l. in quartam, nempe vt à legatariis petere possit, non tamen vt pro rata simul cum hæredibus, cum nihil penes hæredem sit.

Quintus casus est, quando legatæ sunt aliquæ res hæreditariæ, puta, species, vel corpora, quæ tamen non sunt de melioribus rebus patrimonii, vel etiam res incorporeæ ut iura, nomina, actiones, et hæres quidem non habet vnde possit soluere integra legata, & totam legitimam, et retinere etiam sibi suam falcidiam, & filius agit contra hæredem, & ab eo petit totam legitimam, sed hæres excipit, quod agi debet contra legatarios, pro rata rerum ab eis possessarũ, vel pone, quod ipse filius egerit contra legatarios ipsi autem excipiant, sed non esse cõueniendos, se agendũ esse contra hæredem, & hoc casu arbitror procedere, quod dixit Bar. in d. l. in quartam, videlicet, quod pro rata agi debeat contra hæredes, & contra legatarios possessores rerum hæreditariarum, & hoc casu opinor loqui textum in . l. si libertus sub conditione . §. libertus; neq; erit diuinatio, quia debet supponi habilitas, & tale factum, cui decisio conuenire possit, & quod ille tex. loquatur de corpore legato, non de quantitate, patet, quia dicit legatum factum esse coniunctim patrono, & Titio, quæ coniunctio, vt plurimùm in corporibus, & speciebus fieri solet, quorsum enim dare coniunctionem in quantitate, quæ diuidi potest, no. in l. re coniuncti. de lega. prim. in l. vn. C. quan. non peten. part. oportet etiam supponere in ea lege, quod hæreditas non esset satis ad satisfaciendum, & hoc est quod dicit tex. in illis verbis (pro rata) & secundum hunc casum intelligendum est consil. Cornei 148. lib. 4. & hoc supponit etiam Craueta d. cons. 109. col. pe. in princ. quæ tamen intellige, dummodo hæres Inuentarium confecerit, nam si inuentarium non confecisset, ipse hæres ad integra legata tenebitur, & si filius velit, poterit etiam ab eo legitimam consequi l. fi. §. fi. C. de iu. delib. si tamen malit filius species hæreditarias à legatariis auocare, hoc erit ipsius in arbitrio. Ripa d. l. in quartam nu. 212. & 213. ex Ang. in l. Papinianus . §. si conditioni . ff. de inof. testam.

Sextus casus est, quando legata sunt corpora hæreditaria, quæ tamen non sunt ex preciosioribus, sed mediocribus, & alia, ad quæ iusta cadere non potest filii affectio, item hæredi superest, vnde possit post solutionem legatorum, & legitimæ, satisfactisq; creditoribus suam falcidiam retinere, an possit tunc filius contra legatarios agere, & hoc quoq; casu Bart. in d. l. in quartam, sua locutione generali sensisse videtur, quod contra legatarios quoq; agendum sit pro rata, & rationes etiam suæ sunt generales complectentes etiam hunc casum, ratio. n. illa, quod sit onus reale, etiam huic casui conuenit, sed hic casus duplicem dubitationem recipit, Altera enim est, an possit filius etiam contra legatarios agere, altera an teneatur etiam contra eos agere, & hæredem, non pro tota

summa

summa vexare, verba enim Barth. non omnino hoc distincte aperiunt, querit enim sic Barth. per quos debet suppleri ista quarta, vel per hæredem, vel per legatarios, & respondet, quod textus videtur velle, vt istud supplementum fiat tam ab hæredibus, quàm à legatariis, itaq; nihil distinguit circa ipsum filium, an teneatur contra eos legatarios agere, sed solùm dicit, & determinat, ex parte ipsorum legatariorum, quod ipsi tenentur, & hæc dubitatio cadit etiam in casibus suprascriptis, quod igitur attinet respectu ipsorum legatariorum, vides decisum per Barth. quod possint & ipsi conueniri pro rata, quatenus velimus intelligere Bartholum, vt voluerit de hoc sexto casu loqui, Omnino enim Barth. non explicat, de quo casu intellexerit, sed ita generaliter loquitur, vt verba eius, & decisio etiam ad casus omnes, quando corpora hæreditaria legata sunt, siue hæres haberet, vnde satisfaceret, siue non, adaptari possint. Est etiã aduertendum, quod Barth. non dixit agendum esse contra hæredes, & contra legatarios pro rata, sed contra legatarios pro rata, dum allegat l. scimus. §. repletionem, nisi dixeris, quod, dum in decidendo alleg. l. si libertus sub conditione, satis indicat, de rata inter hæredem, & legatarios sentire, non de rata inter ipsos legatarios tantùm.

Sed ego tamen non existimarem Bartholum de hoc casu dixisse, neque voluisse eum intelligere, quod hæredi remansisset, vnde posset sua falcidia retenta his omnibus satisfacere, sed quando satisfacere potis non erat, vt in quinto casu diximus, sic enim ponit questionem suam Barth. dicens; Quæro per quos debet suppleri ista quarta, vel per hæredem, vel per legatarios, qui possident res hæreditarias pro rata? perpende tamen quia Bart. non videtur ponere quæstionem de vtroq;, scilicet hærede & legatariis coniunctim, sed disiunctim, dum querit an debeat suppleri per hæredem, an per legatarios, & tamen prout Docto. interpretantur, decidit, quod per vtrosq;.

Sed hoc casu credo non posse filium contra legatarios legitimæ supplementum petere, sed contra hæredem, ita quod, si legatarios hac de causa vexarit, possint legatarii opponere, quod contra hæredem agere debeat, atq; ipse hæres conuentus nihil possit excipere, & hoc quoque casu procedere potest tex. in d. §. cæterum, dum dicit, quod suppletio facienda est ab hæredibus (videlicet) si ipsis adsit, vnde possint supplere sua falcidia retenta post solutionem legatorum factam, nam ante solutionem legatorum non posse legatarios conueniri clarũ est, quomodo enim conuenientur legatarii, qui nihil dum consequuti sunt? Et hoc est, quod dixit Bal. communiter approbatus in d. l. prima col. 2. ff. de rer. diuis.

diuis. Alex. d.l. in quartam col. fi. in fi. & l. marcellus. §. res quæ col. fi. in prin. & in d. conf. 12. nu. 2. lib. 5. & multi alii supra citati, Dec. d. conf. 633. Iaf. d.l. filium quem habentem d.l. marcellus. §. res quæ, d.l. in quartam, Ripa d.l. in quartam, & Corn. in locis supra alleg. & Crau. d. conf. 109. M. Ant. Nata. in conf. 200. nu. 6. & seq. lib. prim. qui sequens Castrensem in conf. 255. reddit hanc rationem, nam si hæreditas sit soluendo, potiores sunt legatarii creditoribus. l. fi. C. de hered. act. no. in l. fi. §. licentia. C. de iu. delibe. multò igitur potiores esse debent in re legata, eo qui suppleri sibi legitimam petit, cum legitima non proprie sit debitum l. si quis legitima. ff. de fals. & probatur etiam in tex. §. quamobrem per Docto. Citato in Authen. de rest. & ea quæ parit. Neq; his aduersatur, quod condictio ex lege sit in rem scripta, & quod detur etiam petitio hæreditatis, quæ est realis, hoc enim proderit filio, cum hæres non fuerit soluendo, eo autem existente soluendo, talis condictio, vel petitio hæreditatis non competet contra legatarium, sicq; eodem exemplo nihil refert, quod legitima resecet ipso iure, nam non semper resecat, sed tunc tantùm, quando ab hærede suam legitimam filius consequi non potest, quemadmodum etiam falcidia non resecat, nisi quando hæreditas omnibus soluendo non est, licet eius proprium sit resecare, d.l. linea margaritarum, vel forte potest etiam negari, qđ legitima resecet, neq; in hoc par est falcidiæ, nam falcidia ad hoc ipsum resecandi opus inuenta & introducta est, vel melius dic legitimam satis resecare, cum hæredi adimit, licet nihil legatariis detrahat. Habes igitur clare distinctos hos casus à nemine hactenus (quod viderim) excussos.

30 Hinc consequenter quæritur, quid agendum sit, si hæres nouis semper dilationibus legitimæ solutionem protrahat æris alieni magnitudinem causando, qđ prius liquidari oporteat. Et Ripa d.l. in quartam nu. 215. ex nouissimis refert mulcta indicta, raptisq; pignoribus cogendum hæredem certo præfinito termino, vt æris alieni summam liquidari curet, arg. l. 4. §. si intra. ff. de dam. Infect. & Insti. de satisda. §. quibus cum sim. quod tamen remedium idem Ripa ait non omnino dilationem excludere, & recte ait, nam æris ipsius alieni liquidatio non adeò in promptu erit, nec tam facilis se se offeret, vt in potestate ipsius hæredis sit, arbitrio suo, quo termino, vel tempore voluerit eam certam facere summam, cum sæpe creditores absint, longæq; & confusæ nonnunquam rationes ineundæ immineant, quæ non breuem temporis moram desiderant.

Quapropter idem Ripa filiis (vt æquum est) fauens, promptum aliquod presentaneumq; filio remedium propinare satagit, quod nullam moram, vel dilationem

patiatur

patiatur, cur enim hoc non quæratur, cum legitima pro alimentis sit, quæ quidem alimenta celerrimis quibuscumq; iuris remediis ministrari solent, & debent l. cum hi.ff.de transac.cum sim.suppeditat igitur Ripa hoc auxilium filio, vt satisdet hæredi se eum indemnem seruaturum pro rata portione legitimæ, qua fideiussione præstita non possit hæres amplius legitimæ pretextu aliquo solutionẽ tergiuersari p tex.in l.p.in prin.& .§.pri.ff.si cui plus quam per leg.falci.in illis verbis (Et modus facit, & æris alieni onus) & in l. is cui .ff.ad.l.falci. & respondet Ripa ad tex.in l.non omnis & l.cogi.§.& generaliter,ff.ad trebel.et ad l.si quis ommissa.ff.si quis omis.cau.testam.longe aliud esse factum in illis legibus, cum legatarii contendant ibi hæredem, vt adeat, compellere, qua ex aditione se obligaret, at filius, cum legitimam petens satisdare offert, hæredem ipsum exonerare potius, quam obligare curat; Cui sententiæ & ego accedo.

Quæ sint imputanda in legitimam.

1 *Quæ non sunt ex substantia Patris legitimæ numquam imputantur.*
2 *Non omnia, quæ ex substantia Paterna sunt, in legitimam imputantur.*
3 *Quæ veniunt ex substitutione non imputantur in legitimam.*
4 *Per fideicommissum succeditur ei, qui fideicommissum fecit non grauato.*
5 *Matris relictum non tenetur filius in legitimam Patris reponere.*
6 *Feuda & Emphiteoses quibus casibus ponantur in ratione legitimæ.*
7 *Feuda in gallia sunt redacta instar Patrimoniorum, ideo imputantur in legitimam.*
8 *Data causa conditionis implendæ non imputantur in legitimam, & quibus verbis legis id probetur, diligenter excussum.*
9 *Data causa conditionis implendæ non imputantur, etiam quod ab hærede sint data, & consequenter licet nullam dilationem sint passa.*
10 *Ripa in æquiuoco laborans non recte percepit sensum Bartholi in l.in quartam. circa imputationem datorum causa conditionis implendæ.*

EX SVBSTANTIA. Perpendenda sunt & tertiò hæc verba ad aliud propositum, Præstant enim non leue argumentum ad cognoscendũ, quænam filio sint in legitimam imputanda: Hæc enim est tamquam basis omnium similium quæstionum, & clauus, quo cætera reguntur; si quando enim ambigi contigerit in aliqua facti questione, an aliqua filio in legitimã
1 sint imputanda, poteris hac claue negocium tutò aperire, † nam si ea res filio data erit ex substantia Patris, poterit imputari, sin minus, imputanda non erit, quemadmodum etiam colligitur in sæpe citata l. scimus. §. repletionem. hoc eo. tit. sic enim ad hoc perpenduntur hæc verba à Doctoribus in d. l. in quartam, Qua tamen in re monitum te esse cupio, ne fallaris, sumi quidem posse hanc consequentiam arguendo negatiue, affirmatiue autem nõ erit argumento locus, rectè igitur negabimus aliquid filio esse imputandum, quia ex substantia Pa-
2 tris non sit, † nec tamen è contra, si filius quid ex substantia Paterna perceperit, confestim sequetur illud in legitimam esse reponendum, potest quidem contingere quod reponi in legitimam debebit, non semper tamen, nec necessariò.
Statuenda est igitur conclusio, quod filio non imputabitur in legitimam id, quod ad
3 eum peruenit aliunde, quàm ex substantia paterna, ex qua infertur, † quod si pater filium pupillariter alteri filio substituerit, quæ substitutio effectum habuerit, non tenebitur tamen filius substitutus, quod ex tali substitutione perceperit, sibi in legitimam imputare, videlicet de patrimonio ipsiusmet pupilli, cui facta est substitutio aliunde, quàm à patre communi profecto, quamuis .n. ex Patris testamento hoc per substitutionem consequutus sit, quia tamen non ex substantia eius proueniebat, non est, quod in legitimæ portionem adscribendum sit, l. scimus. §. repletionem, sic enim eum tex. Doctores ibi interpretantur, & in d. l. in quartam, & dum loquitur ea lex de substitutione, exemplificant in substitutione pupillari facta filio in patrimonio aduentitio; Ripa d. l. in quartam nu. 35. eademq; ratione, si filio aliquid debebatur à Patre per substitutionem ei ab auo (puta) vel etiam ab aliquo extraneo factam, non tenebitur id sibi filius in legitimam imputare, quod notandum, quia quotidianum est, cũ ferè omnia testamenta hodiernis temporibus contineant fideicommissa, ac ferè omnes substitutionum species, ita quod, si patrimonium sit antiquum in familia, & testamentum conditum sit, vix est, vt filius, qui de legitima deducenda agit, non etiam ius fideicommissi in bonis auitis prætendat, quæ quidem bona extra legitimæ portionem erunt, nam præter ea, legitimam quoq; detrahere pote-
4 rit, † nam per fideicommissum succedit quis ei qui fideicommissum fecit, non

ei qui grauatus fideicōmissum restituit l.cohæredi.§.cum filia.ff.de vulga. Dec. cons.79.col. prima & cons.217.Rum.cons.127. col.2.nu.6.lib.5. & consequenter nō dicitur hoc de substantia paterna proficisci.Salyc.d.§.repletionem. Ripa d.l.in quartā.nu.135. Eadem quoque ratione fit,quod,si quid pater vxori suæ eidemq; filii ipsius legitimam petentis matri prædefunctæ debebat,Illudq; filio legauerit, non teneatur id filius titulo legitimæ acceptare.Bal.cons. 57.
6 incip.quia illud lib.primo.Rip.d.l.in quartam nu.136.& diximus ēt supra.† Hinc quoq; inferri potest, an bona emphiteotica vel feudalia sint in legitimam Imputanda, quando Pater inuestitus fuisset pro se & liberis, quo casu ex prouisione concedentis filii habere videntur, & ideo non ex substantia paterna, meritò imputanda non videntur.Bal.d.§.nec castrense.l.prim.ff. de collat. bono.Bal.d.§.imputari,vbi etiā Salycet. Ripa vbi supra. nu.178.qui alios citat, nam vbi inuestitus esset pro se & hæredibus, ideo filii hæredes imputant, quia,cum per hæredis institutionem effecti fuerint capaces feudi, debēt hoc beneficium acceptum ferre patri, ideoq; hoc in legitimam imputare, sed si pater inuestitus esset pro se & filiis, ipsi filii tale feudum non habent à patre,sed à Domino Inuestiente, ergo in legitimam non tenentur imputare, Alex.cons. 8.visis.col.2.lib.3. & in cons.27.nu.8.& 9.lib.5.& cons.89. nu. 8. lib. 4. ea etiam ratione,quia personæ in codicillis inuestituraue nuncupatæ possent ea euincere,Bal.l.si finita.§.si de vectigalib.vbi etiam Alex.ff.de damno infecto, quin etiam idem ipse filius euincens non minus tamen legitimam suam consequi posset,in cuius ratione bona huiusmodi imputare non teneret.glo.& Angel. in l.si patroni.ff.ad trebel.Ias.in l.quoniam nouella.inf.eo.Boss.in practica,in tit. de Bonor. publica.nu. 5. hoc quidem certius esset, si inuestitura facta esset in personam aui, cum nepoti imputatio obiiceretur, nam tunc indubitati iuris est, quod imputatio non est facienda, quia non esset profectitium respectu Patris, in cuius bonis legitima deducenda est, vt dicit Alex.d.cons. 89. nu.8. lib. 4. in l.si patroni col. 3.post med.vers. quam conclusionem .ff. ad trebel. Ias.in l.
7 quoniam nouella nu.9.inf. eo. † si tamē feuda alicubi sint redacta ad instar patrimoniorū,imputabuntur in legitimam, vt in Gallia,Io.Fab.in probem.Insti.et insti.derer.diui.§.fi.Rip.d.l.in quartā nu.182.Rodric.d.l.quoniā in priorib.
8 † Hinc etiam,si filius aliquid acceperit causa conditionis implendæ ab extraneo, non erit in legitimam imputandum, glo.l.filium quem habentem,in prima glo.post med.inf.fam.hercis.ibi,Non autem de quarta iure naturæ. per tex. in d.l.scimus §.repletionem,quam sequitur ibi Bal.in 3. col.circa med. vers. opp.

& videtur, qua in re aduertendum moneo, quod tex. per Accursium & Baldum alleg. nempe tex. d.l. scimus. §. repletionem de datis causa conditionis implendæ nihil loquitur, sed quia dicit repletionem fieri debere ex ipsa substantia patris, non si quid ex aliis causis filius lucratus est, interpretantur forte ipsi, illud quod filius capit ex datis causa conditionis implendæ, non posse ex substantia patris prouenire, quod si verum esset, quod scilicet extra substantiam paternam esset, quicquid causa conditionis implendæ filio daretur, inutilis esset deinde alia quæstio an saltem data causa conditionis implendæ ex substantia Patris profecta, essent filio in legitimam imputanda, Nam aut glo. & Bal. malè tuerentur eam conclusionem illa lege, aut frustra Doctores in hac quæstione dubitarent, quam tamen posuerunt Angel. Imol. Alex. in d.l. in quartam. & nouissime Ripa ibi nu. 138. Dicet forte quispiam, non tam ex dictis verbis, videlicet ex substantia Patris sumi hanc conclusionem, quàm ex aliis verbis infra positis videlicet illis; Non si quid ex aliis causis filius Lucratus est, ea enim verba significare videntur quandam extraneam, extrinsecamq; dationem, atq; etiam in datis causa conditionis implendæ verificari potest ex sui generalitate, Verùm ego dico Ripam in d.l. in quartã d. nu. 138. apertè sentire eius legis inductionem in illis verbis videlicet (Ex substantia Patris) consistere, dum ipse ex illis verbis infert ad presentem conclusione m, quod data causa conditionis implendæ non imputentur in legitimam, sed forte Ripa non bene infert ex eo textu, & quamuis Ripa affirmet ita sentire Baldum, eumq; textum sic intellexisse post glo. in d.l. filium quem habentem, tamen, si Ripa credidit Glossam, & Baldum conclusionem, hanc quod data causa conditionis implendæ non imputentur in legitimam, desumpsisse ex illis verbis (ex substantia patris) fallitur fortassis, nam Glossa quidem non aperit, ex quibus verbis dictæ legis, scimus, desumat hoc dictum, moxq; discutiemus, vnde haurire potuerit, Baldus item nullis ex verbis omnino se se declarat, & quod hæc verba non potuerint huiusce conclusionis argumentum prestare, patet, quia datum causa conditionis implendæ non est contrarium his, quæ ex substantia Patris proueniunt, cum possit causa conditionis implendæ esse datum, & tamen ex Paterna substantia esse. l. etiam. §. si patrono. ff. de bon. liber. Verius igitur credo, non ex hisce verbis, sed potius ex illis supradictis, videlicet, (Si quid ex aliis causis filius lucratus est) Est tamen verum, quod si hæc verba sic exemplificentur, eandem, quæ supra contra Ripam animaduersa est, difficultatem patientur, quia hæc duo tamquam aduersantia poni à lege videntur, quod (scilicet) sit de substantia Patris,

&

&, quod ex aliis causis fuerit lucratus, ergo, si hæc verba etiam in datis causa conditionis implendæ exemplicauerimus, consequenter & necessariò subsequetur, ea, quæ conditionis implendæ causa dantur, non posse ex substantia testatoris esse, vel quæ ex substantia sunt testatoris, non posse conditionis implendæ causa dari, quod falsum esse diximus supra per l. etiam, §. si patrono. ff. de bon. libert. sed tu dic, quod hæc verba (non si quid ex aliis causis &c.) complectuntur duo, vnum tacitè, & virtualiter, aliud expressè, expressè enim comprehendunt, sed potius excludunt alium titulum, qui à Patre non proficiscatur, & in hoc consistit aduersatiua, rectè enim aduersantur verbis, Ex substantia, sic intellecta, quia si ex substantia patris sunt, vtiq; aliunde, quàm à Patre ad filium peruenire non possunt, quamuis enim etiam res aliena legari, & relinqui possit, ita vt hæres eam luere, & soluere teneatur, si possit, vel eius extimationem. §. non solum. Insti. de lega. Id tamen credendum est, non esse habitum in consideratione, quo ad filium, quin à potestate alterius penderet, vult igitur hoc significasse iuris conditor, oportere ab ipso patre de substantia ipsius, non autem ab extraneo titulo bona ad filium manasse, & consequenter non causa conditionis implendæ; tacitè etiam excludunt hæc verba, quod ex alia substantia relinqui non possit, quam paterna, nam excludendo alios titulos extrinsecos, vtique videtur etiam excludere res alienas, & extrinsecas; Sicq; aduersatur verbis illis expressis (Ex substantia Patris) Itaq; vides, quod sensus expressus illorum verborum (non si quid ex aliis causis) aduersatur tacito sensui superiorum verborum (Ex substantia) & sensus tacitus aduersatur expresso, & tamen conclusionem istam, quod data causa conditionis implendæ non sint imputanda, non ex illis verbis, videlicet (Ex substantia) sed ex inferioribus, videlicet (non si quid ex aliis causis) expressè colligi. Conclusio igitur vera erit, quod data causa conditionis implendæ in legitimam non imputentur, quamuis verba huiusce nostræ Constitutionis Authenticæ (vt Ripa opinabatur) nullum ad hanc conclusionem per ea verba (ex substantia) præstent argumentum, nec magis eadem verba posita in d. l. scimus, sed potius illa alia verba (non si quid ex aliis causis) aut illis verbis infrà positis videlicet (iure aduětitii) vel dic ea verba (Ex substantia) & verba (non si quid ex aliis causis,) non poni tamquam aduersantia, sed tamquam potius coniuncta, & copulata, vt inf. in proxima quest. dicemus. Videtur tamen hæc conclusio aliquam pati difficultatem, vbi id quod conditionis implendæ causa dandum est, ab ipso hærede est præstandum, nam tunc nullam dilationem patitur legitimæ solutio, quandoquidem eodem ipso tempore,

tempore, quo hæreditas aditur, nempe per conditionis implementum (antea .n. adiisse non potuit) eodem inquàm tempore etiam legitima soluitur, & sic nullam dilationem patitur: sed dic, quod non tamen debet ab aliena potestate pendere, & quodammodo à casu, nisi dixeris, quod non omnino pendet à casu, quia in omnem euentum filius erat habiturus vel hæreditatem, vel hæreditarium aliquid ex voluntate Patris, nam, si hæres non paruisset, conditionem adimplendo, totam hæreditatem filius habuisset; Neq; existimes Barth. in d. l. in quartam. oppositum tenuisse (quicquid Ripa in d. l. in quartam nu. 136. opinatus fuerit) dum in æquiuoco laboraret, non sentiens, quod Bart. ibi non simpliciter agit de quibuscumq; datis causa conditionis adimplendæ, sed de his, quæ ex defuncti patrimonio capiuntur, in his enim dicit, quod, si iudicio testatoris capiantur, computantur in legitimam, quocunq; iure habeat, seu Iure hæreditario, vel iure legati, vel in vim modi, vel alio modo, & alleg. l quoniam nouella. hoc nostro titulo, & l. etiam. ff. de bon. liber. qui tex. loquitur de his, quæ ex defuncti patrimonio proueniunt, quæ non est quæstio nostra, nec pariter quæstio Ripæ. Et quamuis fulgos. in d. l. filium quem habentem. contrarium tenuerit, vide tu tamen Iasonem ibi, qui rationes Fulgosii confutat.

Vtrum data causa conditionis implendæ, si ex substantia Paterna sint, imputentur.

1 Ratio, quare data causa conditionis implendæ in legitimam non imputentur.
2 Conditio dandi non est potestatiua respectu eius, cui dandum est, licet possit impleri vltimo vitæ spiritu.
3 L. Scimus. §. repletionem, non probat, omnia data causa conditionis implendæ prouenientia ex substantia Paterna imputanda in legitimam.
4 Potest aliquid esse ex substantia Paterna, & tamen descendere ex titulis extraneis, & è contra.
5 Aliæ & extraneæ causæ quæ dicantur, quo ad imputationem legitimæ.
6 L. Etiam. §. si patrono. ff. de bon. libertor., & melius nu. 9. & nu. 10.
7 Legitima filio magis debita est, quàm Patrono.
8 Extensio an fiat à legitima filii ad legitimam Patroni.
9 Argumentum à legitima Patroni ad legitimam filii validum est.

10.

10 *Legitima Patroni proficiscitur & ipsa à iure Naturali.*
11 *Legitima Patroni prius aucta fuit, quàm legitima filii.*
12 *Titulus dicitur omnis causa habilis ad dominii translationem.*
13 *Certus esse debet filius, quo titulo legitimam sit habiturus.*
14 *Prohibitum simpliciter est etiam prohibitum alternatiue. (bet.*
15 *Legitimæ solutio nec simpliciter, nec alternatiue ab aliena potestate pendere de-*
16 *Conclusio, quod data causa conditionis implendæ, etiam quod ex substantia Paterna sint, in legitimam non imputantur.*
17 *Data à Patre vel Matre filio, vt ipse Pater vel Mater consequatur legatum sibi factum, non imputantur filio in legitimam.*
18 *Data filio contemplatione Patris, quamuis ex eius substantia non sint, filio tamen in legitimam imputantur.*
19 *Dos a patruo data contemplatione Patris dotatæ est profectitia, ideoq; in legitima imputatur.*
20 *Dos ab auo data nepti contemplatione Patris imputatur in legitima 1.*
21 *Militia filio per patrem quæsita imputatur ei in legitimam.*
22 *Data filio Patris contemplatione, non omnia ei imputantur in legitimam, si ex substantia Paterna non sint, sed tantùm vbi in dotem sunt data, & profectitia sunt.*
23 *Dos ab Auo nepti data non semper dicitur profectitia, videlicet, si sua liberalitate, ac nulla necessitate ductus eam dederit.*
24 *Profectitium non est, quod sua sponte datur.*
25 *Verbum (ex substantia) in l. scimus. §. repletionem, quomodo intelligatur.*
26 *Prouenientia contemplatione Patris videntur ex eius substantia, quasi breui manu prouenire, quò ad hoc, vt in legitimam imputentur, licet verè ex eius bonis non essent, & nu. 29.*
27 *Dos ab auo contemplatione Patris veniens verè non dicitur ex substantia Paterna venire.*
28 *(Ex) particula causam immediatam significat.*
29 *Dos filii contemplatione ab auo data, ipsi filio in legitimam imputatur.*
30 *Cyni & Baldi opiniones conciliatæ,*
31 *Dos an in dubio videatur data nepti contemplatione ipsius nepti, an verò contemplatione filii.*
32 *Corneus perperam de communi testatus.*
33 *Dos censetur data contemplatione nepotis, quando filius est diues.*

34.

34 *Dos, quæ imputatur filio in bonis Patris, imputabitur etiam nepti respectu sui Patris, et è contra, quod non imputatur vni, nec alii imputabitur.*

35 *Fructus percepti ex portione legitimam excedente ante diem detractionis, an sint in legitimam imputandi.*

36. *Fructus quatenus in legitimam imputentur.*

37 *Fructus an imputentur filio in legitimam, quando detrahit duas quartas, & plures limitationes. nu. 41. & 42. & seq.*

SEd, postquam hanc conclusionem præ manibus habemus, certumq; ducimus, data causa conditionis implendæ in legitimam non imputari, ac posse aliquid dari causa conditionis implendæ, quod tamen hæreditarium sit, & ex paterna substantia, non immeritò dubitant Doctores; an id, quod causa conditionis implendæ dandum est, si ex substantia paterna sit, veniat in imputationem, & certe si ratio, quam Ripa opinatus est, vera esset, quare non imputentur data causa conditionis implende. scilicet, quia non veniunt ex substantia paterna, vtiq; res decisa esset, quod, scilicet, e contrà, ea, quæ ex substantia paterna venirent, imputanda essent cessante ratione. Verùm, quia eam rationem proximè supra refellimus, ea habenda in consideratione non est, cum & aliæ rationes magis ad rem vrgeant. quas Bal. posuit in d.l filium quem habentem, col.3. & refert Ripa vbi supra, videlicet, quia deductio legitimæ, quæ ipso iure fit, vt d. l.scimus. in prin. & l.cum queritur, etiam ab ipso quidem die mortis, præueniet adimplementum conditionis, cum legitima non admittat temporis interstitium, nec à tertii potestate pendere eius solutionem æquum sit, prout ea, quæ conditionis implendæ causa dantur, pendere solent. l, si quis sub conditione. ff. si quis ommis. cau. testam. quamuis enim hæc conditio dandi sit talis, quæ etiam in extre-
2 *mo mortis articulo impleri possit. l. si. ff. de cond. inst. † tamen, quia non est in potestate ipsius filii, sed in potestate alterius, an velit dare, an id minus, Idcirco æquum non est, vt legitimæ solutio in aliena potestate sit l. quoniam in prioribus. hoc nostro tit. Et quamuis paulò supra dixerimus, non posse aut à potestate aliena, aut à casu pendere propter hanc conditionẽ, nec dilationis moram ferre, cum filius vel totius hæreditatis dominus sit conditione non adimpleta futurus, vel saltem in ipso hæreditatis adeundæ momento, quod conditionis implendæ causa datur, percepturus, quod Ripa non insubtiliter ponderauit vbi supra, non quidem in hac ipsa, qua de agimus, quæstione, sed in illa, quam mox subdituri simus, licet forte magis præsenti quadraret, ne tamen hoc te moueat, quid enim si non*

vnus ille, qui conditionem dandi implere debet, sed alii quoq; sint hæredes instituti, hæreditas certe cohæredibus etiam accrescet, non ad filium pertinebit vniuersa, quapropter non vndequaq; hæc responsio satisfacit à Ripa allata, vt rationem hanc destruat. Prostrata igitur ratione Ripæ constat nullum ex ea fundamentum ad hanc questionem peti posse, an videlicet data causa conditionis implendæ, quæ ex substantia paterna descendunt, in legitimæ rationem referenda sint, Quare operepratium videtur hanc quæstionem sub Incudem reuocare.

Videbatur ergo dicendum, quod ea, quæ causa conditionis implendæ dantur, si ex substantia paterna veniant, imputari debeant ad repletionem faciendam (& aduerte, non cum misterio dixi, ad repletionem legitimæ faciendam) non autem in totam legitimam, quia non potest tota legitima ex tali titulo dari, cum titulus
3 *institutionis requiratur, vt fusius infra suo loco dicetur, † Dico igitur, videri, quod eiusce modi ex substantia paterna prouenientia causa conditionis implendæ data, in legitimæ supplementum imputari debeant. primò ex tex. in l. scimus. §. repletionem, qui vult, repletionem fieri debere ex substantia, si igitur ex substantia Patris facta fuerit, legi satisfactum erit, quo argumento videtur vsus Ang. in d. l. in quartum. col. 8. & Alex. ibi nu. 19 sed tu tamen credas, eam legem nihil huic conclusioni suffragari, nam, & si lex requirat, vt ex substantia Patris repletio fiat, non tamen quæcumq; repletio ex substantia paterna satisfaciet, nam eadem ipsa lex duo requirit, quod sit ex substantia paterna & quod non sit ex aliis causis, Ergo alterum non sufficit, l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. quamuis enim coniunctiua non vtatur, cum tamen illa duo, quod sit videlicet ex substantia, & quod non sit ex aliis bonis, non possint absq; aliqua difficultate intelligi vt aduersantia, melius forte erit intelligere tamquam duo copulatiue requisita, veluti gratia exempli, si dixeris, Imperatorem oportet esse Catholicum, non dissipatorem Patrimonii Cæsaris, non segnem &c. Ecce, quod hæc ponuntur potius vt coniuncta, quàm vt aduersantia, subauditur enim coniunctiua, &, siue, atq;, vel similis, perinde ac si dixeris, Oportet Imperatorem esse Catholicum, atq; non dissipatorem &c. vt est simile exemplum in c. his igitur, distin. 23. ibi dolos, & coniurationes caueant, odium, emulationes, obtrectationes, atq; inuidiam fugiant, non vani oculis, non effreni lingua &c. Patet quippe hæc postrema verba scilicet (Non vani oculis) nō aduersari prædictis, sed potius aliud præter supradicta addere, nam dictio negatiua vbicumq; aliquid pronuntiat, quod sit eiusdem generis cum priore dicto aduersari potest, verùm si alterius generis sit, non aduersatiue, sed cumulatiue potius, & (vt ita dicam)*

adiunctiue

adiunctiue stabit, vt in exemplo nostræ legis, nam, quod sit ex substantia Patris, & quod ex aliis titulis proueniat, potest eiusdem, & potest diuersi generis esse, vt supra declarauimus, tacitè quidem & comprehensiuè erit eiusdem generis; expressum vero quod est, alterius generis est, quid enim commune habet, quod
4 sit ex eadem substantia, vel quod proueniat ex aliȷs † aut eisdem titulis, cum possit ex substantia paterna esse, & aliis tamen titulis descendere, & è contra.

Sed (vt ad propositum redeamus) dico, in d. l. repletionē sic (vt per me proximè) declarata satis probari, vtrumq; esse necessarium, videlicet, quod legitimæ repletio ex substantia paterna fiat, & quod non ex aliis causis extraneis fiat, quapropter, quamuis ex substantia paterna fiat, si tamen ex aliis causis fiat, puta, quia detur causa conditionis implendæ, non imputabitur in repletionem legitimæ, Et, licet forte ambigi posit, quod etiam ea, quæ dantur causa conditionis implendæ, non dicantur ex aliis causis prouenire, cum iudicio testatoris dentur, si quidem supponitur, ipsum testatorem patrem eam conditionem dandi filio apposuisse, & sic non ex aliis causis, sed ab eo ipso talem dationem prouenisse, id te ta-
5 men non moueat, † si quidem iuris conditor ibi alias causas appellat omnes, quæ non recta via, & immediata rem ad filium transferunt, quod ex subsequentibus indicatur, quibus etiam substitutionis vel iuris accrescendi via partum lucrum ab imputatione legitimæ excluditur, cum tamen ea iudicio testatoris, sed medio interposito, & quodammodo per obliquum filio acquirantur, & in eundem sensum intelligenda sunt etiam subsequentia verba, in vers. humanitatis enim gratia; Vnde concludendum, quod data causa conditionis implendæ, etiam, quod ex substantia patris sint, tamen non veniunt in repletionem legitimæ, & quod tex. in in d. §. repletionem hanc conclusionem probat (licet in contrarium sit alleg.) & presertim in verbo (non aduentitiis)

Adducit aliud fundamentum Ang. in d. l. in quartam, pro contraria opinione ex l. omnimodo hoc eo. tit. in sui generalitate, et glo. in l. illud C. de collat. quem Ang. etiam Alex. ibi refert. & credo, quod voluerint eum tex. allegare in §. imputari, licet non dicant, quia in eo. §. imputari; generaliter dicitur imputanda esse in legitimam, quæ pater pecunia sua comparauit, siue sit reditus annuus, seu militia, nec distinguit, quomodo id ad filium peruenerit, dummodò ex paterna pecunia, sed ea tamen l. non probat, quia intelligenda est, alio titulo esse relicta, quàm cōditionis implende causa. et glo. l. illud. vers. omnia, intelligi debet, presupponendo habilitatem, licet generaliter enim de relictis loquatur, de his tamen est intelligendum, quibus ipse filius principaliter, & immediatè est honoratus

noratus

noratus; vt diximus suprà, non de his, quæ extraordinario quodammodo relicta sunt, cuiusmodi sunt data causa conditionis implendæ; Item pro hac opinione, quod imputanda sint etiam data causa conditionis implendæ, modò ex sub-
6 *stantia patris sint, allegatur tex. † in d.l. etiam.§.si patrono.ff. de bon.libertorum, vbi tex.clarus, quod si patrono quid conditionis implendæ causa datum sit, in portionem patrono debitam imputari debet, si tamen ex bonis liberti sit profectum, sed responderi potest, quod illa lex non est trahenda ad legitimam filio*
7 *debitam, † quia multò magis debita est filio legitima in bonis paternis, quàm Patrono in bonis liberti, cum altera sit debita iure naturæ, alia iure ciuili, & positiuo; l.si quis legatum.ff.ad l.Corn.de falsi. & diximus suprà, sic respondet Alex.d.l.in quartam, qui Alex.addit etiam pro hoc facere, quia tex.in d.§, si patrono, non exigit, vt ex hæreditate proficiscatur, quod conditionis implendæ causa datur (quicquid ibi glo, in ver. si patrono, quæ est glo.pe.eius legis, comminiscatur dicens & exemplificans, vt, si dabit centum de hæreditate patrono suo) & tamen constat, clariq; & confessi iuris est, filio in legidimam non imputari, quod hæreditarium corpus non est, ex quo manifestè patet, plura imputari in legitimam Patrono, cum imputentur etiam quæ non sunt hæredita-*
8 *ria, quàm filio, cuius respectu hæreditaria tantùm imputantur, † Neq; responsio ad solutionem Alex.allata est admittenda, dum dicunt, licitam esse extensionem à legitima patroni ad legitimam filii, cum legibus contrarium non caueatur, quia replicat optime Ripa, satis dici contrarium cautum in d. §. repletionem, in illis verbis (quasi aduentitio iure) & ibi (ex substantia Patris) alioquin (inquit) extendi etiam posset d.l.in quartam, quæ vult, data conditionis implendæ causa in trebellianicam imputari: quod tamen valeat argumentum à legitima patrono debita ad legitimam debitam filio, habes tex. in l.fi.in fi.inf.eo.qui videtur etiam arguere, tamquam à minori ad maius, videlicet, quod si non potest impugnari testamentum liberti in castrensi peculio, minus debeat posse impugnari testamentum paternum: Nos tamen supra diximus minimè hanc conclusionem probari in dictis verbis (ex substantia) & hoc est in ambiguo, an hæc opinio probetur in d.§.repletionem. Quare non est super ea faciendum fundamentum.l.in ambiguo. vbi Bar.ff. de reb. dub. licet forte aliquod fundamentum fieri posset in verbo (aduentitio) Melius forte respondebis, si dixeris, non esse eandem rationem in legitima debita patrono, quæ est in legitima debita filio (vt suprà proxime diximus) & propterea extensionem faciendam non esse, vbi militat diuersa ratio, arg.l.si vero.§. de viro sol.*

matri.cum materia, de hac tamen re, an legitima sit magis debita patrono quã filio, late Coarr.in l. quoniam in prioribus.

Non est etiam absq; animaduersione prætereundum, quod vltimo loco suprà ex
9 Alexandro retulimus dictum † ad d.l.etiam.§.si patrono, dum ait, non esse eam legem exemplificandam in corporibus hæreditariis, quicquid secus ibi scripserit Accursius, nam ego non video, quare ab Accursio dissenserit, à quo certe non est temere recedendum, cum præsertim verba ipsa legis hanc interpretationem non solùm patiantur, sed etiam ad hanc interpretationem inuitent, prouocent, ac quodammodo impellant, & cogant, si enim de bonis liberti profectum dicitur, cur interpretemur nos, non ex hæreditate esse? cum potius in hæreditate esse res à testatore relictas præsumere debeamus, quàm alteri per legatum aut fideicommissum aut alium terminum relictas, quandoquidem hæreditas est ius vniuersale complectens quicquid à testatore sit relictum l.nihil aliud. de reg.iu.nec præsumantur legata aliaue relicta, nisi probentur .l. campanus .ff.de bon.liber.l.vel vniuersorum .l.nec adiecit.ff.pro socio: Rursus tamen videtur veriorem esse opinionem contrariam, vt scilicet, Quæ ex substantia paterna proficiscuntur, licet conditionis implendæ causa data sint, tamen imputari debeant in legitimam, dummodò filius aliquid titulo institutionis habuerit.
10 Primò per tex. † in d.l. etiam.§.si patrono.ff.de bon.liber.neq; obstat respon-
11 sio data, non valere argumentum de legitima patroni ad legitimam filii, † nam imò validissimum est huiuscemodi argumentum, neq; verum est, diuersam
12 esse rationem inter legitimam patroni, & legitimam filii, quandoquidem et legitima patroni ex iure naturali proficiscitur, nempe illa obligatione ad antidora, de qua in l.si non remunerandi.§.vnde Papinianus.ff. Mandati in l. prim. .§. si patronus.ff.de offic.prefecti vrb.in l.si non sortem .§. libertus .ff. de condict.indeb.doct.inst.de oblig.in prin. videlicet, vt benefacienti benefaciamus, vnde & alere tenetur patronum egestate laborantem, l.alimenta in prin. l.si
13 quis à liberis.§. solent .ff.de liber.agnosc.& legitima † patroni prius aucta fuit, quàm legitima filii, cum olim teneretur patrono libertus dimidiam relinquere.§.prim.Inst.de success.libert.nec quicquam oberit, si dixeris, quod imò olim poterat Patronus impune à liberto exhæredari, vt in prin.eiusdem tit.Inst. de succes.libe. nam respondeo, quod imò, si ius antiquissimum respexerimus, poterit etiam filius à patre non solùm exhæredari, sed etiam vendi, & occidi, vt suprà in præludiis huiusce nostri cõmentarii tradidimus, et, qđ liceret eos olim impune & tutò exhæredare, dicit tex.in l.in suis in fi.ff. de liber.& po hu n.

Secundò

Secundò probatur in hac nostra Authentica constitutione illis verbis (Quoquo relicti titulo) ponderata præsertim larga generaliq; dictione (quoquo) Salyc. l. si servi. C. de noxal. Dec. conf. 613. col. prim. circa fi. & conf. 599. cum simil. quacumq; igitur via res paterna ex iudicio testatoris ad filium perueniat, legitimam replebit, nihil igitur curandum est, an per legatum, an per fideicommissum, an vt conditio adimpleatur, data sit, quid enim nocet filio, quod potius conditionis implendæ causa, vel in vim modi data sit, quàm legati, vel fideicommissi titulo, nam & quod conditionis implendæ causa datur, potest re-
14 *ctè ad hoc propositum titulus dici, † si quidem titulus dicitur; Omnis causa habilis ad dominii translationem, Ias. l. possideri. §. ex pluribus. nu. prim. ff. de acq. possess.*

Sed his tamen plurimùm obstat, quod, cum sit in potestate illius, an velit dare, an non, & sic cum incertum sit, an filius sit tale datum percepturus, non debet legitima ab aliena potestate pendere d. l. quoniam in prioribus, quod si respondeatur, quod imò certus erit, se percepturum hoc, vel se hæredem futurum eo non adimplente, ego replico, quod forte verum esset, si illa datio facienda esset ab hærede, sed quid si non ab hærede, sed à legatario, vel fideicommissario facienda sit, hoc certe casu omnino incerta est legitimæ repletio, & à potestate aliena, videlicet legatarii, vel fideicommissarii pendebit. Item potest contingere, quod non solus sit hæres ille, qui dando conditionem implere teneatur, sed etiã plures alii, quo casu, non solus filius illam partem non adimplentis habebit, sed aliis quoq; cohæredibus accrescet, atq; ita forte minor tenuiorq; esset pars hæreditatis, quam portio pro legitima contingens: quapropter non est hæc ra-
15 *tio generalis, vt etiam suprà diximus, vel dicas, † quod nihilominus remanet adhuc incertitudo, & ex aliena potestate adhuc pendet, quoniam ex titulo fili-*
16 *us sit suam portionem habiturus, quod reprobatur à lege, † cum ex regula sit, quod quicquid simpliciter prohibitum est, id alternatiuè quoq; prohibitum,*
17 *censetur, l. quæ sub conditione. vbi Bal. ff. de condit. inst. † Vnde, cum legitimæ exolutio ab aliena potestate pendere simpliciter sit prohibita, id quoq; alternatiue procedet. i. si filius, vel suam legitimam sit percepturus, vel hæreditatẽ con-*
18 *sequuturus, † Tutior igitur, ac forte etiam æquior tamquam filio in re sibi debita fauens erit opinio quod data causa conditionis implendæ filio in legitimã, non sint imputanda etiam, quæ ex substantia paterna alioquin prouenirent, Idq; ex hac sola ratione, quia scz. non debet pendere à potestate aliena, cæteris omnibus aliis rationibus explosis, quare & lex nost. a nullum ad hanc quæstio-*

nem suppeditat argumentum,& Ripa in d.l.in quartam, non parùm hoc in articulo hallucinatus est; qui tamen Ripa non perperam loquutus est, dum dixit,
19 † quod si legatum factum sit Patri vel matri sub hac conditione, si centum daret filio, illa centum à Patre vel matre filio tradita causa consequendi legatum, non ascribentur in legitimam, quamuis enim ex substantia Patris vel matris profecta videantur, & illud præuentionis impedimentum cesset, de quo diximus supra ex Baldo in d.l.scimus, quia tamen (inquit Ripa) id filius non habuit vt filius, neq; ex causa patris, sed ab euentu, & ex quadam causa aduentitia, non sunt imputanda, quinimo nec proprie dici possunt profecta ex substantia Patris, qui loco datorum causa conditionis implendæ consequutus est legatum sibi factum, cuius loco succedit datio, quam facere tenetur filio.

EX SVBSTANTIA. Posuimus supra regulam negatiuam, quod ea, quæ ex substantia Patris non proueniunt, nunquam in legitimam imputantur, licet contrariam regulam non semper veram esse diximus, quod omnia imputanda sint, quæ ex patrimonio veniunt, Sed non tamen omittẽdum est, quod
20 etiam regula negatiua non perpetua est,& quandoq; vitiatur, † nam si quid filio contemplatione patris obuenerit, quamuis extrinsecus, nec ex patrimonio paterno id fluxerit, in legitimam nihilominus filio reponetur. Paul. de Castr. cons.96.incip.si dicta Cornelia.nu.2.vers.si vero ex forma statuti lib.2.qui di-
21 cit, quod si † Patruus habens bona communia cum fratre dotet neptem, præsumitur ipsam dotem donasse contemplatione fratris, & consequenter, qđ erit dos profectitia,& imputanda erit in legitimam, et Ang.in d.l.in quartam, col. fi.in fi.vers.quid autem si auus.nu.10.qui sic fingit, quod auus dotauerit neptẽ, & eo mortuo neptis vult venire ad successionem Patris sui, aut saltem petit le-
22 gitimam secundùm formam statutorum; respondetq; Angelus, † quod si auus dotauit neptem contemplatione filii, vel dubitatur (quod erit idem l. dedit dotem.ff.de Collat.bono.) debebit neptis eam dotem in suam legitimam imputare, perinde ac si à patre dotata fuisset l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulga.breui enim manu videtur hæc dos: primum tradita filio,& deinde per filium nepti l.3.§.fi. de donat.inter vir. & vxo.& iuxta hoc ait sepe se consuluisse & ita verè consuluit in cons.suo.71.Incip.Ioannes Philippi, et cons.seq.transit Io.de Imola in d.l.in quartam,& sequitur expressè Alex.cons.179.incip.viso processu col.2.nu.3.lib.5.& cons.31.lib.4.& in d.l.in quartam nu.27.& seq. Atq; hanc conclusionem, quod profecta ad filium contemplatione patris sint

imputanda

imputanda in legitimam, sensit etiam Bar. in d. l. in quartam. col. prim. vers. quæro de vna quæstione, & in cons. 131. incip. Primo arguitur, Salyc. l. omnimodo §. fi. per illum tex. inf. eo. in vers. occasione, dicens, per eum textum probari, quod omnia contemplatione seu occasione patris quæsita computantur filio in legiti-
23 mam, sic † & filio imputatur in legitimam militia filio per Patrem quamuis non precio, sed prece acquisita Cyn. & Petr. in d. l. Omnimodo in prima. quæst. Alex. d. cons. 179.
24 Sed hic tamen cauendum arbitror, nam forte non licebit argumentari, † quod generaliter data filio contemplatione patris in legitimam ei imputanda sint, etiã extra patrimonium capta, quamuis in dote ab auo nepti data id receptũ esse dixerimus, si quidem hoc in casu dotis nepti ab auo datæ propria quædam ratio est,
25 nempe, quia ad hoc auus tenebatur faciendum propter filium, † Vnde etiam, vbi auus aliquid daret nepti sua sponte nullo iure obligatus propter filium, non diceretur profectitium vllo modo, ideoq; nõ esset imputandum, vt dicit Alex. in d. l. in quartam, nu. 27. et 28. Hoc tamen te non moueat, nam conclusio nostra est presupposito, quod res profectitia sit, at distinctio supra ex Alexandro relata
26 eo prouenit, † quia in altero casu profectitia non erat, quando scilicet auus nulla filii obligatione ductus dederat, quare supponit, quod si fuisset profectitia, idem esset dicendum.

Rursum subsisto, quia non omne, quod patris contemplatione datur, ex substantia eius prouenit, neq; omnia profectitia dicuntur ex substantia paterna prouenisse, & tamen leges requirunt, vt ex substantia deficientis extrahatur legitima, ergo non sufficit, contemplatione eius datum, si non etiam ex eius substantia percipiatur, vt suprà late disputatum est, vt in hoc ipso articulo declarando textum in d. l. scimus. §. repletionem dicit Bart. in l. cum oportet. in prin. col. prim. vers. quæ-
27 ro ergo qualiter intelligatur (Ex substantia) C. de bon. quæ liber. dicens, † qd verbum (ex substantia) in d. l. cum oportet, intelligitur latè complectens omne id, quod contemplatione Patris acquiritur, sed in d. §. repletionem, intelligitur strictè, propterea; non videtur satis esse, si contemplatione Patris aliquid filio quæsitum sit, nisi ex substantia eius immediatè prouenerit.

Tripliciter ad hoc respondet Alexander in d. cons. 179. col. 2. & 3. lib. 5. atq; etiã in d. l. in quartam col. antepe. Primò enim dicit, quod in d. §. repletionẽ, nõ agitur de his, quæ patris contemplatione filio data sunt, sed his, quæ forte fortuna ad filium peruenerunt, ex morte (puta) vsufructuarii eius rei, cuius proprietas filio relicta erat, vel de his loquitur, quæ filio instituto in minori portione legi-

timæ

tima accederent ex substitutione pupillari, Etsi Barth. (inquit Alex.) aliter intellexisset, contrarium dixisset eius, quod iam pluribus in locis dixerat, vt su-
28 prà citatus est, Vnde Alex. hoc videtur concludere; † quod ea, quæ contemplatione patris ad filium proueniunt, licet alioqui ex bonis paternis non essent, satis eo ipso, quo patris contemplatione deferuntur, dicantur ex substantia paterna prouenire ad hunc effectum, vt in legitimam sint filio imputanda; Aliis etiam duobus modis respondet, sed hæc responsio magis opportuna videtur, quam
29 recitauimus, † Sed & dici potest, quod ea, quæ contemplatione patris dantur filio, ex substantia ipsius patris prouenire videntur, quasi breui manu, Patri enim videntur inprimis data, & ab ipso patre data filio; vt dixit Ang. in d. cons. 71. & in d. l. in quartam, quamuis Bal. in l. profectitia. ff. de iu. do. dicat, quod vbi dos non datur à Patre sed ab alio Patris ipsius contemplatione, non dicitur verè à Patre proficisci, sed interpretatiuè, sed ita quidem tenent Doct. quibus accedo, quàmuis non sine aliqua hæsitatione, vt vera fatear, Plurimùm enim mihi omnino videtur in contrarium vrgere ponderatio Bar. in d. l. cum
30 oportet, neq; responsiones recitatæ, aut aliæ mihi satisfaciunt, † quamuis .n. dos ab auo in neptem profecta interpretatiuè dicatur à filio venire, non tamen dicetur ex substantia patris, neq; duæ fictiones concurrere debent, quod profectitia sit, & quod de substantia patris, atq; dictio, (ex) denotat causam proximam l. eo tempore in fi. vbi Bar. ff. de pecul. & ea solum imputanda sunt, de quibus reperitur aliqua lege expressum l. illud. in fi. princ. C. de collat. quibus rationibus motus Corneus in cons. 200. col. fi. non ausus fuit superiorem opinionem affirmare, & quia legitima debet esse quota bonorum eius, de cuius hæ-
32 reditate agitur, † Audacius quidem consentirē, quod illa dos ipsi Patri cuius contēplatione dos datur filiæ, in legitimam ab Auo debitā reputetur, vt tradidit Cyn. in d. l. scimus, in 5. quest. inf. eo. cum quo Cōcordat Alex. in d. l. in quartam nu. 25. contra Baldum in Authen. ex testamento. C. de Collat. col. vlt. vers.
33 tertio quæro; † sed has tamen opiniones Cini & Baldi sibi inuicem prima facie repugnantes conciliat Decius in cons. 81. col. pe. vers. successiue sextum dubium, dicens opinionem Baldi procedere, vbi auus dotem dedisset contemplatione neptis, tunc enim non imputabitur in portionem Patris, secus si dedisset dotem auus contemplatione filii, quod etiam dicit ipsemet Alex. vbi suprà, ad quod etiam Cranet. cons. 219. col. p. In illo dubio vero, an contemplatione filii,
34 † an magis contemplatione neptis videatur auus dotem dedisse non satis constat, nam Socin. cons. 33. col. 6. circa med. lib. 6. sentit, quòd dos data neptibus

ab

ab auo, censetur neptis eiusdem contemplatione data, non autem contemplatione filii; nisi aliud probetur, quinimo Corn. in cons. 34. col. 2. lib. 4. testatur hanc esse communem opinionem; Verùm contrariam opinionem, quod contemplatione filii, non autem neptis censeatur dotem dedisse, tenent Bar. d. cons. 131. Alex. d. l. in quartam in cons. 8. lib. 3. col. 2. in cons. 31. lib. 4. col. prim. in cons. 31. lib. 4. col. prim. in cons. 137. col. 2. lib. 5. & cons. 117. col. 2. lib.
35 6. & propterea quod imputanda sit filiis in legitimam, † Ex quibus authoritatibus videtur, communem opinionem aliter se habere, atq; Corneus supra modò relatus attestatus sit, vt dicit Crauet. d. cons. 219. col. prim. quam etiam opinionem tenent Decius d. cons. 81. Ripa d. l. in quartam, sed tamen Corneus in cons. 200. col. fi. lib. 3. titubauit circa hanc quæstionem; sit igitur conclus. quod ex communi opinione auus censetur in dubio dotem nepti dedisse potius contemplatione filii, veluti proximioris, quàm contemplatione neptis, & conse-
36 quenter, quod veniat filio in legitimam imputanda, † quod tamen intelligendum est, nisi filius fuisset diues, tunc enim neptis contemplatione potius videretur data, & ratio differentiæ est, nam, quòd propter filium videatur data, id prouenit, quia auus ad hoc tenebatur propter filium, vbi filius esset pauper, vt præsumamus fecisse id, quod facere obligatus erat, verùm filio diuite existente nequaquam hoc onus auo incumbebat, et ita quidem tenent Alex. & Ripa in d. l. in quartam. Dec. d. cons. 81. Socin. d. cons. 33. col. 6. lib. 3. Crauet. cons. 219. col. prim. & alii suprà citati, in quem sensum intelligendus est textus in l. dedit dotem. ff. de Collat. bono. & concordans cum l. auus. ff. de iu. do. & vide etiam Bart. in d. l. dedit dotem.

Ex quibus collige, quod imputatio facienda filio in suam legitimam de dote data nepti ab auo in causa est etiam, vt eadem dos nepti in legitimam imputetur re-
37 spectu patris ipsius, qui est filius respectu aui. † Eadem enim ratione imputatur nepti, qua & patri ipsius, & è conuerso in casu opposito, nam qua ratione filio non imputabitur, eadem nec imputanda erit nepti, vt, cum filius erat diues, quo casu auus non teneretur neptem dotare propter filium, & ideo neq; filio imputabitur in legitimam, quia non videretur eius causa dedisse, quippe cum nulla obligatione ad id faciendum esset adstrictus, & consequenter, neq; erit imputanda nepti respectu patris, tunc enim imputatur filiæ respectu patris, quando ab ipso patre, vel contemplatione eius consequuta est, Et propterea quando patri imputatur, respectu aui, quia tunc iam ab ipso patre, cui imputata fuit, proficiscitur, etiam nepti adscribetur respectu ipsius patris, verùm,

si

si filius in legitimam adscribere non tenetur, vt quia ipsius ratione data non sit, sic pariter nec neptis, quò ad patrem in legitimæ rationem deducet, quasi propria peculiarisq; sit ipsius neptis nulla patris contemplatione, ac nulla ratione ipsius ad eam deducta, & hanc considerationem tacitè etiam sentit, ac supponit Alex. in d. l. in quartam nu. 28. in illis verbis, videlicet, facit decisio Angeli, in superiori proxima quæstione, nam decisio Angeli, de qua ipse meminit, est illa proximè supra recitata, qua decidit dotem ab auo datam nepti imputandam ipsi nepti in legitimam, cum ergo Alex. eam decisionem citet, quasi deseruientem ad presentem quæstionem, An ea dos ab auo nepti data sit filio in legitimam imputanda, & decidat imputandam esse, quemadmodum etiam in decisione Angeli dictum est, imputandam nepti, hinc patet Alexandrum habere hæc duo veluti pro correllatiuis, aut certe pro connexis, & inseparabilibus, quod scz. si imputetur nepti, imputetur & filio, & è contrà, quod verum est.

Institutus in portione excedente legitimam, an fructus perceptos ante diem deducendæ legitimæ ex portione excedente in legitimam imputet.

EX SVBSTANTIA. Hic etiam fit, quod, cum ex substantia deficientis promi legitima debeat, † propterea, si contingat filium, aliumue descen-
38 dentem (cui legitima debeatur) institutum esse in portione maiori, quam sit legitima, rogatumq; per fideicommissum ad tempus vel sub conditione hereditatem restituere, veniente conditione, vel tempore fideicommissi restituendi, nõ tenebitur iste fructus interea perceptos ex illa portione transcendente legitimã, sibi legitimæ loco reponere, sed fas erit ipsis ex rebus, & corporibus hereditariis legitimam suam detrahere, quòd fructus illi non sint ex substantia testatoris, vt lex nostra, aliæq; exigunt, quandoquidem illi fructus nunquam dicuntur testatoris, aut in substantia eius fuisse. l. quod his verbis. ff de leg. 3. &
39 ita proprio in facto decidit Castren. in d. l. scimus. §. repletionẽ inf. eo. † Subditq; idem Castren. hac occasione fructuũ imputandorum in legitimam arrepta, tria tempora esse distinguenda, nempe ius Pandectarum, quo iure fructus induuo testatoris percepti & in legitimam, & in trebellianicam imputantur, tam

in

in liberis primi gradus, quàm in sequentibus .l. Papinianus. §. Vnde si quis .ff. eo. de inof. testa. Alterum est tempus de iure Codicis ante Iustinianum, quo iure speciale erat in liberis primi gradus, vt in legitimam fructus eis non imputarentur. l. Iubemus. inf. ad Trebel. Tertium dicitur ius fuisse à Iustiniano introductũ nouissimè, quo supradicta de liberis primi gradus, vt teneantur fructus sibi in legitimam imputare, ad cæteros quoq; descendentes vltrà filios ampliatur, vt
40 colligitur ex d. l. scimus. §. repletionem, † Addit tamen idem Castren. vnum haud ita indubio receptum, quod, licet non omnino ex re nostra esse videatur, tamen quia aliquam certe coniunctionem legitimæ secum trahit, non pretermittendum duxi, nempe, vbi filius duas quartas detrahere posset, vt quia sub conditione vel ad tempus restituere esset rogatus, vt no. in c. Rainutius. de testam. l. quamquam C. ad l. falci. fructus Trebellianicæ saltem, si non legitimæ, imputandos esse, qua de re per Ripam in l. in fideicommissariam .ff. ad Trebel. qui ait magis receptam sententiam contra Castren. stare, quamquam enim eiusdem sententiæ idem Castren. fuerit etiam in. l. mulier. §. cum proponeretur, vbi & Alex. eum sequitur. ff. ad Trebel. & pro eadem consuluerit idem Castren. in cons. 38. Incip. quia dubia formata, col. vlt. nu. 3. vers. super vltimo quesito, lib. primo & in cons. 313. primum quesitum. ad fi. lib. 2. sequitur Rubeus Alexandrinus cons. 73. col. 3. ad fi. Gozad. in cons. 45. col. pe. vbi alios allegat, Contrarium tamen dixerunt Bart. et Alex. in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad trebel. quippe Alex. ibi testatur opinionem Castren. crebrioribus calculis reiectam, idem Alex. cons. 150. lib. 6. & Angel. cons. 121. Incip. Dolus Domini Dalmatii, Picus l. in quartam. Corneus cons. 180. nu. 13. lib. 4. col. 7. in fi. vers. alius scrupulus, et cons. 158. lib. 3. Gozadin. sibi contrarius in cons. 81. col. pe. circa med. & idemmet Castren. in l. iubemus col. fi. dicit contrariam opinionem tutiorẽ esse, quamuis opinio, quam ipse tenet, de iuris rigore magis ei placeat, Paris. cons. primo col. 10. vers. nam contraria opinio. lib. 3. et cons. 30. col pe. & fi. & cõs. 43. col. pe. eo. lib. 3. Ruin. cons. 190. col. fi. lib. 2. Claud. Seisell. Aquen. d. l. mulier. §. cum proponeretur. Rol. à Valle cons. 30. nu. 7. & 8. lib. prim. Vnde D. Craueta in cons. 16. col. fi. vers. sexto & vltimo, ad fi. videns tantam contrarietatem inter Doctores circa hunc articulum, et presertim, quia ipsimet sibi ipsis non constant, sed modò hanc, modò illam opinionem veriorem aiunt, propterea dicit in hac varietate standum esse obseruantiæ curiarum, id est, vt ipse inquit, iudicandum esse prout est hactenus consuetum, quod tamen ego non facerem, cum non agatur de stilo, nec iudicandum sit exemplis, l. nemo iudex. C. de sen-

tentiis. Quare tutius erit in iudicando tenere opinionem, quam suprà diximus magis communem esse, nempe, vt non imputentur filiis fructus, etiamsi detrahant duas quartas, quamquam in via disputationis aliud opiner, cum d.l. Iubemus, quæ corrigit legem. Papinianus. §. vnde si quis, loquatur eo casu, quando vna tantùm quarta deducitur, vnde nõ est extendenda ad hunc casum, vbi quartæ duæ detrahi possunt, cum non militet eadem ratio, quamuis .n. in .vtraque quarta separatim accepta (videlicet) et debita iure naturæ. d.l. scimus. §. replletionẽ, et debita iure institutionis d.l. iubemus. separatim eadem ratio locum habeat, in vtraq; tamen simul coniuncta non reperitur, quod locum habeat; An verò idem ius seruetur siue transuersalibus, seu descendentibus restituere filius rogatus sit circa fructus in Trebellianicam imputandos, vide Castren. in d.l. iubemus, & d.l. quod de bonis. §. quod auus. & Ruin. cons. 21. col. 7. lib. 3. & contra eos. Alex. l. in fideicommissaria, & Rol. à Valle, qui alios citat in d. cons. 30. nu. 8. Non procedet tamen hæc opinio, si testator ipse disposuerit, quod fructus imputentur in Trebellianicam. Rub. Alexand. in cons. 2. ad fi. quod certissimum est, tenendo opinionem eorum, qui dicunt posse testatorem Trebellianicam prohibere, etiam in liberis primi gradus, sequitur Alexandrinum rpæceptorem suum Craueta in alleg. cons. 16. col. fi.

Habes igitur ex supradictis conclusionem, quòd fructus in legitimam filio non imputantur d.l. scimus. §. repletionem, Ampliatamq; habes prædictam conclusionem contra opinionem Castrensis ex magis recepta, vt sibi vendicet locum dicta conclusio, etiam quod filius detraheret duas quartas, nam tunc saltem in Trebellianicã imputantur, quamuis alioqui fructus non magis Trebellianicæ, quàm legitimæ imputari debẽt, vbi altera tantùm quarta deducitur, Sed ea tamen ampliatio cessabit, si testator mandasset fructus in Trebellianicam imputari, vt ex Alexandriuo in. d. cons. 2. Crauet. d. cons. 16. modò diximus. Cessabitq; etiam prædicta conclusio in liberis vlterioris gradus præter primum, vt per Bar. in d.l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. falcid. Castr. d.l. iubemus, & alii passim, quia in eis fructus in quartam imputabuntur, quando duæ quartæ sunt detrahendæ, Sed tamen proximè relatæ ampliationes, & limitationes non omnino videntur ad remn ostram adaptari, quandoquidem quæstio nostra est de imputatione fructuum in legitimam facienda, & hæc ampliatio, & limitatio de imputatione facienda in Trebelliannica loquuntur. Et quamuis prima fronte videatur esse hæc inspectio inutilis, an scilicet in legitimam, an in Trebellianicam imputandi sint, cum videantur ambæ quotæ sic confundi, quando ambæ deducuntur, vt di-

scerni

sterni nequeat, vtri ipsarum sint fructus imputati, Id tamen nec ociosum neq; inutile prorsus futurum est, si quis subtilius penetrarit, quamuis enim duæ quotæ simul iunctæ semissem hæreditatis expleant, non tamen par vtriq; quotæ portio referenda est; si quidem maior portio legitimæ nempe triens, idest vna ex tribus debetur, cum tamẽ falcidiæ vel Trebellianicæ quadrans duntaxat, idest vna ex quatuor pars debeatur, nempe ex eo, quod superest post legitimæ deductionẽ, quæ erunt duæ onciæ ex eis octo, quæ a legitima reliquæ fuerant, ita vt simul iunctæ sex oncias, sicq; totius hæreditatis dimidiam expleant; si igitur fructus percepti in legitimam essent adscribendi longè plures imputarentur ad explendum trientem totius hæreditatis à defuncto relictæ, quam ad quadrantem eius, quod post legitimæ superest deductionem, finge enim (verbi gratia) tot perceptos esse fructus, qui Trebellianicæ quidem, vel falcidiæ satis superq; facere possint, eamq; excedant, non tamen legitimæ satis sint, vtilius erit filio, si hæc imputatio in falcidiam seu Trebellianicam fiat, quàm, si in legitimam, quia, qui fructus post falcidiam, vel Trebellianicã expletam superereunt, ipsius in filii lucrum cedent, nec quicquam legitimæ debitæ summam extenuabunt, quin ea integra deducenda sit, sicq; vides, quanti hæc intersint, quæ tamen frequentissimo in vsu versantur, quare summopere obseruanda essent, neq; enim sic vbiuis locorum declarata reperientur. Statuas igitur sic, quod fructuum perceptorum imputatio neq; in legitimam solùm, neq; in vtramq; quotam, sed in Trebellianicam seu falcidiam tantùm referetur, cum vtraq; deducitur.

41 *Conclusio supradicta, quod fructus in legitimã filio non imputentur,† Limitatur non procedere in fructibus separatis à solo, vel pendentibus tempore, quo testator mortuus est, cum hi dicantur esse ex substantia testatoris Cyn. & Bal. in l. scimus C. de inof. testam. fructus enim separati à solo connumerãtur inter corpora hæreditaria, & fructus pendentes fundi pars esse videntur l. fructus pendentes. ff. de rei vendica, Salyc. d. l. iubemus, Alex. d. l. in fideicommissariam nu. 40. ff. ad Trebel. quemadmodum dicitur etiam imputari eos in Trebellianicam, vt per Doctores vbi suprà.*

42 *Item limitant nonnulli non procedere, † quando filius grauatus fuisset restituere etiam legitimam, quamuis enim legitima tali grauamini non subiaceat, nec vllum omnino grauamen admittat .l. quoniam in prioribus. inf. eo. & dicemus infrà, operatur tamen (inquit) huiusmodi adiectum grauamen, vt fructus percepti imputentur saltem in legitimã detrahi prohibitam secundùm Raphaelem Comen. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & in d. l. in fideicom-*

missariam, quod Alex. in d.l. in fideicōmissariam videtur admittere in nepotibus, non tamen in liberis primi gradus, dum allegat. l. iubemus. C. ad Trebell. quæ in filiis primi gradus duntaxat loquitur, at, quod in filiis primi gradus hoc locum habere non possit, hoc argumento tenet Alexander, quia (inquit) filius debet habere legitimam, & fructus legitimæ, vt per glo. ibi, quam tamen rationē non immeritò reiicit Ripa ibi, quia non vrget nisi quò ad fructus ipsius legitimæ, non autem quò ad fructus dodrantis, At idem Ripa hanc Raphaelis limitationem refellit, quia legitima statim, & ipso iure in corporibus hæreditariis quæsita censetur, quapropter in fructibus percipiendis compensationem respuit, allegatq; etiam Socinum cons. 82. col. antepe. lib. 4. qui eandem Raphaelis decisionem improbat.

Item limitant nonnulli, vt non procedat, quando filius esset grauatus ad restituendū intra diem certam adeò longam, vt intra illud interusurium temporis possent fructus legitimæ æquiualentes percipi per tex. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. eo. secundùm intellectum glo. ibi, et vbiq;, qui tamen intellectus communiter reprobatur, quòd non possit ratio diuersitatis assignari, quare minus debeat habere fructū quando in diem certam grauatus est; de quo etiam per Ripam in d.l. in fideicommissariam. nu. 38. nam quod dicit tex. in d.l. Papinianus. § si conditioni. exempli gratia potius dictum intelligitur, quàm, quod vlla vis in eo fiat, quod in diem certam rogatus fuisset restituere, & vt demonstraret fructus legitimam æquare, id exempli traditum est, idq; eo iure verum erat, quod secus hoc iure nouissimo est, vt suprà dictum est,

Vnde, quamuis modò relata limitatio accepta, admissaq; non sit, alia tamen, de qua mox mentio facta est, admittenda approbandaq; videtur, vt scilicet conclusio supradicta, quæ habet fructus in legitimam non imputari, hodie quidem ex con-
43 stitutione Iustiniani in d.l. scimus. §. repletionem. procedat, † Secus tamen ex iure Pandectarum esset d.l. Papinianus. §. Vnde si quis conditioni. ff. de inof. testam. quod & suprà ex Castrensi approbauimus, & omnes Doct. seu ferè omnes consentiunt in d.l. Papinianus, in d.l. iubemus. inf. ad Trebell. in d.l scimus. §. repletionem. infra eo & ratio est ei similis, quam supra attulimus in secunda limitatione, quando filius grauatus est etiam legitimam restituere, ratio inquam est, quia debitum exactum compensationem nullam admittit; legitima autem, cum iure nouissimo ipso iure suppleatur, exacta dici potest, ideoq; fructuum postea perceptorum compensationem minimè patitur, quod non ita se habebat de iure digestorum, cum eo iure suppletio non ipso iure, sed querela intentata fieret; sic

dicit

dicit Ripa in d. l. in fideicommissariam, nu. 39. quod subtile est.

44 Limitatur praeterea supradicta conclusio, † vt procedat in descendentibus tantùm, non autem in ascendentibus, qui ascendentes, quamuis & ipsi legitimã suam habere debeant, tamen fructus in ea imputabunt; Bal. in c. si pater. de testam. in 6. Alex. in l. filiusfam. ff. ad l. falcid. Tic. in d. l. in quartã. col. pe. Fabia. de monte hic. in noua quest. princip. Ripa d. l. in fideicommissariam nu. 43. ff. ad Trebel. & ratio est in promptu, quia non ita ascendentibus debita est legitima, vt descendentibus, si quidem his iure naturali, illis iure positiuo debetur, vt et suprà in principio huius nostri commentarii tradidimus, quapropter, nil mirum est, si in altera lex amplam potestatem habeat fructus etiam imputandi, in altera non, Bal. l. prim. §. Ius naturale. ff. de Iust. et iu. Ripa d. l. in fideicommissariam nu. 43. & in lib. prim. responsorum cap. 8.

45 Adde etiam † quod, si quos fructus viuente patre filius receperit, eos in legitimae rationem ponere debebit, Bar. d. l. in quartam col. pe. Rip. d. l. in fideicommissariam, nu. 42. pro quo ait facere tex. in d. l. filium quem habentem, C. fam. haercis. glo d. l. cohaeredi. § cum filiae. ff. de vulga. forte in glo. ver. tenebuntur. ad fi. vers. sed hoc fallit, si tantum percepit, verùm de hac conclusione aliàs dicendũ.

46 In dote quoq; aliud ius seruari traditum est, quamuis enim loco legitimae sit, in eam tamen fructus ex reliquis bonis dotem excedentibus percepti imputabuntur Alex. d. l mulier. §. cum proponeretur. Beluis. in auth. de restit. & ea quae par. Ripa d. l. in fideicommissariam nu. 44.

1 Quae ex substitutione veniunt in legitimam non imputantur.
2 Lucrum quod filius facit matre transeunte ad secunda uota non imputatur legitimae.
3 Lucrum dotis acquisitum marito propter adulterium vxoris non imputatur filio in legitimam, quamuis ei seruetur.

EX SVBSTANTIA. &c. Eadem verba etiam praestant argumentum, quod ea, quae ex substitutione ad filium peruenerunt, non computentur in legitimam, qua in re doctores in d. l. scimus. §. repletionem & Bar. ac reliqui scribentes in d. l. in quartam, sic dicunt, quod percepta ex substitutione facta legatario non imputantur legitimae, vt dicit glo. in d. §. repletionem. percepta verò ex substitutione facta haeredi, seu ille haeres esset directò seu per fideicommissum haeres, imputanda sunt, quia, quod ab haerede percepturus est, pure ac-

letur

betur filio, cum omnis conditio, & omne grauamen reiiciatur ab ipso principio d.quoniam in prioribus.sup.eo.sed.Bal.& Salic.in d.§.repletionem, contrarium tenent, qui generaliter, & indistinctè opinantur, † excepta ex quacumq; substitutione non imputari, nam, cum legitima neq; diem, neq; conditionem recipiat, huiusmodi autem substitutiones ab euentu pendeant, imputatio fieri non potest. Baldum sequitur Fabian hic in quest.nona principali, & Ripa in d.l.in quartam col.pe.in fi.nu.212.sed Alex.in cons.179.col.10.nu.4 lib.5.stat pro Bar.dicens. quod etiam Bal.& Salyc.si rectè perpendissent rationem Bartholi, aliter fortè dixissent; nec te moueat, quod dicit Ripa in d.l.in quartam, nempe, quod si filius quid consequitur reiecta conditione substitutionis, & onere fideicommissi, iam illud non habet ex substitutione, vt pote, quæ irritata sublataq; fuit per detractionem conditionis, sed ex institutione potius per legem purificata habere censetur; hoc inquàm nihil refert, quia & si substitutio reducatur ad institutionem, non ideo tamen fit, quò minus à principio dicatur substitutio facta, & ab ipso testatore vti substitutio, non tamquam institutio manarit, & hoc est, de quo quæritur, neq; uis fit in verbis.

2 Prestat quoq; argumentum hæc Authentica, † quod filius non teneatur sibi in legitimam imputare bonorum maternorum eam portionem, quam sibi lex defert, cum mater ad secunda uota transit iuxta dispositionem legis, hac edictali C.de secun.nup.nam, cum ex deficientis substantia percipienda sit legitima, videtur, quod ab eo immediatè prouenire debeat: verùm hoc lucrum, quod per .l. hac edictali defertur, non à deficiente, sed à lege proficiscitur, glo. in.§. optime.in vers.quippe.Authen.de nup.quæ dicit, quod vnū ex his est rei persequutorium, nempe legitima, aliud est pœnale, videlicet lucrum ex d.l. hac edictali, propterea se non impediunt, & meritò dicitur ius ad legitimam rei persequutorium, cum ex substantia deficientis (vt dictum est) debeatur; & Ang d.§. optimè, dicit, lucrum, quod filius facit propter transitum matris ad secunda vota, non imputari in legitimam, quia id lucri debet præter legitimam esse, idem dixit etiam Bal.in d.l.hac edictali.col.3.nu.11.vers. modò super isto vers. &c. Vbi dicit se ita pluries consuluisse, prout verè consuluit inter cætera in cons.22. Incip.quædam D.Nicolina col fi.in prin.lib.5.& cons.401. col.2.lib.2. Hanc opinionem tenet Bar.in l.vni.C.de inof.dot.Paul.de Castro in d.l.vni. C.de inof. doti.col.2.circa med.vers in alia glo.qui tradit hunc ordinem, vt primò deducatur legitima, deinde residuum inter liberos primi matrimonii, & maritum secundum æqualiter diuidatur, sicq; legitimæ non imputatur, quod beneficio dicta

tæ legis hac edictali reuocatur, subditq; Castren. temerarium esse à prædicta sen tentia recedere in consiliis reddendis, &, quod ipse pluries hoc habuit de facto, quod verum est, cum ipse de hoc consultus responderit in cons. 173. col. 2. secundùm veteres typos lib. 2. & cons. 348. col. 2. & cons. 462. & 349. col. 2. eo. lib. 2. quamuis Salyc. in d. l. hac edictali, opinatus fuerit, eam portionem in legitimam esse imputandam, imprimisq; detractionem faciendam esse virtute dictæ legis. hac edictali, qua existente idonea ad legitimæ summam non esse vlterius procedendum ad legitimæ petitionem, Et pro eadem opinione, quam receptam diximus, consuluit etiam fulgos. in cons. 89. domina Catherina. & cons. 97. Incip. Antonius transiens ad quinta vota Dec. cons. 246. col. 2. circa med. nu. 6. Craueta cons. 242. col. 4. in prima linea vers. Ideo de bonis Annæ testatricis, & cons. 194. col. prim. & seq. qui respondet ad motiua, quæ videbantur vrgere in contrariũ, Socin. cons. 25. col. fi. lib. 4. Stefan. Bertrandus, qui hanc dicit communem, in cons. 869. viso casu. lib. primo. Ripa in d. l. in quartam col. fi. ad fi. ff. ad l. falcid. Quæ tamen communis conclusio tunc tantùm seruanda videtur, cum mater minorem partem filiis limitauit, aliàs secus. Alex. cons. 158. col. 2. vers. contrarium puto, lib. 5. quem sic intelligendo, cum recepta doctorum sententia conciliant Moder. Apost. ad Alex. ibi, vt pridem ego obseruaui, qui dicit ita sentire Salyc. in d. l. hac edictali, quest. 7. & ibi Iacobus de sancto Georg. & etiã Stepha. Bertran. ibi, vers. ita tamen, licet contrariũ consuluerit Anton. Rub. in cons. 115. & demum vide Rolan. à Valle. in trac. dot. quest. 27. qui hanc questionem disputans exactè ad contraria respondet, præsertim nu. 7. vers. non obstant modò allegata in contrarium.

3 *Hinc etiam consequenter infertur, † quod lucrum dotis marito acquisitum propter adulterium vxoris, quamuis filiis seruandum sit, non tamen eis in legitimam sit imputandum. Bal. in c. primo col. pe. vers. sed quero, ext. vt lite nõ contest. Dec. in d. cons. 256. col. 2. post med. vers. & idem in simili casu notat Bal. Ruin. cons. 94. col. 3. lib. 5. Ripa in d. l. in quartã, vbi supra Crauet. d. cons. 142. col. 2. & cons. 194. col. prim. cum seq. August. Berosus in quest. famil. 119. Rolan. à Valle d. trac. de dote, quest. 27. nu. 6.*

Data

Data inter viuos non imputari in legitimam, & quibus casibus aliud seruetur.

1 Data filio à Patre viuente ob causam imputantur legitimæ.
2 Dos & Donatio propter nuptias & data causa militiæ imputantur legitimæ.
3 Donatio simplex, quæ morte confirmatur, imputatur filio in legitimam.
4 Res in peculium concessa imputatur in legitimam.
5 Donatio simplex, quæ viuente Patre robur consecuta est, vt quæ facta est filio emancipato, in legitimam non imputatur.
6 Accursii Donatio facta filio suo.
7 Donatio à Patre facta filio propter benemerita non venit in computationem legitimæ.
8 Aduentitium est, quod quis consequitur ex persona sua.
9 Quod filius consequitur a Patre ex propriis meritis, videtur acquisitum ex opera.
10 Aduentitia in quartæ computationem non veniunt.
11 Bartholi Doctrina declarata, quæ videbatur sibi ipsi repugnare.
12 Donatio alia est ob causam de preterito, alia ob causam de futuro, vel ob causam necessariam, inter quæ est differentia.
13 Donatio causa emancipationis cur dicatur donatio simplex, non ob causam.
14 Pater filium emancipans non tenetur ei aliquid donare in premium emancipationis, sed potius e contrà filius debet donare Patri.
15 Data filio inter viuos, regulariter non veniunt in computationem legitimæ.
16 Ex his, quæ conferuntur, ea dontaxat imputantur, de quibus expressum est.
17 Plures res licet conferantur, quàm in legitimam imputentur, non tamen plures personæ tenentur conferre, quàm imputare in legitimam.
18 Dos imputatur in legitimã cum quocumq; filia concurrat, nec tamen cum omnibus confertur, sed solùm, quando descendens concurrit cum descendente.
19 An quandoq; valeat regula, vt omnia, imputanda sint in legitimam, quæ sunt conferenda.
20 Data inter viuos imputantur in legitimam, cum Pater hoc expresßit in datione.
21 Datum filio à Patre simpliciter non expresso titulo donationis, in legitimã imputatur, & an hoc procedat etiam si, quod datum est, legitimam non expleat.

49 *Lucrum, quod filius facit ex pecunia Paterna clam ei subrepta, an in legitimam imputetur,*

50 *Lucrum illicitum à filio quesitum ex pecunia paterna non imputatur in legitimam.*

51 *An prædicta conclusio procedat, si filius patris iussu fœneratus sit.*

52 *Emancipatus an in legitimam sibi imputet lucrum ex peccunia paterna fatum.*

53 *Soluta a Patre filii redimendi gratia an ei in legitimam imputentur.*

54 *Adimplens quod necessariò adimplere tenetur, ex causa necessaria facere videtur.*

55 *Sumptus per Patem facti in rebus aduentitiis filii an, & quando in legitimam imputentur.*

R*Vrsus hæc verba (*Ex substantia deficientis*) in hoc summopere obseruanda sunt, quòd, quæ in rationem legitimæ veniunt, non titulo inter viuos, sed ex vltima voluntate profecta esse oportet, cum deficientis non viuentis lex habeat mentionem, propterea Bart. in l. in quartam. col. antepe. nu. 10. vers. venio ad quartam partem, magistram quandam hac in re do-*
1 *ctrinam tradit, dicens, † quod data inter viuos ob causam, veluti est dos,*
2 *donatio propter nuptias, vel data causa militiæ imputanda quidem sunt legitimæ l. quoniam nouella l. omnimodo. § si inf. eo. vel donatio facta filio in potestate simpliciter, quæ morte donatoris confirmationem expectat l. filium quem habentem. inf. fam. hercisc. secundùm lecturam Azonis, & l. etiam in vers. sed & si non*
3 *mortis. ff. de bon. liber. † vel, si res in peculium esset concessa, d. l. filium quem*
4 *habentem, secundùm aliam lecturam, & l. si donatione. C. de collat. Donatio verò simplex, idest neq; ex causa dotis, neq; propter nuptias, neq; ad militiam facta, quæ viuente donatore validitatem, & robur nacta est, vt quæ filio emancipationis causa facta est, non veniet in legitimæ computationem, nisi dictum sit. l. si*
5 *quando. § fi. inf. eo. † quemadmodum aiunt, fecisse Accursium, quando filium suum Franciscum emancipauit, hoc enim expresse cauit, vt, quæ illi dedisset, in*
6 *falcidiam imputaretur, † Idemq; si filio in potestate donatio facta esset propter merita præcedentia, nam & ea donatio imputanda non esset. cum hoc lucrum sit*
7 *aduentitiũ glo. in Authen. Unde si parens. inf. eo. ver falcidiæ, post med. † quod enim filius quærit ex persona sua, est aduentitium. l. cum oportet. §. primo. C.*
8 *de bon. quæ lib. † at quod datur filio ob merita præcedentia, ex propriis operis*
10 *acquirere videtur, & consequenter est aduentitium, † Aduentitia autem in*

quartæ

quartæ computationem non veniunt.l.fi.C.de collat.l.scimus.§.repletionē,inf. eo.reprobatq; ibidem Bar.glosam in l.si donatione.C.de collat. quæ negabat huiusmod. donationem ob benemerita præcedētia factam statim valere, Quæ Bartholi doctrina ad hoc reduci potest, quod scz. donatio seu data inter uiuos filio in legitimam non imputentur, nisi vel ex causa necessaria facta sit, vel confir-
11 mationem à donatoris morte expectet, † Et quamuis hæc Bartholi Theorica videatur sibi ipsi prima facie repugnare, dum primò ait in legitimam imputari, quæ ob causam dantur,ut causa dotis,vel propter nuptias, uel militiæ, deinde inferius (quod modò retulimus) negat donationem factam filio in potestate ob merita præcedentia imputari, quia sit aduentitia, & tamen hæc quoq; dicitur
12 facta ob causam, non tamen repugnantia continet, † nam donatio facta ob merita præcedentia, est facta ob causam de præterito, at quod prius dixerat Bar.de donatione ex causa dotis, & similibus est causa de futuro, & quidem causa necessaria, de quo etiam paulò infrà dicetur in 4.limitat.Sic etiam vide-
13 batur absonum prima facie, quod dicit Bar. † dum videtur uelle loqui de donatione simplici, non autem de donatione facta ob causam, de qua iam dixerat, & tamen de donatione facta à Patre filio causa emancipationis tractat, in qua tamen concludit, einscemodi donationem non imputari in legitimam, nisi expressè cautum sit, & tamen hæc quoq; dicitur donatio ob causam, nempe emancipationis, non autem donationē simplicem rectè dixeris; sed & hoc quoq; haud
14 absurdum est: Potes enim hoc absurdum euitare, † quia nulla causa necessaria cogit Patrem ad dandum filio, cum eum emancipat, imò potius filius teneretur et deberet aliquid patri dare in præmium emancipationis, quæ illi est profutura, vt futurus sit liber, & lucra sua propria facturus, Tex.est in l. idem est .§.cum autem .C.de bon.quæ lib.vbi pater in præmium emancipationis retinet sibi dimidiam vsufructus, nisi aliud sit expressum, Ex quo Bar ibi obseruandū monet, quod pater filium emancipans præmiis ab eo afficiendus est, quare uerba in emancipationum Instrumentis poni consueta, quod scz. Pater donat filio in præmium emancipationis, impropriè ponuntur, cum illa sit simplex donatio, & idem Bar.in l.vt liberis.ad fi.inf.de collat.meminit,quod Nicol.de Matarel. dicebat donationem, quæ confertur in filium tempore emancipationis, non simplicem esse donationem, sed donationem ob causam, qualis est dos, & donatio propter nuptias, Ideoq; in collationem venire, Verùm hoc negat Bar.a Doctoribus esse receptum, cum Pater filium emancipans ipse ius Patriæ potestatis amittat, Vnde ei donans, ex mera ipsius liberalitate potius, quam ob causam

emancipationis donat, & ideo tamquam simplex donatio conferenda est, quæ passim à Doctoribus recepta est sententia, vt per Alex. & Dec. in d. l. vt liberis. col. fi. C. de collat.

Verùm, vt altius hæc materia imputationis datorum inter uiuos in legitimã faciendæ examinetur, Constituam regulam, ac eos casus, in quibus regula non procedit, sigillatim postmodum examinabimus;

15 *Sit igitur regula, † Quæ ex dispositione Patris inter viuos capiuntur, in legitimam non imputari, quæ regula conformis est obseruationi, quam nos proximè suprà ad hanc legem applicuimus, & probatur etiam in d. l. si quando. §. fi. inf. eo. in illis uerbis, sub ea conditione, ut hæc inter uiuos donatio &c. tunc. glo.*
16 *ibi. in uer. computetur, & in l. illud C. de collat. ad fi. ubi glo. & docto. † Ea enim tantummodò ex his, quæ conferuntur memoratæ portioni imputabuntur, pro quibus specialiter legibus, ut hoc fieret, expressum est; Ex qua lege colligis pulchram regulam, quod omnia, quæ portioni quartæ imputantur, etiam ab inteslato conferuntur, quæ tamen regula è conuerso non tenet, ut possit quis dicere, etiam illa, quæ conferuntur, omnimodò in quartam partem omnia computari. Porrò tu caueas, (nam & hoc ueluti ad negocium nostrum attinens pretermittendum non est) quia dicta regula, quod omnia, quæ in legitimam imputantur, conferuntur, non è contrà, quo ad res quidem ipsas imputandas, & conferendas procedet, non tamen, quo ad personas ipsas, quæ cõferre, vel in le-*
17 *gitimam imputare teneantur, † quia licet plures res conferantur, quàm in legitimam imputentur, tamen inter plures fit imputatio in legitimam, quàm col-*
18 *latio, † nam imputatio dotis in legitimam de iure cõmuni fit, cum quocumq; filia concurrat, Collatio tamen dotis fit tunc duntaxat, quando descendens concurrit cum descendente, ita Corn. in cons. 105. Incip. in præsenti consultatione col. fi. ad fi. nu. 9. & 10. lib. prim. post Bal. in l. quoniam nouella in prima opp. inf. eo. ex. l. omnimodo. inf. eo. nam imputatio (inquit Bal.) fit quolibet extra-*
19 *neo hærede existente. † Obseruandumq; hoc precipuè est, quod supradicta Regula procedere videtur etiam in casu contrario, vt sciz. nõ solum omnia conferantur, quæ imputari debent, sed etiam è contrà, ut omnia imputentur, quæ conferenda sunt, vt habetur in. l. quoniã nouella. inf. eo. & l. illud. inf. de collat. Sed respondet tamen Baldus in d. l. quoniam nouella. in prima opp. quod æquiperatio collationis & imputationis fit in casu illius legis tantùm nempe in dote, & donatione propter nuptias, alio quoq; modo respondet, quod ea lex non æquiperat collationem & imputationem, sed Dotem, et Donationem propter nuptias.*

sequitur

sequitur Decius in d.l.Illud.nu.5.& ita etiam ante eos intellexit Glo.ibi. vers. imputari.

20 *Primò limitatur prædicta regula,quæ dictum est, donata inter viuos, non imputari legitimæ,vt procedat tantùm in dubio, sed vbi Pater expressisset,quòd deberent imputari, tunc imputarentur etiam data, seu donata inter viuos d. l. si quando.§.& generaliter inf.eo.quod etiam suprà retulimus ex Bart.in d.l.in quartam:Hæc enim firma est, inconcussaq; propositio, quod,ubi ea lege quid filio datum est, ut ei in legitimam imputetur,imputationem eiusceemodi filius recusare non poterit,siue ea donatio robur statim acceperit,siue non, siue donatio fuerit simplex, seu ob causam facta, siue filio emancipato,siue in potestate,hoc enim solùm spectatur; an scz.filius tale datum acceperit,ut in legitimam imputaret,quòd si imputaturus acceperit,nil preterea aliud inquiretur.sed imputare tenebitur.Illud quidem maiori in ambiguitate est,an Donatio a Patre facta filio ob legitimam statim ualeat, an verò confirmationem à Patris morte expectet, nam quòd ualeat uidetur tex.in.l.si non mortis.ff.de donat.int.ui, ubi Angel. et Ias.in l.frater à fratre,nu.44.& in rep.nu.23.Paris.cons.16.nu.35.lib.2. Rodric.Xuarez.in l.quoniam in prioribus,sed cõtrarium tenet Aret.in.l. placet.ff.de æq hered.Dec.cons.86.nu.8.alii dicunt quod valet,sed reuocari potest,Duen.in reg.223.uers.quinto fallit,ubi alios ciat.*

Secundò declara supradictum regulam, ut procedat in donatione tantùm,quam uerum est in legitimam non imputari,ubi ualida est,nisi dictum sit, Eritq; valida,si iuramento sit cõfirmata,uel,si emancipato sit facta,ac,vt infra dicetur.quando est facta ob causam, et si in causam legitimæ facta sit,ut modò ex aliquorum

21 *sententia diximus, quo casu certum est imputari eam in legitimam debere † Secus est si quid pater filio dederit non titulo donationis,sed simpliciter non expressa etiam causa aliqua,ex qua daret,quia tunc in legitimam fili tale datum filius reponet,ita Bar.in d.l.prim.§.si parens.ff si à paren.quis fue.manum.per.l. cum quo.§.fi.ff.ad l.falcid. respondetq; Bar. ad tex. in d. l.si quando.§.& ge-*

22 *neraliter, † quòd ibi certum erat,quòd pater donabat propterea non impu-*

23 *tatur, nisi dictum sit; † Sed nos fingimus simpliciter esse datum transferendo dominium,nec apparere,quomodo,aut qualiter sit datum, sequitur Alex. in d. l.Illud C.de collat et in cons.142.col.antepe nu.22.vers.non tamen per prædicta lib.2.Dec.in d.l.illud col.3.post med. vers. & hoc limitatur dupliciter,*

24 *† Est verum, quod nonnulli Bartholum in crp. etantur eo casu loqui.quo data filio,portioni legitimæ æquipollent,ex tex.in l.cum quo. §.fi ff. ad l.falcid.*

quam

quam ipse allegat, quia illa lex supponit, quartam integram datam esse, sic interpretatur Socin. in cons. 18. Incip. præsentis consultationis. lib. 4. quod non negat & Alex. in d. l. illud, et Ripa in d. l. in quartam nu. 145. loquendo de legitima, ac etiam in eadem l. in quartam nu. 38. loquendo tamen de falcidia, quia, (inquit) non sine misterio tex. in d. l. si quando. §. fi. computat valorem hæreditatis, disponens, quod ea, quæ æqui valoris cum quarta data sunt, censeãtur data, ut imputentur, Congruitq; hoc rationi, quod Pater ideo videatur, quæ filio dedit, ad summam quartæ dimersus, quòd de imputatione quartæ cogitaret, quorsum enim eo modo librasset? Sed non Iccirco tamen ita facilè mihi persuaderi sinam, ut, quæ infrà vel suprà quartæ metam data simpliciter sunt, imputari non debeant, neq; hoc Bart. usq; vel dixit, uel sensit, quod sciam, vel meminerim, neq; tex. per eum alleg. in d. l. cum quo, aut tex. in d. l. si quando. §. fi. hanc interpretationem inferunt necessariò, cum exempli gratia potius, quã cum misterio de summa quartam explente mentionem habeãt, vel quòd, cum de quarta, idest, falcidia vel legitima tractarent, cur eum casum in minori portione fingerent?

25 † *Cur autem donatio non imputetur legitimæ, quemadmodum data simpliciter imputantur, ratio est, quia, quod donat Pater filio, uult eum præcipuum sibi habere, at, si in legitimam imputaretur, cum ad ipsam assignandam teneatur, non esset deinde donatio, quia in necessitatibus nemo liberalis existat, Vnde repugnant hæc inter se, quod sit donatio, & sic liberalitas, ac, quod sit in causam necessariam datum. Cum verò datur simpliciter absq; donationis vel liberalitatis titulo mentioneue aliqua, Videtur potius in causam necessariam, nempe legitimæ, quàm ex liberalitate dedisse, neq; donasse quis presumitur .l. Campanus ff. de oper. libert. cum & vnusquisq; in necessariam causam potius, quam voluntariam impendere præsumatur l. ceterũ. l. in his. ff. de solut. l. 4. ff. de adim. leg. quam rationem reperio positam etiam per Crauetam cons. 136 col. 2. uers. secundò respondeo, ad fi. nec obstat, quod uiuens non teneatur dare legitimam d. l. cum quo. nam satis est, quod post mortem teneretur.*

Ex his consequens est etiã, vt si donata per patrem filio, legitimæ debitæ portionem neq; excedat, neq; decedat, sed pari libramine ponderetur, tunc sint in legitimam imputanda, vne frustra videatur Pater eam summã donationis suæ eo modo temperasse, ut paulò suprà diximus, nec donationis titulus hanc interpretationem impediet, cum è diuersò taxatæ ad legitimam summæ coniectura aliud suadeat, & satis sit, ex donatione & liberalitate commodum, vtilitatemq, vi-

uente

dente Patre sentire, quippe cum uiuens legitimam assignare inuitus non cogeretur. d.l. cum quo. §. fi. ff. ad l. falci. hancq; limitationem amplectitur in d.l. cum quo. §. fi. & sequitur Bertran. conf. 82. visis. lib. 2. Didac. cap. Raynaldus. §. 2. nu. 6. & 7. de testam. Contrarium tamen tenet Socin. d. conf. 18. lib. 4. & corn. in d.l. illud, dicens neutrã ex suprapositis limitationibus per se sufficere, vt imputari debeat, videlicet neq;, quod simpliciter sine titulo donationis datum sit, neq;, quod æquiponderent legitimæ, quæ data sunt, sed oportere, vtrumque concurrere, Et, quòd sine titulo donationis, scꝫ. simpliciterq; sit datum, & quod legitimæ summam ad vnguem expleat, sequitur Ripa in d.l. in quartam. nu. 146. & tutior certè est hæc sententia.

Ad hæc succedit, quòd proximè prædicta limitatio habeat locum in donatione simplici, non autem in donatione ob causam: † nam donatio ob causam in legitimæ rationem veniet, ut suprà ex Bartholi doctrina collectum est d.l. quoniã nouella. l. omnimodo. §. imputari. inf. eo. vt Dotis causa, uel propter nuptias data, in quibus enumerari oportet etiam uestes, Iocalia & apparatus, bonaq; parafrenalia filiæ data Alex. conf. 117. viso titulo. col. fi. lib. 6. nu. 5. & 6. Paul. Castren. d. conf. 121. Incip. si dicta Cornelia lib. 3. Dec. conf. 628. col. pe. ad fi. nu. 5. Ripa vbi supra. nu. 152. ratione à me iam modò allata, quia scꝫ. donatio ob causam hoc loco dicitur, quæ ex causa necessaria fit, at in necessitatibus nemo liberalis existit, Ergo in causam necessariam legitimæ deducetur, quod autẽ hac in materia donatio ob causam ea dicatur, quæ fit ex causa necessaria, ut ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, tradit, Paul. de Cast. Alex. & Dec. in l. vt liberis. col. fi. C. de collat. & idem Dec. in Authen. ex testamento. col. 4. in prin. C. eo. de collat. Craueta conf. 136. vers. Itaq; tota difficultas, qui hac ratione probat donationem ob causam dici eam duntaxat, quæ fit ob causam necessariam, quia (inquit) receptum est, donationem ob causam non propriè esse donationem, nec liberalitatem. l. prima. ubi glo. ff. de donat. l. Attilius regulus

27 vbi Bar. ff. eo. de donat. † cum donatio ob causam potius quædam permutatio, quàm donatio appellanda sit. l. sed et si lege. §. consuluit. in fi. ff. de petit. hæred. ibi, velut genus quoddam permutationis, quem tex. in hoc perpendit Bal. ibi & Ias. in l. inter eos. col. 2. in secũdo not. ff. de re Iudi. Si igitur donatio ob causam liberalitate vacat, necesse est eam intelligi donationem ob causam, quæ ex causa necessaria facta sit, quia si uoluntaria esset, mera liberalitas, & donatio dici

28 ci posset. † Sed hic tamen ambigitur, quia dictum est suprà, data ad militiã emendam imputari, quasi in causam necessariam data. d.l. omnimodo. §. fi. ut supra

pra proximè ex Barth.retulimus in d.l.in quartam, at quis tamen dixerit, necessariam eam militiæ causam esse, quàm dubitationem sensit Ripa in d.l.in quartam, sed non satis aptè (meo quidem iudicio) ea sese explicat, nam videtur latius hanc causam necessariã diffundere, vt dicatur quidem ob causam facta donatio, modò affectione & studio quodam beniuolentiæ naturalis munita sit, in qua tamen ratione ipse Ripa non persistit, eodem in loco, quòd si donationem ob causam hoc loco interprete is etiam eam, quæ fit ex naturali charitate, licet nulla subsit necessitas, non videbitur tunc militare ratio imputationis faciendæ, de qua proximè supra, & idem videtur in donatione propter nuptias.

19 † *Tu dicas eiuscemodi donationes censeri ob causam factas, neq; verum esse, necessitatem precisam solam operari, vt dicatur ob causam facta, neq; vlla lege hoc probatur, quicquid de ista aliis doctoribus, supra citatis placuerit, videlicet Castren. Decio. Craueta; neq; Bar. (ut opinor) hoc sensit, nam simpliciter loquitur de donatione facta ob causam, & exemplum ponit, de donatis causa dotis, vel propter militiam, uel propter nuptias, quæ quidem causæ futurum respiciunt, non tamen sunt omnes precisæ & necessariæ, nisi necessitatem hanc latius interpreteris, quemadmodum sentit Didac. Coaruu.in c. Rainaldus. §. 2. nu. 6. & 7. de testam: qui dixit Donationem quamlibet à fratre factam filio ad*

30 *alimenta ob causam factam dici posse, quia ad alimenta pater filio tenetur, † Ex quo etiam infert idem Dydác. quòd Donatio facta à patre filio, ut clericatus ordinem, qui non nisi sacerdotum Ecclesiasticum, (beneficium vocant) aliquod habentibus, vel patrimonialia bona, vnde ali commodè possit, conferri solet, c. episcopus. de præben. erit in legitimam imputanda, quamuis aliud scriptum reliquerit Io. Fab. in. §. ult. Instit. de Inof. testam. & idem consulendo tenuerit D. Craueta in d. cons. 136. non citato Fabri loco prædicto, Et certè quod attinet ad hanc questionem donationis factæ filio ordinem clericalem assecuto (quia ea frequens est, hac presertim post Sacri Tridentini Concilii saluberrimas constitutiones, tempestate) hallucinatum opinor Crauetam (nisi mea me opinio fallit) quandoquidem ratio, quam ipse in hoc affert, ad necessitatis causam nihil attinet, siue enim militia vendi possit, siue minus, nihil id refert, maioris quidem*

31 *momenti fuisset inquirere, an ob causam facta dicatur, an secus, † Et certe potest dici ob causam facta, quamuis enim precisè pater ad hoc non teneatur, vt donet filio, quò clericus effici possit, quia tamen id loco alimentorum succedit, ad quæ non est dubium Patrem obligari, non incongruè quis dixerit, ad hoc patrē quamuis remotè adstringi, quemadmodum & de militia dicitur. Quare sic ha-*

beto,

habeto, quòd dummodò, id quod pater donat filio, aptum sit ab onere alimentorum prestandorum Patrem eximere, quia filio opportunum sit alimentis suppeditandis, huncq; ad finem datum sit, dicetur ob causam facta donatio, meritoq; in legitimæ rationem reponetur eiuscemodi donatio, Consequenter clericatui assequendo donatū more eius, quod in militiam datum est, legitimæ adscribetur, parmiq; referre arbitror, quòd clericatus, uel militia vendi non pos-
32 sit, nec ad hæredes transmitti, † nam in d.§.imputari, Idcirco mentio habetur de hoc An scz. vendi posset, vel ad hæredes transmitti, quia in eo duntaxat versabatur huiusmodi acquisitionis emolumentum, non in reditibus vllis annuis, menstruis, seu diurnis, quod litera ipsa aperit eis uerbis, videlicet (In legitimā portionem imputari & illa volumus, quæ occasione militiæ ex pecuniis mortui iisdem personis acquisita posse lucrari eas manifestum est, Eò quod talis sit militia, vt uendatur, uel mortuo militante certa pecunia ad hæredes eius perueniat ita tamen &c.) Huncq; sensum videtur non obscurè habuisse Accur. ibi in uers. Eo quòd, dum exponens rationem horum uerborum ait (quasi dicat aliquis, quomodo potest lucrari?) per quæ verba Accurs. aperit, lucrum militiæ acquisitæ haud alia in re, quàm ipsius in uenditione consistere, Ergo non in reditu annuo, vel menstruo, pretium autem, quo comparata militia erat, cum in pecunia esset, alium reditum præbere non poterat, quò fit, ut longè impar sit ratio, quàm in Clericatu, in quo (& precipuè hoc annotandum est) filius non solùm Clericatum adipiscitur, Sed etiam id, quod in causam alimentorum ei à Patre præstatur, apud ipsum filium remansurum est, Itaq; & Clericatum, & donationem à Patre factam est habiturus, cum militiæ causa donata, non ipsi filio, sed alii (puta Principi eiue, qui militiam concedit) danda sint, quare vides, quantùm lapsus sit Craueta, cum non agatur de imputando beneficio, seu clericatu, qui aliunde, quam à Patre prouenit, sed eo, quod Clericatus habendi gratia filio per Patrem datum est, & quod apud filium vnà cum ipso Clericatu extat, Et quamuis Clericatus neq; uendi, neq; transmitti ad hæredes
33 possit, † Id tamen; quod ad victum, & vestitum, seu ad alimenta Clericatus habendi gratia, est datum, vendi & transmitti potest. glo. Abb. & Imol. in cap. tuis de preben. Feli. & Dec. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de Const. hic nu. 18. ille nu. 10. In militia verò agitur de imputando eo, quod ex ipsius militiæ venditione contrahi posset, Si ergo id imputandum est, quod militiæ acquisitæ occasione ad filium peruenit, Ergo & multò magis id, qđ à Patre datum est filio, ut aptus, idoneusq; ordinibus accipiendis esset, qđ penes eum est remansurum,

vendiq; , & transmitti ad hæredes possit, imputabitur, licet ordo ipse clericalis nec vendi , nec transmitti possit .

34 † *Hinc etiam , quæ filius a Patre acceperit cinguli alicuius (vt frequenter per Ianuenses præsertim fit in Curia Romana) emendi gratia, imputandum erit vt in his , qui fiunt Equites Pii , vel qui scriptoris , vel abbreuiatoris (vt vocant) aliaue similia officia pecuniis emunt, quæ aliis vendi, & cedi consueuerũt, vt Paul, de Castro, & Ias. in d. §. imputari contra Nicolaum de Vbal. de Perus. in trac. success. ab intesta. rectè scriptum reliquerunt , quamuis enim huiusmodi*

35 *venditio, cessio, aut renunciatio validè non fiat sine consensu S. Pontificis , † illaq; impossibilium loco habeantur, quæ à Principe sunt impetranda. l. apud Iulianum. §. Constat. de leg. prim. quia tamen uenditioni , seu cessioni S. Pontifex annuere consueuit, minimè impossibilis impetratio habetur. arg. l. primæ. §. permittitur. ff. de aqua. quot. & æst. l. quidã relegatus . ff. de reb. dub. sequitur Ripa in d. l. in quartam nu. 164. Ex quo infertur ad cætera omnia similia officia, quæ per ipsum officialem vendi & alteri cedi possunt , vt officium custodiæ carcerũ, & Portarum , & eorum , qui ponderibus & mensuris præfecti sunt, quiq; publicis ludis, ac dolis auertendis ex Bar. l. prim. §. nec Castrense. ff. de collat. bono. Bald. & Castr. d. §. imputari, Ripa vbi supra d. nu. 156.*

36 † *Impensas autem factas per Patrem, ut filius beneficium ecclesiasticum assequatur , non esse imputandas traditum est , quia beneficium neq; vendi , neque transmitti potest. Bar. d. l. primæ . §. nec castrense col. 2 . circa med. vers. dico ergo . ff. de colla. bono. Bal. & Paul. de Castr. in d. §. imputari , Ripa d. l. in quartam nu. 166. Idq. duplici ratione , tum quia filius beneficium Ecclesiasticum possidet iure quasi Castrensiis peculii l. Sacrosanctæ C. de epis. & cle. quod peculium quasi castrense non venit in computationem , tum quia creditur impensas fecisse propter onera dignitatis Ecclesiasticæ , quare eas debet habere præcipuas. l. prima. §. sed an id quod . ff. de colla. bono. quæ rationes redduntur à Baldo in d. §. imputari, referunturq, à Ripa in d. l. in quartam, qui etiam allegat Bertrandũ in cons. 201 . cõsideratis. lib. prim. Quod si impensæ in beneficio Ecclesiastico obtinendo non imputantur , multò minus erit ipsum beneficium imputandum, cum non sit in commertio , nec vendi , aut transmitti possit , Item quia huiuscemodi beneficia sunt personalia , Onus autem in legitimam imputandi patrimonium respicit, Item quia beneficium non recipit æstimationem, quare imputandum non est, quod est inæstimabile l. planè 2. §. fi. cum seq. de leg. 2. no. in l. Titius . ff. de petit. hered. ac demum , quia imputatio legitimæ est veluti quædam æstimationis*

species

species, quia id, quod sibi imputat, succedit loco eius, quod ex legitima esset in aliis bonis habiturus. l. filium quem habentē inf. fam. hercis. In beneficiis autē non cadit eiuscemodi permutatio, cum extra commercium nostrum sint, & per consequens nec imputatio locum habere potest, ita quidem ratiocinatur Bal. in d. §. imputari col. 2. in prin. & ante eum Bar. in d. l. prim. §. nec castrense col. 2. ad fi. ff. de collat. bono.

Sed an hæc his repugnant, quæ proximè suprà diximus, nempe ea esse in legitimā imputanda, quæ filio à patre donantur, vt Clericatus ordinem assequatur? minimè verò nequaquam: Diuersa enim, separataq; hæc sunt, si quidem (ut suprà diximus) quod filio ad ordinem nanciscendum donatur, ad alimenta eius donatur, non ut ex ordine acquirendo filius alimoniam habeat, sed ex ea ipsa portione sibi à Patre assignata, nam hæc portio vendi cediue potest, vt suprà diximus ex glo. cap. tuis. de preben. et felin. c. Ecclesia. de Constit. neq; extra commertium est, cum & transmitti, æstimationemq; recipere possit, at quod sumptuum sit in sacerdotii, idest, beneficii assecutione, veluti in diplomatibus colligendis, & huiusmodi, à filio recedit, nec apud ipsum in alimenta remansurū est, cum iam sit consumptum, arg. l. quæ pater. ff. fam. hercis. neq; illud quasi Castrense dici potest, neq; onus militiæ hoc impedire debet, quia satis est, si suum relictum habeat, quod ex militia redundat.

37 † Atq; ex his ad decisionem plurium similium quæstionum perueniri potest, veluti, an quod à Patre filio datur intra militiam Equitum Hyerusalomitanorum recipiendo, ei sit legitimæ loco adscribendum, quam ego quæstionem ex predictis sic deciderem, quòd sumptus eo armis, vestibus, & equis instruendo facti non imputentur, Sed si quid ei in alimenta à Patre assignatum sit, imputari de-
38 beat, qđ & in Doctoratus alteriusuè dignitatis expensis procedere opinor. † In libris vero filio à Patre datis studiorum causa prolixè admodum tractat Bar. in d. §. nec castrense, quid dicendum sit. Sed & prolixius Ripa in d. l. in quartā, nu. 168. vers. sed an libri, ex quibus videtur hæc colligi conclusio, quod si eiuscemodi librorum donatio valida sit, non imputentur in legitimam, sin contrà,
39 imputandi erunt, † His autem casibus ualida erit donatio, vt si filius sit emancipatus, Idem, & si in potestate esset Doctor, uel licenciatus, nam tunc quasi castrense peculium haberet: Item si, cum donatio ei facta est, scolaris quidem et Tyro adhuc esset, Sed ante Patris tamen mortem Doctoratus apicem attigisset. arg. l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de donatio, & l. siue emancipatus C. eo. de donatio. Alex. qui dicit communem. in cons. 142. col. pe. nu. 25. vers. quo

autē ad libros lib.2.Bar.d.§.nec Castrense.col.2.in prin.Castr.cons. 242. col. prim.lib.2. Salycet.l.filiæ.inf.fam.hæreis. Item si clericus sit filius (ei enim, donatio facta valida est) in sacris constitutus, aut saltem prima tonsura insignitus secundùm Ias.l.filiæ licet C.de collat. quem tamen Ripa vbi supra non probat. Hi enim prædicti donationem in peculiò quasi Castrensi habent, Vnde meritò eam non imputant d.§.nec castrense. His adde & Donationem Iuramento confirmatam, nam & ea imputationem non admittit, quia statim robur confirmationemq; Iuramento accipiet, his igitur casibus prædictis, quibus donationem valere diximus, libri in legitimam non imputabuntur, in aliis secus.

Contrà verò, vbi donatio à principio non valet, nec ante Parentis mortem confirmationem est acceptura, imputationem legitimæ patietur, quod contingit, si filius in potestate, cui donatum est, neq; esset Doctor, neq; emeritus, id est licentiatus, nec in ordine ecclesiastico, ac nec uiuente Patre studii metam attigerit, nec donatio iuramento roborata sit, Illoq; casu etiā imputare tenebitur, cum filius propter donationem librorum, & expensarum studii causa factarum, Paternæ hæreditati renunciasset, nam, si is postmodum renunciationem uti nullam, & inualidam reuocare vellet, non poterit aufugere, quin tales impensas sibi in legitimā deputet, Bal.l.pactum quod dotali quest.10.cum seq.nu.8.C.de collat.qui Bal. in d.quest.10.dicit, renuntiationē à filio factam successioni futuræ propter expensas studii non valere, nisi Iuramento Corroborata sit, ac statim quærit, Vtrùm eo casu, quo renunciatio non valet, computet sibi expensas studii in legitimam; & prima facie ait, non videri imputandas, quia sunt iam consumptæ ante mortem Patris, sed contrarium tamen credit verius esse, quia hoc videtur tacitè actum, l.cum quo §.fi.ad l.falcid.sequitur Ripa in d.l.in quartam nu. 173.

Et hæc quidem præscripta procedūt, ubi Pater expressit se libros filio donare, quòd si nihil dixerit, quo titulo eos filio daret, uidetur potius in peculium concessisse, quàm donationis causa dedisse, propterea q; in legitimæ rationem deducentur, nisi tamen Pater eos filii nomine cōparauerit, tunc enim, cum donati censeatur, imputationem legitimæ effugient iuxta supradictam distinctionem. Sic colligitur ex Bar.in d.§.nec Castrense, & in d.l.in quartam, Certiorq; erit hæc decisio, si non magni præcii sint libri filio à Patre traditi pro patrimonii quantitate, & liberorum numero, tunc enim in dubio presumentur donati, & supradicta in donatis locum haberent. Oldrad, Bal. Salyc. in d.l.filiæ.inf.fam. hæreis. Ang.l.filiæ.C.de collat.Rip.d.l.in quartam.nu. 175. Castr.cons. 242.lib. 2. Quod si pater in Codice suarum rationum inter filio data libros retulisset, non

d onasse,

donasse, sed commodasse eos videretur. Paul. Castr. d. cons. 242. Incip. videtur dicendum col. 2. circa med. lib. 2. Ripa vbi supra, qui & allegat prædictum consilium Castrensis 63. corruptè secundùm recentiores typos Bal. & Salyc. in d. l. filiæ. C. fam. hercis.

Verùm quia occasione donationis à Patre factæ latius uogati sumus, loquendo de libris, cæterisq; eiuscemodi filio datis à Patre, tempus appetit, ut receptui canamus, & ad cæptam doctrinam perficiendam reuertamur, Tradita enim fuerat regula, In legitimam non imputari ea, quæ filius ex dispositione Patris inter viuos capit, quæ multipliciter declarata; fuit.

40 Quibus † adde, quòd, si pater, cum quid filio dat, exprimat, se id ei dare in portionem suam, satis uidetur intelligendum de portione legitimæ, propterea dubio procul in ipsa legitima erit ponendum, Bal. l. scimus in prin. post antiquiores. inf. eo. Corn. cons. 64. lib. 2. Ripa ubi supra. nu. 147. æquipollent enim hæc pro parte, seu portione sua, & pro sua legitima.

41 Item ex supradictis constat, quòd si pater donationem Iuramento munierit, quia tunc valida est donatio, non censebitur in legitima, sed propria erit, Bal. l. 3. C. pro donato, & in l. 2. vers. & idem credo quando Pater &c. ff. de Iureiuran. quæ opinio est communis, ut in specie de imputatione in quartam tradit Alex. cons. 8. visis & ponderatis. col. prim. vers. tamen ueritatem puto esse contrariam nu. 2. lib. 2. Dec. cons. 239. col. prim. & cons. 688. nu. 11. qui plurimos alios citat, ad quos remitto. Rip. d. l. in quartam nu. 151. in l. si unquam quest. 15.

42 Mouet † etiam quæstionem nō longè a proposito nostro Rip. in d. l. in quartam. nu. 153. An filia teneatur sibi in legitimam adscribere dotem, cum pater ei in testamento legitimam relinquit, hoc adiecto, ut dotem sibi in legitimam reputet, & decidit, imputandam esse, quia id tantùm uidetur Pater expressisse, quod tacitè inerat, nulla etenim facta expressione non dubium est, ex supradictis dotem in legitimam imputari, quid igitur obesse debet, si hoc expressum fuerit, arg. l. 3. de leg. 2. neq; hoc adiectum reiiciendum est, quemadmodum reiici onera solent de legitima, hoc enim est onus intrinsecum, quia dos solet imputari, nec intrinsecum onus reiici solet, quinimò hoc oneris non à testatore, sed à lege potius doti impositum dici potest, quæ opinio communis est, vt Ripa ibi attestatur allegando Bal. & Salyc. in d. l. quoniam in prioribus, & Alex. in d. l. si cum dotem. §. si pater. col. fi. ff. solut. matr. Rodric. in. l. quoniā in priorib. limit. 12. quamuis Paul. Castr. in d. § si pater, aliud dixerit, hac præsertim motus ratione, quia imputatio dotis in legitimam ad hoc fit, ut filia excludatur à querela, uel à iure petendi supplementum,

plementum, sicq;, vt testamentum ne rescindatur, sed sartum tectum ut seruetur, Verùm si integra legitima sit relicta, testamenti infringendi nullum suberit periculum, nec vlla repletionis faciendæ necessitas, etiam dotis in legitimam nulla facta imputatione: quapropter cessante imputationis causa, & imputatio ipsa cessabit, quòd si non integram legitimam Pater filie reliquerit, aliud putat dicendum Castrensis. Verùm haud facilè ego consenserim, quòd imputatio quælibet sustinendi causa testamenti duntaxat fiat, cùm eorum, quæ extra tastamentum capiuntur inter uiuos imputatio non fiat, quæ tamen facienda esset sustinendi testamenti gratia, si ad hoc inuenta essent, & tamen suprà dictum est, ea non imputari, quæ inter viuos capiuntur, quamuis etiam Corn. in cons. 200. in subscriptione. col. pe. lib. 3. idem dicat, Et quàmuis tex. in d. l. quoniam nouella, dicat imputari ad excludendum querelam, Ea tamen uerba potius ad ampliandum, quàm ad restringendum, hoc est. quod non solum dos, & donatio propter nuptias confertur, sed etiam in quartam imputatur, ad excludendam querelam, qui effectus est maior collatione, inducta ergo ad augumentum non debent contrariũ effectum operari: non ergo sequitur, quod imputari non debeant, vbi de exclusione querelæ non agitur, ut in proposito casu. Preterea imputatio fortassis, quæ à lege fit, cessare potest, cum nulla testamenti sustinendi necessitas imputationem suadet, quo casu contrarium procedit, uerùm imputatio, quæ à testatore decernitur, numquam euitatur, etiam si alioqui testamentum fuisset remota imputatione valiturum: nec dubium est, Patrem posse hanc legem in sua dispositione dicere, vt, quod aliò titulo dederit, imputandum sit, præsertim ubi tale quid est, qđ suapte natura imputari soleat, cuiusmodi est Dos, & Donatio propter nuptias, quod suprà tradidimus.

43 *Ex his consequenter dicit Ripa vbi suprà nu. 154. & seq. Dotem etiam imputandam, quando Pater relinquit legitimam simpliciter. Alex. & Castr. d. l. si cum dotem. §. si pater, † Idemq; videtur, si relinquat integram legitimam, quamuis Ripa vbi suprà videatur hoc casu prima facie sensisse aliud, quamuis. n. verbum (integram) videatur excludere imputationem ita, quod præter dotem suam, legitimam integram habeat, satis utiq; dicetur integra, si dote imputata totam legitimam expleat;*

In quo tamen pronior ego sum in contrariam partem, nam considerandum est, quod dos non fuit relicta in testamento, sed iam prius data fuerat inter viuos, legitimam verò dicit se relinquere in testamento, & quidem integram, ergo totam ipsam legitimam esse perceptam oportet ex ipso testamento, & consequenter non

per

per imputationem dotis, quæ extra testamentum capta est, ut etiam aliquid relictum huiuscemodi operetur; nec quicquam oberit, † *& si dicas quod supplementum videatur ex eodem testamento relictum, in quo pars illa, quæ legitimæ non satisfacit, relicta est, ex eodemq; testamento peti posse dicitur, unde & dos iam inter uiuos constituta, cum legitimam in testamēto relictam suplet, ea quoq; in testamento eodem relicta uideatur, ita ut possit dici integra legitima in testamento relicta deducendo in computationem dotem, quæ ad repletionis effectum uidetur quasi ex testamento capi, Bal. in l. hac edictali col. 3. C. de secun. nup. quod procedit, etiam si testator, qui minus legitima reliquit, prohibuerit expresse supplementum Bal. l. omnimodo, col. 2. nu. 5. vers. quero Pater instituit, inf. eo. Nam respondeo, verum esse, quod supplementum uidetur ex testamento factum, quando à lege fit, lex enim ipsi testamento supplet, ut in d. l. omnimodò, hoc nostro titulo. Sed contrà est in eo, quod à testatore est datum iam inter viuos, quia lex non inducit hanc fictionem, ubi certitudo appaiet, quorsum enim lex fingat id, cuius contrarium apparet, quamuis .n. lex fingat super certo l. vn. C. de rei vx. non tamen fingere solet, quod vno modo gestum est, alio modo gestum esse, vbi nulla præsertim causa fingendi extat. Si ergo apparet, relictum esse factum inter uiuos, cur ipsa lex fingat relictum testamento, neq; enim lex sine causa fingit, & ita Doc. dicentes supplementum legitimæ uideri ex testamento proficisci, debent intelligi, nisi id, quod suppletur, veniat ex datis inter viuos, Bal. in l. hac edictali col. 3. C. de secun. nup. Dec. l. fi. C. de edic. Di. Adria. tollen. nu. 24. Cagnol. in l. Papinianus. §. quarta nu. 2.*

44

Addit Ripa, se idem responsurum, si Pater relinqueret dotem & legitimam, citat Corneum cons. 200. Incip. Consuluerunt, lib. 3. videlicet in subscriptione illius consilii. col. pe. circa med.

45 † *Hinc etiam eodem dotis exemplo traditum est, in legitimam ponenda esse ea, quæ Pater filiæ sanctum monasterium ingressuræ, monialiumq; sanctarum vitam eligenti donat, seu (ut aiunt), quæ super altare ponit. Bar. d. l. prima. §. si parens. ff. si quis à parente manum. fue. & in l. titio centum. §. titio genero col. fi. in fi. nu. 8. vers. quero quid si pater. ff. de condi. & demonstra. Bal. in l. quoniam nouella. in fi. inf. eo. supponendo factum tale, quod nulla simonia resultet, vt euitentur, quæ obiicit Ripa in d. l, in quartam. nu. 155.*

46 *Additq;* † *idem Ripa vbi suprà, eisdem exemplis, in legitimam imputari filiæ sortem eam, seu capitale (vt uocant) pecuniarū, quas Pater negociationū illarum præfectis (quos Florentiæ montes vocant) commodat, seu mutuat*

47 *ad vsum dotis sint destinatæ, quod omni prorsus dubio caret, † maior quidem dubitatio est in reditu, qui de eiuscemodi pecuniis percipitur vsq; dum nuptiarũ tempus venit, & hoc quoq; in facto responsum est per Corneum, cons. primo. in 6.dub.nu. 19.vers. deueniendo ad sextum dubium, lib.4. Eiuscemodi reditus nõ minus, quàm sortem in legitimam imputari, quòd occasione pecuniæ paternæ proueniant, arg. d.l. si quando. §. imputari. in verbo occasione militiæ, & quia, cum sortis iacturam Pater filia mortua ante matrimonium facturus sit, secundùm naturam est, ut pariter ea nubente lucrum inde resultans Patri acquiratur, & pluribus aliis rationibus, quas ibi prosequitur vsq; ad nu. 53. & seq. & sequitur*
48 *Ripa in d.l. in quartam nu. 156. † Hinc etiam infertur ad lucrum sine aliqua filii industria quæsitum, cum profectitium sit, imputandum esse ex glo. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. ner. ex eius substantia, vers. sed quid si pecuniam filio dedit, ut, cum penès argentarium in reditum menstruum reposita est, lucrum verò industria filii factum pro dimidia diuidendum, ita vt dimidia imputetur, altera non, & idem Bar. in d.l. illud verò. nu. 2. inf. de colla. Verius tamen crediderim, non posse certam doctrinam tradi, an dimidia, an tertia, an alia portio potius imputanda sit, sed Iudicis hoc arbitrio relinquetur, qui filii industriam, quanta remuneratione digna sit, quantiq; operis æstimabit, Bal. d.l. si quando. §. imputari. col. ult. nu. 6. vers. iuxta prædicta queritur, & communem dicit Socin. cons. 92. Incip. circa primum, col. antepe. lib. primo. sequitur Ripa ubi supra nu. 158. Sed tu tamen ne propterea temere Bartholum opineris loquutum, cum non de iure, sed de consuetudine hanc questionem Bar. dirimat utroq; in loco supra citato, & in d.l. cum oportet, post glo. ibi, Sed idem tamen Bart. in l. prima, supra pro. Soc. credit, quod etiam de iure hoc procedat, nedum ex consuetudine, sequutus opinionem Iacobi de Arena, sequitur Dec. in d.l. illud C. de colla. col. fi. nu. 10. vers. ultimo no. ubi alios plurimos in hoc citat, qui tamen rectius hoc limitat procedere in dubio, secus (inquit) vbi certum esset, quòd lucrum pro maiori parte industriæ, atq; operæ filii esset acceptum ferendum, uel è conuersô, nam tunc Iudicis arbitrium uigebit, vt ex citatis per eum, Itaq; uides tandem in eandem, de qua proximè supra, opinionem concurrere. Item hæc ait Decius procedere, quando filius nomine proprio negociatur, secus (inquit) si patris nomine gerat negocia, tunc enim nihil filio, sed totum Patri adscribetur, & meritò totum imputabitur, sequitur Ripa d.l. in quartam nu. 159. & Crau. cons. 125. col. fi. in fi. qui in hoc citat etiam Angel. cons. 85. col. 2. circa med. & Calcan. in cons. [illegible] col. 7. & seq. & idem Crau. cons. 165. col. 2. nu. 4. vers. Aduertatur tamen,*

qua

quo nomine iste filius; quibus in locis videtur Crauetta praeterea in hoc inclinare, quod arbitrio Iudicis committetur, quanti pretii aestimanda sit opera, ac consequenter, quae nam portio sit legitimae imputanda.

49 † Quinimo receptum est, quod, si filius clam furtiuèq; Patris cum pecunia surrepta fuerit negotiatus, deq; ea lucrum retulerit, erit nihilominus in legitimã ea duntaxat portio imputanda, quae pecuniae ipsius lucro & fructui, non etiã, quae industriae adscribi potest. Soc. d. consi. 92. col. antepe. lib. 1. Dec. d. l. illud. col. fi. nu. 10. Ripa. d. l. in quartam. nu. 158.

50 Traditum est etiam, † id duntaxat lucrum à filio in legitimam esse imputandum, ex pecunia paterna proueniens, quòd licitè, ac legitimè quaesitum fuit, non autem, si quid illegitimo, illicitoq; modo, puta, foenus exercendo, ludo illicito ludendo, aliterne acquisierit, Id enim totum, quod illicitè sibi quaesiuit, oneri suo, & incommodo adscribitur, conscientiamq; ipsius solam premit, vnde nec aliis per imputationem prodesse debet, Bart. l. quod seruus. ff. de acqui. possess. & ibi Aret. & Alex. & idem Bart. in. l. cum oportet. num. 3. uersi. quaero si pater. C. de bon. quae lib. & Alex. consi. 77. circa primum colum. fin. lib. 5. qui idem dicit de lucro facto in ludo legibus uetito, prout etiã de ludo dixerat Aret. in. d. l. quod
51 seruus, & postea tradidit Ripa. d. l. in quartam. † Non ommitto tamen, quod Bart. in. d. l. cum oportet, supra de lucro illicito tradita limitat, non procedere, vbi filius iussu Patris foeneratus esset, cum enim tunc uterq; ad restitutionem teneatur, quicquid lucri inde prouenit, Patris commodo prouenit, meritòq; imputandum in legitimam, deducto tamen eo, quod filio pro operis debetur, propterea non ociosè Bar. in. d. l. quod seruus, fingit casum, quod filius inuito Patre foeneratus esset, sed & eo tamen casu Bal. in. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, eo in quã casu, quò inuito patre foeneratur, vult lucrum Patri acquiri, cum pecuniae dominium penes ipsum patrem esse sit necesse, & consequenter, cum profectitium sit, debet Patris commodo in legitimam imputari, quia (inquit) cum dominium pecuniae abdicatum, separatumq; sit à persona eius, qui vsuras sponte soluit, filio quaeri non potuit, cum omnia quaerantur Patri. l. placet. ff. de acquir. haered. Ergo necesse est secundùm ipsum, Patri esse quaesitum, quia dominia (inquit) non volant per aera, & ex hoc traditum est posse defendi glosam in. l. cum oportet. C. de bon. quae lib. dum dicit, quod soluta filio vsurae nomine, Patri acquiruntur, veluti peculium profectitium Alex. d. l. quod seruus. colum. fin. & Roma. apost. ad Bart. in. d. l. cum oportet. in. d. l. quod seruus.

Addit tamen Alex. in. d. l. quod seruus, quod si filius pecuniam per se lucratam ex

causa fœneratitia, praueniendo restituere uelit, priusquam fratribus communicetur, (& idem dicam antequam imputationis faciendæ ratio habeatur) his à quibus usuras extorsit, non poterit tunc cogi ad conferendum cum fratribus, & consequenter dicam, eo casu non cogendum eum imputare, si uerò de restituendis usuris nihil agat, non credit Alexander posse Bart. opinionem defendi, quin tamquam profectitiam teneatur conferre, & imputare in legitimam.

At non omittendum est, ea non imputari, quæ filius ex pecunia paterna defuncto ipso patre lucratur, cum ea dici iam non possint profectitia, sed ea duntaxat, quæ Patre viuente lucratus est, nisi esset societas inter fratres, Bald. d. l. si quando. §. imputari colum. fin. uersi. iuxta prædicta quæritur. num. 6. citatq; text. in. l. titiis, & Meuium. §. alteri. ff. de admin. tuto. Sequitur Ripa. in. d. l. in quartam num. 162.

52 † Emancipatus autem filius, quicquid lucri fecerit ex pecunia sibi à patre data negociando, proprium sibi habet, nec conferre, aut in legitimam imputare tenetur, ac cum donatio ei facta statim ualida sit, nihil lucri pecuniæ ueluti paternæ accepto ferendum est, sed totum filio remanet proprium, & præcipuum, Bal. d. §. imputari col. fi. nu. 6. quia filius emancipatus peculium profectitium nō habet. l. fi. C. de coll. sequitur Ripa ubi supra.

53 Hic etiam non ab re quæri potest, † an, quod filii redimendi gratia Pater soluerit, ei sit in legitimam imputandum (eo scilicet casu loquimur, quo filius nullū peculium habeat) & Bart. quidem in. l. stichus. ff. de pecul lega. col. 2. in princ. dicit tunc duntaxat imputandum, cum pater ex necessitate soluit, puta, quia pro filio fideiusserat, tunc enim, cum uel inuitus soluere cogatur, donasse non uidetur, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, quare in legitimæ compensationem ueniet. l. rem legatam. ff. de adimen. legat. l. cum quo. §. fin. ff. ad. l. falcid. quod obtinebit etiam, cum lege aliqua, uel municipali, aut à Principe lata coactus ad soluendum fuisset, at si pater vltrò nulla prorsus adductus iuris uel facti necessitate soluisset, videretur vtiq; Patria pietate soluisse, meritò imputandū non erit arg. l. 1. C. de neg. gest. l. is qui. ff. de neg. gest. & not. in. l. si filius. C. eod. tit. de neg. gest. quapropter, si filius nullo suo delicto captus, sed in hostium potestate captiuus detentus sit, non dubium pietatis paternæ offitium esse, eum redimere, & ideo tanquam gratis donatum non esse imputandum. l. liber captus. C. de capt. & postlim. reuer. Bart. ubi supra Bald. d. §. imputari. num. 5. Fabia. hic in sua repet. q. 8. num. 19. Ripa ubi supra. num. 186. indistinctè tenent imputanda, quia cum soluit uoluntariè, uidetur ob causam soluere & ideo imputanda,

tanda; tu autem inspice, an distinguendum sit, utrum Pater alios filios habeat, nam si unus hic ei sit filius, Credam semper pietatis ergò ei dedisse, ut eum
54 redimeret, † Et quàmuis, si quis vel sponte exequitur, ad quod cogi poterat, necessitati potius, quàm voluntati tribuatur Bar. in l. triticum de verb. oblig. in l. 2. ff. de condi. et demonstr. in l. cum seruus. ff. de verbo. obliga. in l. fi. per illum tex. C. de alim. pup. prestan. glo. prima in l. sed si vir. ff. de donatio. inter uir. & vxo. Bal. consi. 35. col. 2. lib. 2. vbi tamen tanta præsumptio, quanta est paterna affectio, aliud suadet, potius voluntati, quàm necessitati tribuendum putarem; quin etiam, si necessitas in eo solo versetur, quia iam fideiussisset, non hanc prorsus necessitatem ducerem, sed ab origine, præcedente fideiussionem eam dimetirer, nam si sponte fideiussisset, non coactus, solutionem pariter spontaneam iudicarem, quæ in exequutione huius fideiussionis fieret, secus si ipsa quoq; fideiussio ex necessitate interposita fuisset, veluti, cum filius munus publicum decurionatus aliudue simile suscepit l. & qui originem. §. si filius. ff. de mun. et hon. vbi verò alii quoq; liberi extarent, non facilè mihi persuaderi sinam, voluisse pietate erga hunc vti, vt in alios impius iudicari possit, propterea q; siue ad redimendum à pena delicti, siue è captiuitate hostium etiam nulla lege vel fideiussione precedente compulsus dederit, ei tamen donasse voluisse non crederem, propterea q; imputandum esset, quod certius esset, si id, quod erogauit in huiusmodi causam, portionem vni ex filiis debitam vel æquaret vel excederet: arg. l. si filiæ de lega. 2. cum sim. faciũt, quæ dicit Bal. in l. filiæ cuius, col. 5. nu. 16. inf. fam. hærcis.

55 † Queri etiam potest non incongruè hoc loco, Quid si pater in rebus filii aduentitiis aliquos sumptus fecerit, quibus illas preciosiores maiorisq; fructus redditæ sint, an eas teneatur sibi filius in legitimæ rationem deducere, & hoc quidẽ negocio perpulchre distinguit Bar. in trac. de duob. fratri. col. fi. in prin. nu. 22. tradens hanc doctrinam, quod impensas necessarias imputare non teneatur, quia Pater eas facere tenebatur l. prima. C. de bon. mater. l. cum non solum. §. vbi autem C. de bon. quæ liber, Idemq; dicit locum habere in sumptibus utilibus tantùm, quæ tamen maiores non sint fructuum annuorum quantitate, vt, si vineam, vel pomaria plantarit, vel quid simile fecerit, aut domum, vel stabulum ædificarit, Eas enim pater, nisi contrarium dixerit, donasse presumitur, Ideoq; in diuisione, eorum ratio nõ habebitur d. l. cum non solum. §. sin autẽ res, Idemq; erit, si onera illi rei imminentia vectigalia ne soluerit Pater, vt dicit Bal. qui Bartholi doctrinam sequitur in d. l. filiæ cuius, nu. 15. inf. fam. hercis. Idemq; in

sumptibus voluntariis obseruabitur, magnas verò impensas, cum eas pater donasse non præsumatur, sed animo repetendi eas fecisse, in diuisionem sibi imputabit, Et expensas fructuum quantitatem excedentes, Sic Bar. vbi supra & Bal. ind. l. filiæ cuius, atq; etiam idem Bal. in trac. de duobus fratribus (si modò ille tractatus verè Baldi est) col. fi. vers. quarto quero. Prædicti tamen doctores (vt vera fatear) nihil de imputatione in legitimam facienda loquuntur, sed de diuisione hæred. inter ipsos fratres, quæ res videtur diuersã rõnem habere, vt, cum æqualem portionem sunt inter se sortituri, æquum est, vt vnusquisq; quod præter cæteros plus præcipit, cum aliis communicare debeat, Verùm, vbi filius legitimam tantùm percepturus est, maiori fauore dignus censetur, vt aliqua propria habeat, quæ in legitimam ei non imputentur, Sed tamen cum tota huius quæstionis ratio in eo consistat, an Pater has expensas, ad quas faciendas non tenebatur, donasse videatur, vt eæ quidem, quas donasse presumitur, imputationi non sint obnoxiæ, at illæ, quas non donandi animo, sed repetendi fecisse presumitur, sint imputandæ: hæ quidem rationes æque in legitimæ imputatione militant, atq; in diuisione æquali inter fratres facienda, Et quamuis donatio inter Patrem, & filium non consistat, quia tamen postmodùm morte confirmatur, in rationem legitimæ deducetur,

PERCEPTA ex testamento imputari in legitimam omnia.

E*X SVBSTANTIA. deficientis) Collegimus suprà ex his verbis obliquo sensu notabile, Nunc aliud sensu directo, (quod fortè prius faciendum erat) colligamus, Id verò est; Quæcumq; ex testamento capiuntur Patris, omnia in legitimam imputari, siue titulo institutionis, siue legati, siue in uim modi relictum sit, alioue titulo l. omnimodo & l. scimus inf. eo. Nata. cons. 200. col. 4. in prin.*

Quod quidem intelligendum est Inprimis, dummodo aliquid iure institutionis relictum sit, ne, si institutionis titulo nihil percepisset, testamentum irritum, nullumq; fieret, resq; ad intestati causam reduceretur, sicq́, imputationis nulla ratio haberetur; Si tamen aliquo modo relicta in testamento sustineri possent, quamuis alioqui nullo, vt si clausula codicillaris in testamento adiecta esset, quæ operabitur, vt relicta in testamento videantur à legitimis hæredibus, & succedentibus

dentibus ab inteſtato repetita l. generaliter.ff.de fideicom.lib.no.in l.prima .ff. de iu.codici.l. eam quam C.de fideicom. Authen.ex cauſa C. de liber. preter. Tunc filius, quod ſibi in teſtamento relictum fuerit, in legitimæ rationem imputabit, etiam quòd inſtitutus non fuiſſet, Ripa d.l.in quartā nu.141.& 142. qui allegat Corneum in conſ.62.Incip.alias conſului lib.2.Sed de hoc nos aliàs acturi ſumus.

Legitima an augeatur aucto Patris Patrimonio.

1 *Bona patris ſi aucta ſint ante hæreditatem aditam poſt eius mortem, an augeatur legitima.*

2 *Ratio, quare augumentum legitimæ filio non proſit,*

3 *Legitimæ in ratione ineunda ſpectatur etiam tempus mortis ciuilis,*

4 *Mortis tempus ſpectatur, etiam, quod legitima aſſignata ſit in vita, & pulchrè diſtincti aliqui caſus.*

5 *Pater an teneatur petenti filio viuens legitimam aſſignare,*

6 *Pater poteſt uiuens filio ſuam legitimam aſſignare, & nu.14.*

7 *Legitima per Patrem uiuentem filio aſſignata in eius peculio profectitio eſt.*

8 *Legitima quatenus dicatur filio debita in vita Patris.*

9 *Pater poteſt legitimam filio aſſignatam reuocare.*

10 *Pater non tenetur filii condemnati mulctam ſoluere, neq; vſq; ad legitimam,*

11 *Legitima filio à Patre viuente aſſignata non confiſcatur ob delictum filii.*

12 *Legitimæ in rationem non venit, quod Pater ob delictum filii fiſco dedit.*

13 *ſtatutum an valeat, quod pater teneatur ſoluere filii condemnationem pro legitima,*

14 *Pater poteſt filio inuito, dum viuit, legitimam aſſignare,*

15 *Pater poteſt inæqualitate vti inter filios, atq; etiam inter filios & extraneos;*

16 *Filius, cui maior portio aſſignata eſt, ſi tamen æqualiter partitus ſit inter filios poterit repetere, quod dedit,*

17 *Pater ingrediendo monaſterium an teneatur filio legitimam aſſignare, nō expectata morte naturali,*

18 *Monaſterium dato, quod non teneretur aſſignare legitimam filio Monacho, dum Monachus viuit, teneretur tamen ei dare alimenta,*

19.

pra proximè ex Barth.retulimus in d.l.in quartam, at quis tamen dixerit, necessariam eam militiæ causam esse, quam dubitationem sensit Ripa in d.l.in quartam, sed non satis aptè (meo quidem iudicio) ea sese explicat, nam videtur latius hanc causam necessariã diffundere, vt dicatur quidem ob causam facta donatio, modò affectione & studio quodam beniuolentiæ naturalis munita sit, in qua tamen ratione ipse Ripa non persistit, eodem in loco, quòd si donationem ob causam hoc loco interpreteris etiam eam, quæ fit ex naturali charitate, licet nulla subsit necessitas, non videbitur tunc militare ratio imputationis faciendæ, de qua proximè supra, & idem videtur in donatione propter nuptias.

29 † *Tu dicas eiuscemodi donationes censeri ob causam factas, neq; verum esse, necessitatem precisam solam operari, vt dicatur ob causam facta, neq; vlla lege hoc probatur, quicquid de ista aliis doctoribus, supra citatis placuerit, videlicet Castren. Decio. Crauetæ; neq; Bar. (ut opinor) hoc sensit, nam simpliciter loquitur de donatione facta ob causam, & exemplum ponit, de donatis causæ dotis, vel propter militiam, uel propter nuptias, quæ quidem causæ futurum respiciunt, non tamen sunt omnes precisæ & necessariæ, nisi necessitatem hanc latius interpreteris, quemadmodum sentit Didac. Coaruu. in c. Rainaldus. §. 2. nu. 6. & 7. de testam. qui dixit Donationem quamlibet à fratre factam filio ad*

30 *alimenta ob causam factam dici posse, quia ad alimenta pater filio tenetur, † Ex quo etiam infert idem Dydac. quòd Donatio facta à patre filio, ut clericatus ordinem, qui non nisi sacerdotum Ecclesiasticum, (beneficium vocant) aliquod habentibus, vel patrimonialia bona, vnde ali commodè possit, conferri solet, c. episcopus. de præben. erit in legitimam imputanda, quamuis aliud scriptum reliquerit Io. Fab. in §. ult. Instit. de Inof. testam. & idem consulendo tenuerit D. Crauetæ in d. cons. 136. non citato Fabri loco prædicto, Et certè quod attinet ad hanc questionem donationis factæ filio ordinem clericalem assecuto (quia ea frequens est, hac presertim post Sacri Tridentini Concilii saluberrimas constitutiones, tempestate) hallucinatum opinor Crauetam (nisi mea me opinio fallit) quandoquidem ratio, quam ipse in hoc affert, ad necessitatis causam nihil attinet, siue enim militia vendi possit, siue minus, nihil id refert, maioris quidem*

31 *momenti fuisset inquirere, an ob causam facta dicatur, an secus, † Et certe potest dici ob causam facta, quamuis enim precisè pater ad hoc non teneatur, vt donet filio, quò clericus effici possit, quia tamen id loco alimentorum succedit, ad quæ non est dubium Patrem obligari, non incongruè quis dixerit, ad hoc patrẽ quamuis remotè adstringi, quemadmodum & de militia dicitur. Quare sic habeto,*

habeto, quòd dummodò, id quod pater donat filio, aptum sit ab onere alimentorum prestandorum Patrem eximere, quia filio opportunum sit alimentis suppeditandis, huncq; ad finem datum sit, dicetur ob causam facta donatio, meritoq; in legitimæ rationem reponetur eiuscemodi donatio, Consequenter clericatui assequendo donatũ more eius, quod in militiam datum est, legitimæ adscribetur, paruiq; referre arbitror, quòd clericatus, uel militia vendi non possit, nec ad hæredes transmitti,
32 † nam in d.§. imputari, Idcirco mentio habetur de hoc An scz. vendi posset, vel ad hæredes transmitti, quia in eo duntaxat versabatur huiusmodi acquisitionis emolumentum, non in reditibus vllis annuis, menstruis, seu diurnis, quod litera ipsa aperit eis uerbis, videlicet (In legitimã portionem imputari & illa volumus, quæ occasione militiæ ex pecuniis mortui iisdem personis acquisita posse lucrari eas manifestum est, Eò quod talis sit militia, vt uendatur, uel mortuo militante certa pecunia ad hæredes eius perueniat ita tamen &c.) Huncq; sensum videtur non obscurè habuisse Accur. ibi in uers. Eo quòd, dum exponens rationem horum uerborum ait (quasi dicat aliquis, quomodo potest lucrari?) per quæ verba Accurs. aperit, lucrum militiæ acquisitæ haud alia in re, quàm ipsius in uenditione consistere, Ergo non in red ditu annuo, vel menstruo, pretium autem, quo comparata militia erat, cum in pecunia esset, alium reditum præbere non poterat, quò fit, ut longè impar sit ratio, quàm in Clericatu, in quo (& precipuè hoc annotandum est) filius non solùm Clericatum adipiscitur, Sed etiam id, quod in causam alimentorum ei à Patre præstatur, apud ipsum filium remansurum est, Itaq, & Clericatum, & donationem à Patre factam est habiturus, cum militiæ causa donata, non ipsi filio, sed alii (puta Principi eiue, qui militiam concedit) danda sint, quare vides, quantùm lapsus sit Craueta, cum non agatur de imputando beneficio, seu clericatu, qui aliunde, quam à Patre prouenit, sed eo, quod Clericatus habendi gratia filio per Patrem datum est, & quod apud filium vnà cum ipso Clericatu extat, Et quamuis Clericatus neq; uendi, neq; transmitti ad hæredes
33 possit, † Id tamen; quod ad victum, & vestitum, seu ad alimenta Clericatus habendi gratia, est datum, vendi & transmitti potest. glo. Abb. & Imol. in cap. tuis de preben. Feli. & Dec. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de Const. hic nu. 18. ille nu. 10. In militia verò agitur de imputando eo, quod ex ipsius militiæ venditione contrahi posset, Si ergo id imputandum est, quod militiæ acquisitæ occasione ad filium peruenit, Ergo & multò magis id, qđ à Patre datum est filio, ut aptus, idoneusq; ordinibus accipiendis esset, qđ penes eum est remansurum,

vendiq;, & transmitti ad hæredes possit, imputabitur, licet ordo ipse clericalis nec vendi, nec transmitti possit.

34 † Hinc etiam, quæ filius a Patre acceperit cinguli alicuius (vt frequenter per Ianuenses præsertim fit in Curia Romana) emendi gratia, imputandum erit vt in his, qui fiunt Equites Pii, vel qui scriptoris, vel abbreuiatoris (vt vocant) aliaue similia officia pecuniis emunt, quæ aliis vendi, & cedi consueuerũt, vt Paul, de Castro, & Ias. in d. §. imputari contra Nicolaum de Vbal. de Perus. in trac. success. ab intesta. rectè scriptum reliquerunt, quamuis enim huiusmodi

35 venditio, cessio, aut renunciatio validè non fiat sine consensu S. Pontificis, † illaq; impossibilium loco habeantur, quæ à Principe sunt impetranda. l. apud Iulianum. §. Constat. de leg. prim. quia tamen uenditioni, seu cessioni S. Pontifex annuere consueuit, minimè impossibilis impetratio habetur. arg. l. primæ. §. permittitur. ff. de aqua. quot. & æst. l. quidã relegatus. ff. de reb. dub. sequitur Ripa in d. l. in quartam nu. 164. Ex quo infertur ad cætera omnia similia officia, quæ per ipsum officialem vendi & alteri cedi possunt, vt officium custodiæ carcerũ, & Portarum, & eorum, qui ponderibus & mensuris præfecti sunt, quiq; publicis ludis, ac dolis auertendis ex Bar. l. prim. §. nec Castrense. ff. de collat. bono. Bald. & Castr. d. §. imputari, Ripa vbi supra d. nu. 156.

36 † Impensas autem factas per Patrem, ut filius beneficium ecclesiasticum assequatur, non esse imputandas traditum est, quia beneficium neq; vendi, neque transmitti potest. Bar. d. l. prima. §. nec castrense col. 2. circa med. vers. dico ergo. ff. de colla. bono. Bal. & Paul. de Castr. in d. §. imputari, Ripa d. l. in quartam nu. 166. Idq. duplici ratione, tum quia filius beneficium Ecclesiasticum possidet iure quasi Castrensiis peculii l. Sacrosanctæ C. de epis. & cle. quod peculium quasi castrense non venit in computationem, tum quia creditur impensas fecisse propter onera dignitatis Ecclesiasticæ, quare eas debet habere præcipuas. l. prima. §. sed an id quod. ff. de colla. bono. quæ rationes redduntur à Baldo in d. §. imputari, referunturq; à Ripa in d. l. in quartam, qui etiam allegat Bertrandũ in cons. 201. cõsideratis. lib. prim. Quod si impensæ in beneficio Ecclesiastico obtinendo non imputantur, multò minus erit ipsum beneficium imputandum, cum non sit in commertio, nec vendi, aut transmitti possit, Item quia huiuscemodi beneficia sunt personalia, Onus autem in legitimam imputandi patrimonium respicit, Item quia beneficium non recipit æstimationem, quare imputandum non est, quod est inæstimabile l. planè 2. §. fi. cum seq. de leg. 2. no. in l. Titius. ff. de petit. hered. ac demum, quia imputatio legitimæ est veluti quædam æstimationis

species

ſpecies, quia id, quod ſibi imputat, ſuccedit loco eius, quod ex legitima eſſet in aliis bonis habiturus.l.filium quem habentẽ inſ.fam.hærciſ. In beneficiis autẽ non cadit eiuſcemodi permutatio, cum extra commercium noſtrum ſint, & per conſequens nec imputatio locum habere poteſt, ita quidem ratiocinatur Bal.in d.§.imputari col.2.in prin. & ante eum Bar.in d.l.prim.§.nec caſtrenſe col.2. ad fi.ff.de collat.bono.

Sed an hæc his repugnant, quæ proximè ſuprà diximus, nempe ea eſſe in legitimã imputanda, quæ filiò à patre donantur, vt Clericatus ordinem aſſequatur? minimè verò nequaquam: Diuerſa enim, ſeparataq; hæc ſunt, ſi quidem (ut ſuprà diximus) quod filio ad ordinem nanciſcendum donatur, ad alimenta eius donatur, non ut ex ordine acquirendo filius alimoniam habeat, ſed ex ea ipſa portione ſibi à Patre aſſignata, nam hæc portio vendi cediue poteſt, vt ſuprà diximus ex glo.cap.tuis.de preben.et felin.c.Eccleſia.de Conſtit.neq; extra commertium eſt, cum & transmitti, æſtimationemq; recipere poſſit, at quod ſumptuum ſit in ſacerdotii, ideſt, beneficii aſſecutione, veluti in diplomatibus colligendis, & huiuſmodi, à filio recedit, nec apud ipſum in alimenta remanſurũ eſt, cum iam ſit conſumptum, arg.l.quæ pater.ff.fam.herciſ.neq; illud quaſi Caſtrenſe dici poteſt, neq; onus militiæ hoc impedire debet, quia ſatis eſt, ſi ſuum relictum habeat, quod ex militia redundat.

37 † Atq; ex his ad deciſionem plurium ſimilium quæſtionum perueniri poteſt, veluti, an quod à Patre filio datur intra militiam Equitum Hyeruſalomitanorum recipiendo, ei ſit legitimæ loco adſcribendum, quam ego quæſtionem ex prædictis ſic deciderem, quòd ſumptus eo armis, veſtibus, & equis inſtruendo facti non imputentur, Sed ſi quid ei in alimenta à Patre aſſignatum ſit, imputari de-

38 beat, qđ & in Doctoratus alteriusuè dignitatis expenſis procedere opinor. † In libris vero filio à Patre datis ſtudiorum cauſa prolixè admodum tractat Bar. in d.§.nec caſtrenſe, quid dicendum ſit. Sed & prolixius Ripa in d.l.in quartã, nu.168.verſ.ſed an libri, ex quibus videtur hæc colligi concluſio, quod ſi eiuſcemodi librorum donatio valida ſit, non imputentur in legitimam, ſin contrà,

39 imputandi erunt, † His autem caſibus ualida erit donatio, vt ſi filius ſit emancipatus, Idem, & ſi in poteſtate eſſet Doctor, uel licenciatus, nam tunc quaſi caſtrenſe peculium haberet: Item ſi, cum donatio ei facta eſt, ſcolaris quidem et Tyro adhuc eſſet, Sed ante Patris tamen mortem Doctoratus apicem attigiſſet. arg.l.donationes in concubinam.§.pater.ff.de donatio, & l.ſiue emancipatus C. eo.de donatio. Alex.qui dicit communem.in conſ.142.col.pe.nu.25.verſ.quo

autē ad libros lib.2.Bar.d.§.nec Castrense.col.2.in prin.Castr.cons. 242. col. prim.lib.2. Salycet.l.filiæ.inf.fam.hærcis. Item si clericus sit filius (ei enim donatio facta valida est) in sacris constitutus, aut saltem prima tonsura insignitus secundùm Ias.l.filiæ licet C.de collat. quem tamen Ripa vbi supra non probat. Hi enim prædicti donationem in peculiò quasi Castrensi habent, Vnde meritò eam non imputant d.§.nec castrense. His adde & Donationem Iuramento confirmatam, nam & ea imputationem non admittit, quia statim robur confirmationemq; Iuramento accipiet, his igitur casibus prædictis, quibus donationem valere diximus, libri in legitimam non imputabuntur, in aliis secus.

Contrà verò, vbi donatio à principio non valet, nec ante Parentis mortem confirmationem est acceptura, imputationem legitimæ patietur, quod contingit, si filius in potestate, cui donatum est, neq; esset Doctor, neq; emeritus, id est licentiatus, nec in ordine ecclesiastico, ac nec uiuente Patre studii metam attigerit, nec donatio iuramento roborata sit, Illoq; casu etiã imputare tenebitur, cum filius propter donationem librorum, & expensarum studii causa factarum, Paternæ hæreditati renunciasset, nam, si is postmodum renunciationem uti nullam, & inualidam reuocare vellet, non poterit aufugere, quin tales impensas sibi in legitimã deputet, Bal.l.pactum quod dotali quest. 10. cum seq.nu.8.C.de collat. qui Bal. in d.quest. 10. dicit, renuntiationē à filio factam successioni futuræ propter expensas studii non valere, nisi Iuramento Corroborata sit, ac statim quærit, Vtrùm eo casu, quo renuntiatio non valet, computet sibi expensas studii in legitimam; & prima facie ait, non videri imputandas, quia sunt iam consumptæ ante mortem Patris, sed contrarium tamen credit verius esse, quia hoc videtur tacitè actum, l.cum quo §.fi.ad l.falcid. sequitur Ripa in d.l.in quartam nu. 173.

Et hæc quidem præscripta procedũt, ubi Pater expressit se libros filio donare, quòd si nihil dixerit, quo titulo eos filio daret, uidetur potius in peculium concessisse, quàm donationis causa dedisse, proptereaq; in legitimæ rationem deducentur, nisi tamen Pater eos filii nomine cõparauerit, tunc enim, cum donati censeatur, imputationem legitimæ effugient iuxta supradictam distinctionem. Sic colligitur ex Bar.in d.§.nec Castrense, & in d.l.in quartam, Certiorq; erit hæc decisio, si non magni præcii sint libri filio à Patre traditi pro patrimonii quantitate, & liberorum numero, tunc enim in dubio presumentur donati, & supradicta in donatis locum haberent. Oldrad, Bal. Salyc. in d.l.filiæ.inf.fam. hæcis, Ang.l.filiæ.C.de collat.Rip.d.l.in quartam.nu. 175. Castr.cons. 242.lib. 2. Quod si pater in Codice suarum rationum inter filio data libros retulisset, non

d onasse,

donasse, sed commodasse eos videretur. Paul. Castr. d. cons. 242. Incip. videtur dicendum col. 2. circa med. lib. 2. Ripa vbi supra, qui & allegat prædictum consilium Castrensis 63. corruptè secundùm recentiores typos Bal. & Salyc. in d. l. filiæ. C. fam. hercis.

Verùm quia occasione donationis à Patre factæ latius uogati sumus, loquendo de libris, cæterisq; eiuscemodi filio datis à Patre, tempus appetit, ut receptui canamus, & ad cæptam doctrinam perficiendam reuertamur, Tradita enim fuerat regula, In legitimam non imputari ea, quæ filius ex dispositione Patris inter viuos capit, quæ multipliciter declarata; fuit.

40 Quibus † adde, quòd, si pater, cum quid filio dat, exprimat, se id ei dare in portionem suam, satis uidetur intelligendum de portione legitimæ, propterea dubio procul in ipsa legitima erit ponendum, Bal. l. scimus in prin. post antiquiores. inf. eo. Corn. cons. 64. lib. 2. Ripa ubi supra. nu. 147. æquipollent enim hæc pro parte, seu portione sua, & pro sua legitima.

41 Item ex supradictis constat, quòd si pater donationem Iuramento munierit, quia tunc valida est donatio, non censebitur in legitima, sed propria erit, Bal. l. 3. C. pro donato, & in l. 2. vers. & idem credo quando Pater &c. ff. de Iureiuran. quæ opinio est communis, ut in specie de imputatione in quartam tradit Alex. cons. 8. visis & ponderatis. col. prim. vers. tamen ueritatem puto esse contrariam nu. 2. lib. 2. Dec. cons. 239. col. prim. & cons. 688. nu. 11. qui plurimos alios citat, ad quos remitto. Rip. d. l. in quartam nu. 151. in l. si unquam quest. 15.

42 Mouet † etiam quæstionem nō longè a proposito nostro Rip. in d. l. in quartam. nu. 153. An filia teneatur sibi in legitimam adscribere dotem, cum pater ei in testamento legitimam relinquit, hoc adiecto, ut dotem sibi in legitimam reputet, & decidit, imputandam esse, quia id tantùm uidetur Pater expressisse, quod tacitè inerat, nulla etenim facta expressione non dubium est, ex supradictis dotem in legitimam imputari, quid igitur obesse debet, si hoc expressum fuerit, arg. l. 3. de leg. 2. neq; hoc adiectum reiiciendum est, quemadmodum reiici onera solent de legitima, hoc enim est onus intrinsecum, quia dos solet imputari, nec intrinsecum onus reiici solet, quinimò hoc oneris non à testatore, sed à lege potius doti impositum dici potest, quæ opinio communis est, vt Ripa ibi attestatur allegando Bal. & Salyc. in d. l. quoniam in prioribus, & Alex. in d. l. si cum dotem. §. si pater. col. fi. ff. solut. matr. Rodric. in. l. quoniā in priorib. limit. 12. quamuis Paul. Castr. in d. § si pater, aliud dixerit, hac præsertim motus ratione, quia imputatio dotis in legitimam ad hoc fit, ut filia excludatur à querela, uel à iure petendi supplementum,

plementum, ficq;, vt teſtamentum ne reſcindatur, ſed ſartum tectum ut ſeruetur, Verùm ſi integra legitima ſit relicta, teſtamenti infringendi nullum ſuberit periculum, nec vlla repletionis faciendæ neceſſitas, etiam dotis in legitimam nulla facta imputatione: quapropter ceſſante imputationis cauſa, & imputatio ipſa ceſſabit, quòd ſi non integram legitimam Pater filie reliquerit, aliud putat dicendum Caſtrenſis. Verùm haud facilè ego conſenſerim, quòd imputatio quælibet ſuſtinendi cauſa teſtamenti duntaxat fiat, cùm eorum, quæ extra teſtamentum capiuntur inter uiuos, imputatio non fiat, quæ tamen facienda eſſet ſuſtinendi teſtamenti gratia, ſi ad hoc inuenta eſſent, & tamen ſuprà dictum eſt, ea non imputari, quæ inter viuos capiuntur, quamuis etiam Corn. in conſ. 200. in ſubſcriptione. col. pe. lib. 3. idem dicat, Et quàmuis tex. in d. l. quoniam nouella, dicat imputari ad excludendum querelam, Ea tamen uerba potius ad ampliandum, quàm ad reſtringendum, hoc eſt. quod non ſolum dos, & donatio propter nuptias confertur, ſed etiam in quartam imputatur, ad excludendam querelam, qui effectus eſt maior collatione, inducta ergo ad augumentum non debent contrariũ effectum operari: non ergo ſequitur, quod imputari non debeant, vbi de excluſione querelæ non agitur, ut in propoſito caſu. Preterea imputatio fortaſſis, quæ à lege fit, ceſſare poteſt, cum nulla teſtamenti ſuſtinendi neceſſitas imputationem ſuadet, quo caſu contrarium procedit, uerùm imputatio, quæ à teſtatore decernitur, numquam euitatur, etiam ſi alioqui teſtamentum fuiſſet remota imputatione valiturum: nec dubium eſt, Patrem poſſe hanc legem in ſua diſpoſitione dicere, vt, quod alio titulo dederit, imputandum ſit, præſertim ubi tale quid eſt, qđ ſuapte natura imputari ſoleat, cuiuſmodi eſt Dos, & Donatio propter nuptias, quod ſuprà tradidimus.

43 *Ex his conſequenter dicit Ripa vbi ſuprà nu. 154. & ſeq. Dotem etiam imputandam, quando Pater relinquit legitimam ſimpliciter. Alex. & Caſtr. d. l. ſi ſi cum dotem. §. ſi pater, † Idemq; videtur, ſi relinquat integram legitimam, quamuis Ripa vbi ſuprà videatur hoc caſu prima facie ſenſiſſe aliud, quamuis. n. verbum (integram) videatur excludere imputationem ita, quod præter dotem ſuam, legitimam integram habeat, ſatis utiq; dicetur integra, ſi dote imputata totam legitimam expleat;*

In quo tamen pronior ego ſum in contrariam partem, nam conſiderandum eſt, quod dos non fuit relicta in teſtamento, ſed iam prius data fuerat inter viuos, legitimam verò dicit ſe relinquere in teſtamento, & quidem integram, ergo totam ipſam legitimam eſſe perceptam oportet ex ipſo teſtamento, & conſequenter non

per

per imputationem dotis, quæ extra testamentum capta est, ut etiam aliquid reli-
44 lictum huiuscemodi operetur; nec quicquam oberit, † & si dicas quod supplementum videatur ex eodem testamento relictum, in quo pars illa, quæ legitimæ non satisfacit, relicta est, ex eodemq; testamento peti posse dicitur, vnde & dos iam inter uiuos constituta, cum legitimam in testamẽto relictam suplet, ea quoq; in testamento eodem relicta uideatur, ita ut possit dici integra legitima in testamento relicta deducendo in computationem dotem, quæ ad repletionis effectum uidetur quasi ex testamento capi, Bal. in l. hac edictali col. 3. C. de secun. nup. quod procedit, etiam si testator, qui minus legitima reliquit, prohibuerit expresse supplementum Bal. l. omnimodo, col. 2. nu. 5. vers. quero Pater instituit, inf. eo. Nam respondeo, verum esse, quod supplementum uidetur ex testamento factum, quando à lege fit, lex enim ipsi testamento supplet, ut in d. l. omnimodò, hoc nostro titulo. Sed contrà est in eo, quod à testatore est datum iam inter viuos, quia lex non inducit hanc fictionem, ubi certitudo apparet, quorsum enim lex fingat id, cuius contrarium apparet, quamuis. n. lex fingat super certo l. vn. C. de rei vx. non tamen fingere solet, quod vno modo gestum est, alio modo gestum esse, vbi nulla præsertim causa fingendi extat. Si ergo apparet, relictum esse factum inter uiuos, cur ipsa lex fingat relictum testamento, neq; enim lex sine causa fingit, & ita Doc. dicentes supplementum legitimæ uideri ex testamento proficisci, debent intelligi, nisi id, quod suppletur, veniat ex datis inter viuos, Bal. in l. hac edictali col. 3. C. de secun. nup. Dec. l. fi. C. de edic. Di. Adria. tollen. nu. 24. Cagnol. in l. Papinianus. §. quarta nu. 2.

Addit Ripa, se idem responsurum, si Pater relinqueret dotem & legitimam, citat Corneum cons. 200. Incip. Consuluerunt, lib. 3. videlicet in subscriptione illius consilii. col. pe. circa med.

45 † Hinc etiam eodem dotis exemplo traditum est, in legitimam ponenda esse ea, quæ Pater filiæ sanctum monasterium ingressuræ, monialiumq; sanctarum vitam eligenti donat, seu (ut aiunt), quæ super altare ponit. Bar. d. l. prima. §. si parens. ff. si quis à parente manum. fue. & in l. titio centum. §. titio genero col. fi. in fi. nu. 8. vers. quero quid si pater. ff. de condi. & demonstra. Bal. in l. quoniam nouella. in fi. inf. eo. supponendo factum tale, quod nulla simonia resultet, vt euitentur, quæ obiicit Ripa in d. l, in quartam. nu. 155.

46 Additq; † idem Ripa vbi suprà, eisdem exemplis, in legitimam imputari filiæ sortem eam, seu capitale (vt uocant) pecuniarũ, quas Pater negociationũ illarum præfectis (quos Florentiæ montes vocant) commodat, seu mutuat

47 ad vsum dotis sint destinata, quod omni prorsus dubio caret, † maior quidem dubitatio est in reditu, qui de eiuscemodi pecuniis percipitur vsq; dum nuptiarũ tempus venit, & hoc quoq; in facto responsum est per Corneum, cons. primo. in 6.dub.nu.19.vers.deueniendo ad sextum dubium, lib.4. Eiuscemodi reditus nõ minus, quàm sortem in legitimam imputari, quòd occasione pecuniæ paternæ proueniant, arg.d.l.si quando.§.imputari. in verbo occasione militiæ, & quia, cum sortis iacturam Pater filia mortua ante matrimonium facturus sit, secundùm naturam est, ut pariter ea nubente lucrum inde resultans Patri acquiratur, & pluribus aliis rationibus, quas ibi prosequitur vsq; ad nu.53.& seq.& sequitur
48 Ripa in d.l.in quartam nu.156. † Hinc etiam infertur ad lucrum sine aliqua filii industria quæsitum, cum profectitium sit, imputandum esse ex glo. in l.cum oportet C.de bon.quæ lib.uer. ex eius substantia, vers. sed quid si pecuniam filio dedit, ut, cum penès argentarium in reditum menstruum reposita est, lucrum verò industria filii factum pro dimidia diuidendum, ita vt dimidia imputetur, altera non, & idem Bar.in d.l.illud verò.nu.2.inf.de colla. Verius tamen crediderim, non posse certam doctrinam tradi, an dimidia, an tertia, an alia portio potius imputanda sit, sed Iudicis hoc arbitrio relinquetur, qui filii industriam, quanta remuneratione digna sit, quantiq; operis æstimabit, Bal.d.l.si quando.§. imputari. col.ult.nu.6.vers.iuxta prædicta queritur, & communem dicit Socin.cons.92. Incip.circa primum, col.antepe.lib.primo. sequitur Ripa ubi supra nu.158. Sed tu tamen ne propterea temere Bartholum opineris loquutum, cum non de iure, sed de consuetudine hanc questionem Bar. dirimat utroq; in loco supra citato, & in d.l.cum oportet, post glo.ibi, Sed idem tamen Bart.in l. prima, supra pro. Soc. credit, quod etiam de iure hoc procedat, nedum ex consuetudine, sequutus opinionem Iacobi de Arena, sequitur Dec. in d.l.illud C.de colla.col.fi.nu.10.vers. ultimo no. ubi alios plurimos in hoc citat, qui tamen rectius hoc limitat procedere in dubio, secus (inquit) vbi certum esset, quòd lucrum pro maiori parte industriæ, atq; operæ filii esset acceptum ferendum, uel è conuerso, nam tunc Iudicis arbitrium uigebit, vt ex citatis per eum, Itaq; uides tandem in eandem, de qua proximè supra, opinionem concurrere. Item hæc ait Decius procedere, quando filius nomine proprio negociatur, secus (inquit) si patris nomine gerat negocia, tunc enim nihil filio, sed totum Patri adscribetur, & meritò totum imputabitur, sequitur Ripa d.l.in quartam nu.159. & Crau.cons.125.col.fi. in fi. qui in hoc citat etiam Angel. cons. 85. col.2.circa med. & Calcan.in cons. [illegible] col.7.& seq.& idem Crau.cons.165.col.2.nu.4.vers. Aduertatur tamen,

que

quo nomine iste filius; quibus in locis videtur Craueta praeterea in hoc inclinare, quod arbitrio Iudicis committetur, quanti pracii aestimanda sit opera, ac consequenter, quae nam portio sit legitimae imputanda.

49 † Quinimo receptum est, quod, si filius clam furtiueq; Patris cum pecunia surrepta fuerit negotiatus, deq; ea lucrum retulerit, erit nihilominus in legitimā ea duntaxat portio imputanda, quae pecuniae ipsius lucro & fructui, non etiā, quae industriae adscribi potest. Soc. d. consi. 92. col. antepe. lib. 1. Dec. d. l. illud. col. fi. nu. 10. Ripa. d. l. in quartam. nu. 158.

50 Traditum est etiam, † id duntaxat lucrum à filio in legitimam esse imputandum, ex pecunia paterna proueniens, quòd licitè, ac legitimè quaesitum fuit, non autem, si quid illegitimo, illicitoq; modo, puta, foenus exercendo, ludo illicito ludendo, aliterne acquisierit, Id enim totum, quod illicitè sibi quaesiuit, oneri suo, & incommodo adscribitur, conscientiamq; ipsius solam premit, vnde nec aliis per imputationem prodesse debet, Bart. l. quod seruus. ff. de acqui. possess. & ibi Aret. & Alex. & idem Bart. in. l. cum oportet. num. 3. uersi. quaero si pater. C. de bon. quae lib. & Alex. consi. 77. circa primum colum. fin. lib. 5. qui idem dicit de lucro facto in ludo legibus uetito, prout etiā de ludo dixerat Aret. in. d. l. quod

51 seruus, & postea tradidit Ripa. d. l. in quartam. † Non ommitto tamen, quod Bart. in. d. l. cum oportet, supra de lucro illicito tradita limitat, non procedere, vbi filius iussu Patris foeneratus esset, cum enim tunc uterq; ad restitutionem teneatur, quicquid lucri inde prouenit, Patris commodo prouenit, meritòq; imputandum in legitimam, deducto tamen eo, quod filio pro operis debetur, proptera non ociosè Bar. in. d. l. quod seruus, fingit casum, quod filius inuito Patre foeneratus esset, sed & eo tamen casu Bal. in. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, eo inquā casu, quò inuito patre foeneratur, vult lucrum Patri acquiri, cum pecuniae dominium penes ipsum patrem esse sit necesse, & consequenter, cum profectitium sit, debet Patris commodo in legitimam imputari, quia (inquit) cum dominium pecuniae abdicatum. separatumq; sit à persona eius, qui vsuras sponte soluit, filio quaeri non potuit, cum omnia quaerantur Patri. l. placet. ff. de acquir. haered. Ergo necesse est secundùm ipsum, Patri esse quaesitum, quia dominia (inquit) non volant per aera, & ex hoc traditum est posse defendi glosam in. l. cum oportet. C. de bon. quae lib. dum dicit, quod soluta filio vsurae nomine, Patri acquiruntur, veluti peculium profectitium Alex. d. l. quod seruus. colum. fin. & Toma. apost. ad Bart. in. d. l. cum oportet. in. d. l. quod seruus.

Addit tamen Alex. in. d. l. quod seruus, quod si filius pecuniam per se lucratam ex

causa fœneratitia, præueniendo restituere uelit, priusquam fratribus communicetur, (& idem dicam antequam imputationis faciendæ ratio habeatur) his à quibus usuras extorsit, non poterit tunc cogi ad conferendum cum fratribus, & consequenter dicam, eo casu non cogendum eum imputare, si uerò de restituendis usuris nihil agat, non credit Alexander posse Bart. opinionem defendi, quia tamquam profectitiam teneatur conferre, & imputare in legitimam.

At non omittendum est, ea non imputari, quæ filius ex pecunia paterna defuncto ipso patre lucratur, cum ea dici iam non possint profectitia, sed ea duntaxat, quæ Patre viuente lucratus est, nisi esset societas inter fratres, Bald. d. l. si quando. §. imputari colum. fin. uersi. iuxta prædicta quæritur. num. 6. citatq; text. in. l. titiis, & Meuium. §. alteri. ff. de admin. tuto. Sequitur Ripa. in. d. l. in quartam num. 162.

52 † *Emancipatus autem filius, quicquid lucri fecerit ex pecunia sibi à patre data negociando, proprium sibi habet, nec conferre, aut in legitimam imputare tenetur, ac cum donatio ei facta statim ualida sit, nihil lucri pecuniæ ueluti paternæ accepto ferendum est, sed totum filio remanet proprium, & præcipuum, Bal. d. §. imputari col. fi. nu. 6. quia filius emancipatus peculium profectitium nō habet. l. fi. C. de coll. sequitur Ripa ubi supra.*

53 *Hic etiam non ab re quæri potest, † an, quod filii redimendi gratia Pater soluerit, ei sit in legitimam imputandum (eo scilicet casu loquimur, quo filius nullū peculium habeat) & Bart. quidem in. l. stichus. ff. de pecul lega. col. 2. in princ. dicit tunc duntaxat imputandum, cum pater ex necessitate soluit, puta, quia pro filio fideiusserat, tunc enim, cum uel inuitus soluere cogatur, donasse non uidetur, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, quare in legitimæ compensationem ueniet. l. rem legatam. ff. de adimen. legat. l. cum quo. §. fin. ff. ad. l. falcid. quod obtinebit etiam, cum lege aliqua, uel municipali, aut à Principe lata coactus ad soluendum fuisset, at si pater vltrò nulla prorsus adductus iuris uel facti necessitate soluisset, videretur vtiq; Patria pietate soluisse, meritò imputandū non erit arg. l. 1. C. de neg. gest. l. is qui. ff. de neg. gest. & not. in. l. si filius. C. eod. tit. de neg. gest. quapropter, si filius nullo suo delicto captus, sed in hostium potestate captiuus detentus sit, non dubium pietatis paternæ offitium esse, eum redimere, & ideo tanquam gratis donatum non esse imputandum. l. liber captus. C. de capt. & postlim. reuer. Bart. ubi supra Bald. d. §. imputari. num. 5. Fabia. hic in sua repet. q. 8. num. 19. Ripa ubi supra. num. 186. indistinctè tenent imputanda, quia cum soluit uoluntariè, uidetur ob causam soluere & ideo imputanda,*

tanda; tu autem inspice, an distinguendum sit, vtrum Pater alios filios habeat, nam si vnus hic ei sit filius, Credam semper pietatis ergò ei dedisse, ut eum
54 redimeret, † Et quàmuis, si quis vel sponte exequitur, ad quod cogi poterat, necessitati potius, quàm voluntati tribuatur Bar. in l. triticum de verb. oblig. in l. 2. ff. de condi. et demonstr. in l. cum seruus. ff. de verbo. obliga. in l. fi. per illum tex. C. de alim. pup. prestan. glo. prima in l. sed si vir. ff. de donatio. inter uir. & vxo. Bal. cons. 35. col. 2. lib. 2. vbi tamen tanta præsumptio, quanta est paterna affectio, aliud suadet, potius voluntati, quàm necessitati tribuendum putarem; quin etiam, si necessitas in eo solo versetur, quia iam fideiussisset, non hanc prorsus necessitatem ducerem, sed ab origine, præcedente fideiussionem eam dimetirer, nam si sponte fideiussisset, non coactus, solutionem pariter spontaneam iudicarem, quæ in exequutione huius fideiussionis fieret, secus si ipsa quoq; fideiussio ex necessitate interposita fuisset, veluti, cum filius munus publicum decurionatus aliudue simile suscepit l. & qui originem. §. si filius. ff. de mun. et hon. vbi verò alii quoq; liberi extarent, non facilè mihi persuaderi sinam, voluisse pietate erga hunc vti, vt in alios impius iudicari possit, proptereaq; siue ad redimendum à pena delicti, siue è captiuitate hostium etiam nulla lege vel fideiussione precedente compulsus dederit, ei tamen donasse voluisse non crederem, proptereaq; imputandum esset, quod certius esset, si id, quod erogauit in huiusmodi causam, portionem vni ex filiis debitam vel æquaret vel excederet: arg. l. si filiæ de lega. 2. cum sim. faciũt, quæ dicit Bal. in l. filiæ cuius, col. 5. nu. 16. inf. fam. hæcis.

55 † Queri etiam potest non incongruè hoc loco, Quid si pater in rebus filii aduentitiis aliquos sumptus fecerit, quibus illas preciosiores maiorisq; fructus redditæ sint, an eas teneatur sibi filius in legitimæ rationem deducere, & hoc quidẽ negocio perpulchre distinguit Bar. in trac. de duob. fratri. col. fi. in prin. nu. 22. tradens hanc doctrinam, quod impensas necessarias imputare non teneatur, quia Pater eas facere tenebatur l. prima. C. de bon. mater. l. cum non solum. §. vbi autem C. de bon. quæ liber, Idemq; dicit locum habere in sumptibus utilibus tantùm, quæ tamen maiores non sint fructuum annuorum quantitate, vt, si vineam, vel pomaria plantarit, vel quid simile fecerit, aut domum, vel stabulum ædificarit, Eas enim pater, nisi contrarium dixerit, donasse presumitur, Ideoq; in diuisione, eorum ratio nõ habebitur d. l. cum non solum. §. sin autẽ res, Idemq; erit, si onera illi rei imminentia vectigaliaue soluerit Pater, vt dicit Bal. qui Bartholi doctrinam sequitur in d. l. filiæ cuius, nu. 15. inf. fam. hæcis. Idemq; in

sumptibus voluntariis obseruabitur, magnas verò impensas, cum eas pater donasse non præsumatur, sed animo repetendi eas fecisse, in diuisionem sibi imputabit, Et expensas fructuum quantitatem excedentes, Sic Bar. vbi supra & Bal. in d. l. filiæ cuius, atq; etiam idem Bal. in trac. de duobus fratribus (si modò ille tractatus verè Baldi est) col. fi. vers. quarto quero. Prædicti tamen doctores (vt vera fatear) nihil de imputatione in legitimam facienda loquuntur, sed de diuisione hæred. inter ipsos fratres, quæ res videtur diuersã rõnem habere, vt, cum æqualem portionem sunt inter se sortituri, æquum est, vt vnusquisq; quod præter cæteros plus præcipit, cum aliis communicare debeat, Verùm, vbi filius legitimam tantùm percepturus est, maiori fauore dignus censetur, vt aliqua propria habeat, quæ in legitimam ei non imputentur, Sed tamen cum tota huius quæstionis ratio in eo consistat, an Pater has expensas, ad quas faciendas non tenebatur, donasse videatur, vt eæ quidem, quas donasse presumitur, imputationi non sint obnoxiæ, at illæ, quas non donandi animo. sed repetendi fecisse presumitur, sint imputandæ: hæ quidem rationes æque in legitimæ imputatione militant, atq; in diuisione æquali inter fratres facienda, Et quamuis donatio inter Patrem, & filium non consistat, quia tamen postmodùm morte confirmatur, in rationem legitimæ deducetur,

PERCEPTA ex testamento imputari in legitimam omnia.

E*X SVBSTANTIA. deficientis) Collegimus suprà ex his verbis obliquo sensu notabile, Nunc aliud sensu directo, (quod fortè prius faciendum erat) colligamus, Id verò est; Quæcumq; ex testamento capiuntur Patris, omnia in legitimam imputari, siue titulo institutionis, siue legati, siue in uim modi relictum sit, alioue titulo l. omnimodo & l. scimus inf. eo. Nata. cons. 200. col. 4. in prin.*

Quod quidem intelligendum est Inprimis, dummodo aliquid iure institutionis relictum sit, ne, si institutionis titulo nihil percepisset, testamentum irritum, nullumq; fieret, resq; ad intestati causam reduceretur, sicq́, imputationis nulla ratio haberetur; Si tamen aliquo modo relicta in testamento sustineri possent, quamuis alioqui nullo, vt si clausula codicillaris in testamento adiecta esset, quæ operabitur, vt relicta in testamento videantur à legitimis hæredibus, & succedentibus

dentibus ab inteſtato repetita l. generaliter.ff.de fideicom.lib.no.in l.prima .ff. de iu.codici.l. eam quam C.de fideicom. Authen.ex cauſa C.de liber. preter. Tunc filius, quod ſibi in teſtamento relictum fuerit, in legitimæ rationem imputabit, etiam quòd inſtitutus non fuiſſet, Ripa d.l.in quartã nu.141.& 142. qui allegat Corneum in conſ.62.Incip.alias conſului lib.2.Sed de hoc nos aliàs acturi ſumus.

Legitima an augeatur aucto Patris Patrimonio.

1 Bona patris ſi aucta ſint ante hæreditatem aditam poſt eius mortem, an augeatur legitima.

2 Ratio, quare augumentum legitimæ filio non proſit,

3 Legitimæ in ratione ineunda ſpectatur etiam tempus mortis ciuilis,

4 Mortis tempus ſpectatur, etiam, quod legitima aſſignata ſit in vita, & pulchrè diſtincti aliqui caſus.

5 Pater an teneatur petenti filio viuens legitimam aſſignare,

6 Pater poteſt uiuens filio ſuam legitimam aſſignare, & nu.14.

7 Legitima per Patrem uiuentem filio aſſignata in eius peculio profectitio eſt.

8 Legitima quatenus dicatur filio debita in vita Patris.

9 Pater poteſt legitimam filio aſſignatam reuocare.

10 Pater non tenetur filii condemnati mulctam ſoluere, neq; vſq; ad legitimam,

11 Legitima filio à Patre viuente aſſignata non confiſcatur ob delictum filii.

12 Legitimæ in rationem non venit, quod Pater ob delictum filii fiſco dedit.

13 ſtatutum an valeat, quod pater teneatur ſoluere filii condemnationem pro legitima,

14 Pater poteſt filio inuito, dum viuit, legitimam aſſignare,

15 Pater poteſt inæqualitate vti inter filios, atq; etiam inter filios & extraneos;

16 Filius, cui maior portio aſſignata eſt, ſi tamen æqualiter partitus ſit inter filios poterit repetere, quod dedit,

17 Pater ingrediendo monaſterium an teneatur filio legitimam aſſignare, nõ expectata morte naturali,

18 Monaſterium dato, quod non teneretur aſſignare legitimam filio Monacho, dum Monachus viuit, teneretur tamen ei dare alimenta,

19 *Legitimam filius ingressi monasterium petit condictione ex lege.*
20 *In Conclusione prædicta nihil interest, an monasterium sit capax, an incapax successionis,*

EX SVBSTANTIA DEFICIENTIS &c.) Cum igitur ex deficientis substantia debeatur legitima, consequens est quoq;, bonorum paternorum æstimationem in legitimæ deductione mortis tempore faciendam esse, vt Ias. hæc verba in hoc perpendit, quod etiam tradit tex. in l. cum quæritur, sup. eo. in l. etiam. §. fin. in l. si patronum. §. fin. ff. de bon. liber. & in l. si. si quid in frau. patr. quæ iura sanè in legitima Patroni clarissima sunt, sic enim se habent verba dictæ legis, etiam, videlicet, Debitam *autem partem eorum, quæ, cum moritur, libertus habuit, Patrono damus, mortis enim tempus spectatur, sed & si dolo malo fecit, quo minus haberet, hoc quoq; voluit Prætor pro eo haberi, ac si in bonis eius esset, At tex. in d. l. si patronum, ait (quod, licet seruus post mortem patroni, in cuius bonis patrono, debeatur legitima, ab hostibus reuersus augeat liberti patrimonium, non potest propterea patronus conquæri, quòd minus habeat, quàm haberet, si ex debita portione esset institutus, Idemq; est in alluuione, cum satisfactum sit ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt; Idemq; esse ait, si pars legati liberto relicti, ab eo, cui simul datum erat, vel hæreditatis nunc illis abstinentibus accrescat.*

1 *Ex quibus videtur inferri, quòd si bona patris, eo defuncto ante hæreditatem aditam aucta sint, vel eorum valor, non propterea erit aucta filii legitima, ut in exemplis positis in d. l. si patronum, arguendo à legitima Patroni, ad legitimam filii, quemadmodum in hac ipsa specie decidunt ex illis iuribus Paul. Castren. in l. in ratione 2. in prin. ff. ad l. falcid. Salyc. in l. scimus. §. repletionem, inf. eo. quam decisionem etiam Iason hic tali ratione adiuuat, quia (inquit) nisi hoc diceremus, numquam filii legitima certa aut limitata esset, sed semper in suspenso & ambiguo penderet, cum semper possent facultates paternæ augeri, Vnde, vt certior fiat filius, melius est, tempus mortis ita spectari, ut neq; ex augmento sperare, neq; ex decremento metuere, quidquã filius debeat, ac, quemadmodũ temporis mortem antecedentis nulla ratio habetur, sic neq; subsequentis ratio haberi debet; Idq; verum traditur esse, etiam quod tale augumentum originem habuerit ex causa antiqua, sic enim iura prædicta; eorumq; Interpretes loquuntur, ad quod etiam Afflic. decis. 382. Roman. singul. 127. volo tibi. Curt. cons. ult. col. pe. Ripa d. l. in quartam. nu. 46. & idem Ripa. c. cum M. Ferrariensis. nu.*

38 in fi.verſ.ſecundo intellige.de conſtit.Cagnol.l.Papinianus.§.quarta nu. 8.vbi multos allegat.ff.eo.Nata conſ,156.nu.6.lib.pri.hicq; optime quadrat, quod dicit Bal.in l.fi.nu.13.inf.de vſu.rei iudi.&,quamquam huic concluſioni repugnare videatur tex.in l.ſerui qui.ff.ad l.falcid.Communis tamen Doctorum ſolutio eſſe videtur, eam legem in falcidia loqui, nos autem in legitima, inter quas non conuenit,cum altera teſtatoris voluntati innitatur,altera aduerſetur ac repugnet, vel potius dicendum,eam concordare legem,quandoquidem
2 nec ea lex falcidiam,Sed legata augeri aſſerat. † At ratio rationis, quare augumentum legitimæ non proſit, redditur per Salycetum, ne ita contingat, teſtamentum paternum per querelam, vel teſtamentum liberti per bonorũ poſſeſſionem contra tabulas rumpi, Ex quo infert idem Salycet. quòd, cum hodie nouiſſimò iure teſtamentum non ſubuertatur, niſi filio preterito,ſed ſuſtineatur, modò aliqua in re inſtitutus ſit filius,ſed ſolùm ſuppleri legitimam petere poſſit. l. omnimodo.inf.eo.propterea ceſſante ratione ſupradicta debeat pariter legis diſpoſitio vacare,atq; ita legittimæ acceſſio ex hæreditatis incremento fieri debeat,cum nullus ammodo timor ſubſit, vt per hoc ſubuertatur, rumpaturuè teſtamentum,legis enim ratione correcta legem quoq; ipſam corrigi conſtat,no. in Authen. ingreſſi,ſup. de ſacroſ. eccle. cum ſimil.quam tamen conſequentiam idem Salyc.non admittit,quia legitima etiam nouiſſimo iure non augetur,eo, qđ cõtra voluntatem teſtatoris detrahi eam certum eſt, quod in legatis contra eſt,ut ſuprà diximus,quæ verior ratio eſt,quàm ſupradicta,Ampliaq; tã in decremento quàm in augumento,vt infrà dicetur.

Amplia concluſionem hanc,quæ habet tempus mortis ſpectari in ſubducẽda ratio-
3 ne legitimæ, † Amplia inquam non ſolùm mortis naturalis,ſed etiam ciuilis tempus inſpici,Egid.Boſſ.in pract.crim.Tit.de bonorũ publicat.nu.6.Rolan. à Valle in conſ.97.col.fi.nu.41.& 42.

Hinc queri ſolet, quid ſi filio legitima certo in fundo, vel domo (puta) aliaue re aſſignata ſit,qui fundus,vel domus, vel res poſt mortem patris ante aditam hæreditatem perierit,alluuione puta,vel caſmate, alioue modo,an id damni ſentiet filius? Et reſpondet Paul.Caſtr.in l.in ratione 2.in prin.ff.ad l.falcid.periculo damnoq; filii eum caſum contingere quia (inquit ipſe) periculum ſpectat ad dominum l.pignus.C.de pignorat. act. qua ex ratione idem Caſtr. generaliter opinatur (quod mirum eſt) ſemper periculum,& decrementum patrimonii legitimam quoq; imminuere,quia (inquit) legitima debetur in ſingulis rebus, Vnde conſequens eſt,rem periculo eius perire,cuius eſt,quod tamen falſum eſſe conſtat

constat, cum filius legitimæ dominium non habeat, priusquàm ei sit tradita, quod etiam suprà alio loco traditum est ex Craueta conf.202. nu. 25. Erit ergo verum, rem assignatam imminui periculo filii, non tamen, quod generaliter Castrensis tradit, vnde vides ampliari, vt sibi locum supradicta vendicent, & cum fortuna aduersa diminutio causatur, vel secunda accessio.

4 *Ad hæc quæritur, † quid si pater viuens filio legitimam aßignarit, post quam aßignationem patrimonium Patris auctum sit, an poterit filius legitimam quoq; sibi augeri facere, si enim tempus mortis spectandum est, non iniuria conqueri videtur filius, si legitimam suam dimensis facultatibus paternis tēpore mortis consequi velit, qua in questione Baldus in l, quamuis. inf. de fideicom. col. pe. nu. 8. vers. pone ergo, dicit, nō posse eum plus petere, si renunciauit, quia, nec si esset diminutum patrimonium, teneretur restituere, quod suprà legitimam reperiretur habere facta dimensione Patrimonii secundùm id tempus; Sed Castrensis in d. l. in ratione, ita demum assentitur decisioni Baldi supradictæ, si filius Iureiurando pactum de plus non petendo vallasset, Contrà vero, si nulla Iusiurandi religio intercesßisset, nam & ex augumento commodum, & ex decremento patrimonii, damnum sentire eum oportere credit, hac nempe ratione, quia in tempus mortis collata aßignatio videtur, atq; ad id temporis facultates dimensio patrimonii, legitimæq; relata arg. l. si vero §. si seruo vers. ceterum. ff. de bon. liber. ibi, quia potest dicere sperasse &c. quod tamen neq; ipse Baldus ubi suprà citatus abnuit, vt etiam obseruauit Alex. ibi. in d. l. in ratione. Et hæc magis recepta uidetur opinio, nempe vt non tempus spectandum sit, quo facta aßignatio legitimæ fuit, sed accesßio, aut decesßio postea contingens, vt dicit Ias. hic nu. 10. qui ad hoc citat tex. in l. si quando. §. primo, suprà eo. et in c. cum M. Ferrarien. alii contrariam opinionem tutiorem, crebrioriq; calculo receptam aiunt, ut scilicet tempus renunciationis inspiciatur. Alex. conf. 180. visis lib. 5. & ibi apostillan. Ripa. lib. prim. de legib. in 6. responso. nu. 3. Cur. Sen. conf. vlt. Idem Ripa d. cap. cum M. Ferrarien. nu. 38. de cōstit. Alciat. l. bonorū appellatione. ff. de verb. signif. Crau. conf. 114. nu. 16. & in conf. 11. col. pe. in fi. tempus enim hoc subrogatur loco temporis mortis Bal. & Doct. in d. l. pact. C. de colla. et in l. si succesßione C. de reuocan. his quæ in frau. cred. & in l. fi. C. de vsu. rei Iudi. in c. cum M. ubi etiam Barba, & moder. de const. Benedict. Plumbin. in c. Raynutius. de testam. Boer. decis. 62. Nata in rep. c. quamuis. col. 2. de pact. Emanuel Soarez in Thesauro recept. senten. vers. legitima nu. 74. & quod contrarium dixit Dydac. Coaru. d. c. Raynutius. §. prim. nu. 8. Bal. nouel. de dote in 6. parte. 15. speciali. Intelligitur,*

cum nulla iurisiurandi religio adhibita est, Viui. lib. 1. opin. 200. & pro clariori doctrina pone hos casus; ne quis scrupulus tibi reliquus sit.

Primus, cum filius accepta portione legitimam æquante nullam tamen renunciationem facit, hoc enim casu non censebitur ab excrescentis hæreditatis portione exclusus, sic enim se habentibus rebus contentum se innuisse credendum est gl. fin. in. l. quod seruius. ff. quod ui, aut clam. fa. doc. Bart. in. l. qui Romæ. §. duo fratres in. 6. quæst. ff. de uerborum obligat. est text. in. l. si quando. §. etiam generaliter. infra eodem.

Alter casus est, quando accepit minus legitima, & tamen renuntiauit legitimæ, et supplemento, tunc petet, quod minus acceperit, & superexcrescentium facultatum particeps fiet. d. l. si quando. §. 1.

Tertius casus est, quando viuens pater filio integram legitimam tradit pro modo opum, quas eo tempore possidet Pater, filiusq; reliquæ hæreditati renunciat, & hoc quoq; casu à participatione excrescentium facultatum minime exclusum filium opinor, ratione, quam supra ex Castrensi in. d. l. in ratione adduximus, Bal. Salyc. Castr. Ias. d. l. si quando. Guliel. de Cun. Bald. & Angel. in. l. de his ff. de transf. Dec. consi. 392 quia scilicet videtur collata in tempus mortis, quapropter ad facultates illius temporis respiciendum est, & quamuis incertus sit futurus euentus. l. de fideicommissis, sup. de transac. l. si pater, inf. eo. l. si ea lege, infra de vsu. atq; ita possint opes minui, sicut augeri, sperandum tamen est potius, eas auctum iri. l. si defunctus. inf. Arb. tut. uel, si decreuerint, decrescet pariter legitima Castr. & Alex. d. l. in ratione 2. Idq; etiam, in dote procedet, Ruin. cons. 56. num. 7. lib. 3. Dec. consi. 276. colum. pen. circa med. & consi. 301. num. 3. Limita primò cum iuramentum interuenit in renunciatione. cap. quamuis de pac. in. 6. in quo omnes concordant Doct. supra citati, ut in. d. l. in ratione. Crauet. d. consi. 11. colum. pen. & seq. non ob text. in. c. cum M. de const. quia ibi agitur de augendo cultu diuino. Ripa ibi nu. 38. Ias. hic. Secundò limita, quando legitima esset constituenda filio propter eius delictum patre viuente ex statuto, Ias. hic, & Bal. in. d. l. 2. C. de his quæ in fraud. cred. & aliis per eum citatis, quibus adde Corn. consi. 1. nu. 19. lib. 4.

Tertio limita in augumento causato post mortem patris, absq; hæredum facto, Ripa. d. c. cum M. num. 38. in fin. uers. secundo intellige per. d. l. si patronus. §. si ex bonis. ff. de bon. liber. nam si non augetur legitima assignata in morte, nec etiam augeri debet assignata in uita.

5 Verùm hic necessariò cadit quæstio, † an Pater teneatur petenti filio, dum uiuit,

6 legitimam suam assignare, & satis constat, nō teneri eum, † quamuis id, si uelit, facere possit, nam, quod non teneatur, potest nobis constitutio hæc nostra argumentum præstare, nam si de legitima cum mentionem habet, tempus mortis memorat, ergo supponit, legitimam à moriente non à uiuente esse necessariò tradendam, sic enim expendit Ias. hic, qui præterea etiam citat text. in. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bono. ibi, præmatura est enim hæc species collationis, cum adhuc viuat is &c. licet enim de adoptiuo loquatur, tamē & in naturali locum habet, pariter enim de vtroq; iura loquuntur, & eum textum in hoc ibi ponderat Bar. idemque Bart. in authen. si qua mulier. colum. fin. num. 22. sup. de sacrosf. ecclesf. & ibi etiam Ias. num. 51. & 52. per illum text. Bald. in. l. quamquam. nume. 2. C. ad. l. falcid. Doct. præsertim Ias. in. l. lex Cornelia. ff. de vulga. Deci. in. l. fina. num. 14. inf. de pact. estq; optimus text. in. l. si quando. §. 1. infr. eod. quē Bal. ibi in hoc perpendit, nam ibi ideo non ualet renuntiatio legitimæ facta patre uiuente, quia ipsi filio eo tempore non debetur, quæ tamen, si deberetur, ualeret, idem tradit Bald. in. l. illud colum. antepen. versi. tertio quæritur num. 7. C. de sacrosf. ecclesf. Hæcq; est frequentissimis sententiis recepta opinio, Viui. lib. 1. opin. 199. Emanuel Suarez. ver. legitima, recep. sen. nume. 67. hocque etiam argumento probat Bald. in. l. 1. inf. de adopt. quia tamquam profectitium remanet Patris.

Neq; hanc conclusionem infringit, quod habetur in Luca, da mihi partem substantiæ, quæ me contingit, nam uolentis, non coacti ea assignatio fuit. Man. hic nu.
7 23. uersi. 1. Duen. reg. 356. in princ. † Ampliaq; hoc adeò uerùm esse, ut, quàmuis Pater vltrò legitimam filio uiuens assignauerit, ea tamen in peculio profectitio censeatur, Bald. in. d. l. 3. infr. de adop. Rip. d. c. cum M. Ferrarien. num. 38. ex. de constit. Quod autem uolens possit eam, dum ipse uiuit, assignare, fa. text. in. l. cum quo. §. fin. ff. ad. l. falcid. & in hoc latè se effundit Duen. in d. reg. 356. nu. 2. de quo infra, & nos fusius dicemus.

8 Amplia secundò, † quod non solùm pater uiuens filio legitimam assignare non tenetur, sed (quod magis est) filius nullum omnino ius in legitima habere dicitur Patre uiuente, Doc. d. l. l. Cornelia Ias. hic, & in d. Auth. si qua mulier. Bar. l. fin. ff. de libe. agnosf. & l. post emancipationem. ff. de liber. lega. Guid. Pap. decis. 486. incip. Vtrùm filius patre viuente; Ex quo videtur sentire, quod possit Pater de rebus suis arbitrio suo disponere uendendo, & donando, neque habeat filius, quid conqueratur, cum in re sua Pater sit moderator, & arbiter. l. dudum. infr. de contrah. empt. l. in re mandata. inf. manda. nam, quod verè non dicatur

tur ius in legitimā uiuente Patre habere, est glo. in l. 3. uer. nullis rationibus. C. de iu. & fac. igno. quamuis enim de legitima non loquatur specificè, sed de vniuersa hæreditate, attamen, cum neget totum, uidetur & partem negare. l. in toto. de reg. iur. quin & hoc affirmat uerum post patris mortem, nam ea in lege Pater in fata concesserat, & uide Bart. Bald. & Ias. in. d. l. 3. C. de iu. & fac. igno. & glo. in. l. si duo. uer. scire potuit. ff. de acqui. hered. dum loquendo de hæreditate Paterna ad filium delata, loco lucri eam deputat, ad quod Bald. Alex. Dec. in. l. iuris ignorantia. infr. qui adm. & Bald. l. 2. in fin. infr. de reuocan. his, quæ in fraud. credi. qui ait, legitimam titulum esse lucratiuum, ac denīq; hæc videtur esse magis recepta sententia, ut saltem patre viuente nullum ius in legitima filius habere dicatur, quicquid aliter senserit Accurs. in Authen. de hæred. & falcid. §. si quis autem non implens, uerbo, auferri. ibi. Item hoc erat debitum, quam glossam damnat etiam ibi Bar. & Ang. præter Doctores suprà per me citatos; qui tamē Accursiū tuetur, dictū eius intelligendū putant, sic esse debitam, vt pater teneatur illam filio relinquere, non autem, quò ad alios effectus, idem Ange. in. d. Authē. de hæred. & falcid. §. 1. num. 16. quinimo Iason hic ex Bal. in. l. non potest. ff. de adopt. negat Patrem cogi oportere filio legitimam assignare, etiam in casibus illis quatuor, quibus cogitur inuitus filium emancipare, qui casus recensentur in. §. fin. inst. quib. mod. ius pat. pote. sol. quinimo idem Bald. ibi credit amplius, quamuis Pater esset bonorum suorum dilapidator, non tamē cogi posset fundum aliamue rem filio in alimenta pro legitimaue assignare, & eam opinionem de rigore iuris procedere ait Iason in. l. nam & postea. §. sed & si quis. num. 4. ff. de iureiur. & in. l. item si quis in fraudem. num. 13. instit. de actio. in qua tamen opinione constans non fuit Idem Bart. cum aliud enunciarit in. d. l. 2. C. si quid in frau. patr. & ibi Paul. de Cast. & idem Paul. Castr. & Iason, & cæteri in d. Authē. si quā mulier, supra de sacros. eccles. & in. l. lex Cornelia. ff. de vulga. Alex. in. l. Imperator, in 5. colum. vbi Claud. seisel. num. 6. ff. ad Trebel. Cagnol. in repet. l. fin. num. 32. supra de pact. Fabian. hic num. 83. et hanc æquiorē dicit Iason in. d. l. nam & postea. §. sed & si quis. de iureiur. Duen. in. d. reg. 356. vers. amplia primo in fin.

9 Hinc † etiam infertur, quod, si pater viuens filio assignarit legitimam, poterit nihilominus adhuc eam reuocare, si ita ei sederit, Bald. l. 3. ad fin. C. pro dona. Ias. in. l. frater. à fratre. colum. antepe. in fin. ff. de condic. indeb. Rip. c. cum M. Ferrarien. colum. 15. in fin. ff. de const. contra quod tamen uide Rodric. Suarez. in. d. l. quoniam in prioribus. in euidential. num. 8. & num. 10. Ex hoc quoque

inferri potest, an donatio à Patre uiuente facta filio in potestate in causam & titulum legitimæ insinuari debeat, si summam excedat, quæ à lege diffinitur, iuxta textum in.l.sancimus.inf.de donat. quo in articulo Bald.in.l.data.eod.tit. C. de donat. censuit insinuationem etiam esse necessariam, hoc quidem potissimùm argumento, quia scilicet uiuo patre non debetur filio legitima, ideoq; est mera propriaq; donatio, sic enim eam appellat text.in d.l.si quando.§. & generaliter.inf.eo.& in.d.l.si non mortis.Sed Speculat.in tit.de donat.uers. quid si Pater, atq; ipse Idem Bald.sibi more suo non consentiens in.l.illud.in. 3. quæst. supra.de sacrosanct.eccles.aiunt nullam exigi insinuationem, usq; ad legitimã, idemq; Bald.in.l.etsi mortis.infr.ad legem falcid. quòd hæc sit potius naturalis debiti solutio, quàm donatio, per textũ etiam.in.l.1.C.de imponen.lucr.descrip. lib.10.Pater enim filio assignans legitimam uidetur cum eo diuidere, & quamuis filius non possit Patrem cogere, ut uiuens sibi legitimam assignet, ac tradat, potest tamen pater eam assignare, si uelit, quod inf.dicemus, qua facta assignatione erit liberatus ab obligatione legitimam ei relinquendi, & sic uidetur debitũ soluere, cuius dies nondum cessit, quemadmodum, si quis soluat debitum ante diem, non erit necessaria insinuatio.

10 Hinc † pariter infertur, Patrem filii condemnati mulctam pœnamue pecuniariam fisco etiam usq; ad legitimam soluere non teneri Bart.in.l.1.§.si impuberi.ff.de collat.bono.in.d.l.fin.ff.de libe.lega.in.d.Authẽ.de hæred.& falcid.§. si quis vero non implens.num.10.ubi etiam Ang.§.1.nume.7.& 8.& idem Bart.in.l.stichus.ff.de pecu.lega.Imol.& alii in.l.si filiofamilias.2.ff.sol.matr. Bald.l.fin.num.13.C.de vsu.rei iudic.Castren.d. Authen.si qua mulier, in fin. Alex.consi.14.lib.1.Dec.cõsi.438.col.fi.in princ.Ias.hic Ruin. consil. 149. num.13.lib.3.communem dicit Viuius lib.1.opin.199.& opin. 401.colum. 2.Coarru. lib.2.uariar. resolut, cap.8.num.7.uers.hinc apparet.Petr. Duen. reg.356.in.2.ampliat.Emanuel Suarez ver.legitima liberis num. 68. & seq. quæ supradicta quidem exaudiri oportet, vbi nulla filio legitima assignata est.

11 † Verùm id amplius dicitur, & si pater filio legitimam uiuens assignauerit, ac tradiderit, eam tamen ob filii delictum à fisco auferri non posse, Ruin. consil.

12 149.num.13.lib.3.ubi infert, † quod propterea, si eam Pater soluerit, non erit in ratione legitimæ ponenda, cum enim sponte nulla adductus necessitate soluerit, præsumetur pietatis ergo, non compensandi animo cum legitima aut repetendi proposito soluisse, ut ibi dicit Ruin.si ab initio protestatus non sit, quamuis deinde protestetur, quemadmodum etiam suprà diximus alio in proposito.

Sed

13 *Sed † an saltem lege municipali hoc caueri possit, quod Pater pro legitimæ quantitate filii delictum expiare teneatur, ambigi consueuit, & Bald. in l. si. qua pena. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. eiusce modi legi non fauet, motus l. si filius. C. de bon. proscr. quæ lex negat, peculium filii Castrense publicari ex filii delicto, sed patri acquiri, eamq; ibi in hoc Bald. obseruat. Idemq; Bald. in l. lex Cornelia. Sed idem tamen Bald. diuersam in sententiam transiit in. d. l fin. num. 13. C. de vsu. rei iudi. vbi amplius hoc dicit, quod, si tempore mortis patris non idem inueniatur status rerum paternarum, qui erat tempore delicti, non tamen mulcta maior minorue efficietur, imò poterit Pater filium ac fiscum ad reliquum patrimonium renunciandum cogere, & quod huiusmodi lex ualeat, frequentissimi legum interpretes opinantur glo. in rub. C. de decre. decur. lib. 10. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patre Bart. in. q. 3. incip. Perusinæ ciuitatis. & in. l. cũ filiusfam. ff. de verb. oblig. ubi cæteri sequuntur præsertim Socin. nume. 8. adde Didac. Coar. ubi proximè supra Mant. hic versi. 3. dubitare contingit. Ias. hic, idemq; Ias. & Alex. in. d. l. lex Cornelia. Hipp. sing. 362. & 450. Petr. Duen. d. reg. 356. nu. 2. uer. quæ ampliatio procedit Viuius lib. 1. opin. 291. in prin. Iul. Clar. in pract. crim. §. ultimo. q. 86. uersi. secundo infertur, & versi. ualebit igitur, Emanuel Soarez. in d. uersi. legitima num. 67. & videtur probari text. in. c. 2. vbi Ancharan. de delict. puero. Et veniet hoc casu pater etiam sub fideiussoris appellatione etiam in statuto de fideiussore mẽtionem habente, Dec. cõsi. 268. colum. 1, non tamen hoc casu pater ex ficta confessione filii tenebitur, puta, quæ ex contumacia resultet, Bart. Castr. & reliqui in. l. cum filiusfamilias, in prin. de uerbo. obliga. &, quod hoc casu legitimæ computatio facienda sit habita patrimonii dimensione ad tempus delicti, uel condemnationis, Bald. l. quamquã. C. ad. l. falcid. & l. 2. C. de adopt. Corn. cõsil. 1. colum. 6. num. 19. lib. 4. Ias. hic Rip. d. c. cum M. Ferrarien. num. 38. de consti. Sed Lancelot. Polit. in repet. l. filium quem habentem num. 163. inf. fam. hercis. ait, legitimæ æstimationem huiusmodi casu ineundam tempore mortis, ne sequatur, quod filii delictum Patri aut fratribus damnum ferre possit, quod esset iniquum, præsertim si alii filii nascerentur, & hanc sentẽtiam veluti æquam sequitur Duen. in d. reg. 356. in. 2. ampliat. uersi. quæ ampliatio ad finem.*

15 *Sed † quamuis dixerimus, Patrem non teneri ad assignandam filio legitimam, dum ipse Pater in humanis agit, si tamen ipse eam assignare uoluerit, etiam reluctante filio, id ei licebit, quod in. l. cum quo. §. fin. ff. ad. l. falcid. Doctores deprehendi aiunt, vbi Paul. Cast. & Alex. Bald. in. l. illud colum. 3. uersi. 3. quæro,*

ro,num.7.C.de sacros.eccles.ubi,quod licet Pater possit in danda filio legitima praeuenire,non tamen uiuens eam dare cogitur;citatq; in hac.l.quoniam nouella,inf.eo.prater supradictam.l.cum quo,idem Bald.in.l.si successione num.2. uersi.quarto quaro quid de legitima,inf.de reuoc.his qua in frau.cred. & in.l. fi.num.13.& 14.inf.de usu.rei iud. Bar.l.1.§.1.ff.si quis à Paren.fue.manu. Ias.in.l.si quando.§.& generaliter,inf.eod.In quo sciendum, quod,ubi filio uiuens Pater legitimam assignat,si quidem iste filius emancipatus sit,nisi pater id nuncuparit,se in legitimam portionem assignare, donationis ulm, non legitima obtinebit,quemadmodum fecisse aiunt Accursium nostrum Coripheum, cum filium suum emancipauit,ut traditur in.d.l.cum quo.§.fi.ad.l.falci.in.d.l.1.ff. si quis à Paren.fue.manum.in.l.si quando.§.fi.inf.eo.in.l.si uero.§.si seruus.ff. de bon.libert.uersi.cæterum.Donatio etenim facta emancipato censetur aduentitia,& valet.no.in.l.si donatione. C. de collat. quòd si donatio facta sit filio in potestate, quia à principio non ualuit,sed à morte confirmationem expectat, in legitimæ rationem ponitur,quàmuis expressum id non fuerit,Castr.d.l.cum quo §.fi.quod non minus procedet,si dixerit pater,se pro legitima donare,Bald.l.cũ oportet.§.non autem colum.fi.num.8.infr.de bon.quæ lib.Ias.l.frater à fratre colum.fi.ff.de condict.indeb. Potest etiam Pater, si id uelit, hæreditatem suam uiuens inter filios partiri, Authen.si qua mulier,supra de sacros.eccles.ibi; liceat ei postea, inter eos diuidere &c. quod cum facit, modò unusquisq; eorum suam legitimam consequatur, non erit vllus conquerendi locus, & si maiorem alteri,quàm alii,uberioremq; portionem elargitus sit,l.parentibus.inf.eod. quæ lex quandam imperitorum sententiam confutat opinantium inæqualitate inter filios Patrem uti non posse, & alterum uti legitimum, alterum uerò naturalẽ more habere, quinimò (ne hoc quoq; obiter prætermittamus) non modò inter ipsos filios inæqualitate uti potest Pater,modò vnicuiq; legitimam det,ut suprà dictum est,uerùm potest etiam extraneo plus relinquere,quàm filio, Crauet.consi.
26 142 num.1.quod tamen omni prorsus dubio uacat. † Illud certè mirum est in hac materia,quod tradit Decius consi.547.colum.2.non posse eos filios,quibus maior pars data est,eiuscemodi patris dispositioni obuiam ire, & suam pinguiorem portionem aliis fratribus communicare patiendo,vt illi quoq; pares secum portiones ferant, quod si fecerint,condictionem indebiti habebunt, ad repetendum ea,quæ illis concesserint,præsertim,si Pater sic disposuerit,vt filiorum contumaciam,proteruam uitam,& turpes mores vlcisceretur, quod (si uerũ est, mihi sanè ambiguum est) multum obseruandum est his adolescentibus luxoriosis,

quibuscum male eorum genitores agunt.

Supradictos tamen casus omnes sic intelligas, ut necessarium in primis sit, si pater testetur, filiis aliquid iure institutionis relinquere; ne nullum fiat testamentum, Castr. d. l. cum quo, §. fina. & diximus supra, atque etiam infra latè dicemus.

17 Quid uerò, † si pater religioni sese addixerit, monasteriumq; ingressus sit? an debebit sua filio legitima assignari, dum adhuc pater naturalem hanc uitam uiuit, licet ciuilem mortem obiisse uideatur? Hac quidem in quæstione, iuris Pontificii, ac Cæsarei interpretes in diuersas sententias se diuiserũt, nam Bar. quidem in d. Authen. si qua mulier. colum fin. supra de sacros. eccle. quem alii iuris Cæsarei interpretes frequentissimi sequuti sunt, ratus est legitimam filium petere non posse, nisi post mortem patris naturalem, ut etiam Iason, & Salic. ibi prosequitur, & Dec. in c. in præsentia num. 67. de probatio. vbi etiam Felin. num. 65 Alexan. in l. si cum dotem num. 13. ff. solu. matri. quorum opinionis fundamentum in d. Authen. si qua mulier iactum uidetur, dum in fine dicitur, quòd si Pater post ingressum monasterii moriatur, antequàm bona inter filios diuidat, filii legitimam percipient, reliqua substantia monasterio competente, quibus uerbis supponi uidetur, filios legitimam post mortem patris, non autem post religionis ingressum percepturos.

Sed iuris Pontificii professores contrariam sententiam, vti æquiorem amplexi sunt, vt scilicet Monasteriũ teneatur non expectata naturali patris morte filiis suam legitimam post professionem religionis tradere, glo. sing. in c. transmissæ, qui filii sint legi, uer. mota circa med. ibi dicunt quidam, quod illi erant facti monachi, quam glo. summopere Abbas ibi commendat, & Bald. in d. Authen. si qua mulier, colum. fi. Aret. in l. 1. num. 6. ff. de testam. Anan. in c. 2. colu. pe. de delic. pue. Bald. nouellus in tract. de dote, parte prima colum. 3. qui hanc ait receptã frequentioribus calculis opinionem Dec. consi. 426. num. 7. quòd uerò post mortem Patris monasterium ingressi, licet bona apud monasterium sint, debeatur, filio legitima, omnes admittunt Doct. in d. Auth. si qua mulier, supra de sacros. eccle. Ang. in tract. de testam. in fi. princ. Dec. in d. c. in præsentia. colum. 34. de probat. qui hanc dicit communem, Rolan. à Valle in consi. 97. num. 29. lib. 2. Estq; firmissima huius sententiæ basis locata in c. cum simus. de regular. vbi Abbas. neq; est diuinandum, Patrem ibi fato functum esse; cum filius monasterium deseruit, quamuis enim ibi de successione tractetur, non consequitur necessariò, quod pater mortuus naturaliter esset, quandoquidem Monachio etiam

dum

dum viuenti successor datur, c. fin. 2. q. 3. atq; ex integra decretali apertum est vixisse Patrem, quo tempore filius religionem deseruit, ut trad. Dydac. Coarru. in c. 2. num. 7. de testam. eumq; textum sic perpendit ibi Abbas. Io. And. & cateri, & Bal. in d. Authen. si qua mulier. Quin etiam idem ipse text. de quo saepe agitur scz. tex. in d. Auth. si qua mulier, pro contraria parte citatus hanc ipsã opinionem fulcire, & adiuuare dici potest, ut ait Abb. in d. c. in praesentia num. 59. de probat. perpendit enim Abb. quod in dicta constitutione Authen. si qua mulier, permittitur patri post religionis ingressum diuidere inter liberos substãtiam, quod utiq; non permitteretur, ubi legitimam filii viuente patre consequi non possent post monasterii ingressum, nam ius monasterio quaesitum esset, illam legitimam toto tempore, quo pater viueret, retinendi, verùm, quia filii petendae legitimae ius habebant, Patre ad religionem transeunte, debebatq; Pater ea diuidere ante ingressum, propterea conceditur, ut post ingressum possit inter liberos diuidere.

Verumtamen pace tanti tamq; sublimis viri, non necessariò hoc consequi crediderim, quod ipse supponit, nam, & si ea constitutio dicat, posse Patrem post ingressum bona inter filios diuidere, non tamẽ etiam dicit, posse filium eis bonis sic partitis statim ac patre viuente vti, frui, & ueluti propria possidere, imò illa diuisio post Patris mortem tantùm exequutionem accipere, credendum est, quemadmodum etiam in l. parentibus. infr. eo. & in l. quoties. inf. fam. hercis. autumandum est, quod etiam Accurs. videtur sensisse, ibi, in glo. super ver. moriatur, & certè nulla res cogit credere, eam diuisionem uiuente patre exequutionem sortiri, sed responde tamen, eam Authenticam constitutionem necessariò intelligi oportere de diuisione acceptura exequutionem patre viuente, cum tex. ille in fine his uerbis vtatur, videlicet, QVOD eis nõ dederit, Monasterio cõpetat, quibus uerbis necessariò supponitur, bona inter liberos diuisa eis simul etiam data esse, siquidẽ dare, est dominium transferre. §. sic itaq; insti. de actio. cum simil. at dominiũ sine traditione non transfertur, l. traditionibus. C. de pact. doct. in l. praedia. ff. de acquir. possess. & quàmuis d. glo. uer. moriatur, innuat demum post mortem effectũ sortiri, non tamen satis sibi constat.

Neq; d. tex. in d. Authen. si qua mulier, contrariae opinioni suffragatur, nam, etsi innuere uideatur, expectandam fore mortem patris religionem professi, id tamẽ intelligendum est enunciatiuè, quasi mortuo patre non facta inter filios diuisione bonorum, nec ab ipsis filiis petita sit à monasterio filiis danda portio legitima, quae fuit interpretatio Didaci Coarru. d. c. 2. num. 7. in fi. & hãc opinionem di-

cit

cit etiam communem Emanuel Soarez. d. uersi.legitima liberis in fi.num. 71. Sed eam pluribus argumentis impugnat Iason in d. Authen.si qua mulier, colum. pen.& antepe. & longè pluribus Berous in c.in præsentia num. 534. & seque. quibus confutandis non immoror, Dicam tamen, quod nihil obest, huic conclusioni, regulam esse in contrarium, de qua suprà diximus, legitimam non teneri patrem filio assignare, dum uiuit, Respondeo enim, Patrem monasteriũ ingressum iam pro mortuo haberi. l. Deo nobis, ubi no. suprà, de episc. & cle. eademq; ratio in morte hac ciuili seu canonica uiget, quæ in morte naturali, idcirco enim pater uiuens non tenetur filio legitimam assignare, quia ipse est dominus, at moriens non est futurus dominus, quod pariter habet locum in morte hac, cum ad religionem transit, Item, cum monasterium, quod loco filii habetur, d. c. in præsentia. d. Authen.si qua mulier, suam partem uiuente adhuc illo consequatur, sic ius, & æquum postulat, ut filiis naturalibus, idest ueris filiis sua portio assignetur, ne quædam resultet inæqualitas. l. inter filios, infr. famil. hercisc. l. ut liberis infr. de colla. imò ne plus consequantur filii ficti, idest monasterium, quàm ueri, & pro-
18 prii. Nec quicquam refert, † quod monasterium teneatur alimenta filio præstare, dum uiuit pater, nam respondeo, Primùm id non probari iure, & quatenus id uerùm admitteremus, potius hanc opinionem probaret, cum legitima alimentorum loco succedat, neq; per hoc ullum dispendium sentiret monasterium assignando legitimam, imò faciliori uia res exitũ acciperet, cur enim, si hoc onere monasterium prematur suppeditandi quotannis alimenta filio, cõmodum futurũ est, quàm suã legitimã potius assignando, qua assignata semel, est deinceps hac cura immune futurum, quæ alioqui annua foret, quin, & si reperiatur iure cautum, alimenta filio esse danda per monasterium, intelligetur, ubi legitima non esset assignata, nec propterea excusabitur ab assignatione legitimæ. Est etiam inanis ratio, quam idem Iason mouet contra hanc opinionem, dicens, Patrem monachum posse omnia bona sua, dum uiuit, inter filios partiri. d. Authen.si qua mulier, quod non posset, si filius posset consequi legitimam eo uiuente, nam, si diuisio hæc per Patrem facta fuerit, in ea quoq; ius suæ legitimæ filius assequetur, & quamuis possit filius ante patrem mori, ut dicit Bart. in d. Authen.si qua mulier, erit tamen ei utile, quod possit hoc ius ad suos hæredes transmittere, quinimo nõ debet talis casus ratio haberi. l. nam etsi parentibus. ff. co. l. scripto hærede. ff. unde liberi. cum sim. Et hanc quoq; opinionem habuit glo. in Authen. Nunc autẽ uer. detrahatur, supra de episc. & cler. & glo. in Authen. de mona. §. illud quoq; in uer. datur, quæ duas in hoc rationes adducit, alteram, quod, nisi legitima sta-

tim assignaretur, sed mors patris expectaretur, filii interim fame perirent, quæ tamen ratio per aduersantes tollitur, dum dicunt, alimenta esse tamen subministranda, licet non aßignetur legitima, verùm tu id teneas, quod ego paulò suprà dixi, Altera est ratio, quia iam pro mortuo est, & probat hoc etiam ille text. in illis uerbis, si fuerit conuersatus inter monacos, ergo non in tempus mortis differtur naturalis, nec te ab hac sententia dimoueat, quod mortis appellatio de naturali intelligatur, idest ea, quæ corpus ab anima seiũgat. l. ex ea parte. §. insulã. ff. de uer. oblig. l. sed si mors. §. 1. ff. de donat. inter uir. & uxor. tùm, quòd uera sint obiecta in materia odiosa, & in qua angustè proceditur, nos sumus in fauorabili causa, tùm quòd, vbicunq; eadem ratio in morte ciuili, & ficta militat, quæ in naturali, idem est habendum iudicium. l. adeo. §. publicationem. ff. pro socio. l. 1. in fi. ff. de bon. poss. con. tab. Rol. in tract. dot. questio. 95. num. 15.

Atque in hac quæstionis disputatione duo obseruanda moneo, alterum, quòd iidem illi, qui non consentiunt, ut legitima aßignari debeat, nisi naturali morte sublato Patre monaco, tamen fatentur, esse ipsi filio alimenta per Monasterium præ-
19 standa, † Alterum, quòd ius ad petendum sibi eiuscemodi aßignationem legitimæ fieri, ubi id competat, erit condictio, ex lege uidelicet, ex d. c. cum simus. de regular. ut ex Abbate in d. c. in præsentia num. 59. & per Brroum ibi nu. 535.
20 & eundem Abba. in d. c. cum simus colligere potes. † Sed nec illud prætermitto, quod conclusio fauens legitimæ filiorum, quam ego frequentioribus sentẽtiis approbatam dixi, æque sibi locum uendicat, vbi monasterium esset capax successionis, atq; si incapax esset, ut ex doctoribus supra citatis perspicuè colligi potest, & si in monasteriis incapacibus conclusio hæc magis tuta sit, cũ in eis profeßi omnino ueluti uita functi habeantur, quapropter ipsi quoque Cæsarei Iuris Doctores concedunt statim Patre religionem incapacem ingresso filiis deberi legitimam. Ias. d. Authen. si qua mulier. colum. 11. Paris. consi. 65. col. 2. lib. 2. Rol. tract. de dote. q. 95. nu. 17. & 18.

Quo titulo sit relinquenda legitima.

1 *Legitima tam ab intestato, quàm ex testamento defertur iure hæreditario.*
2 *Institutionis titulus cur requiratur in filio.*
3 *Legitimam totam institutionis titulo relinqui non est necesse, & distinctio uariorum temporum in hoc negocio.*

4 Authen-

4 *Authentica nostra perperam hodie appellatur nouissima.*

5 *Causa exhæredationis uera an falsa sit, est quæstio facti, an uero sit legitima est quæstio iuris.*

6 *Quæstio iuris sine ordine iudiciario cognoscenda est.*

7 *Filius præsumitur gratus, quapropter ingratitudinis causa ab hærede probanda est.*

8 *Querela inofficiosi in uno solo casu hodie locum habet.*

9 *Exhæredatus non ritè dicit testamentum nullum, etiam quod legitimam alio titulo, quàm institutionis acceperit.*

10 *Exhæredatus ritè an testamentum dicat nullum, si legitimam non titulo institutionis percipere possit.*

11 *Querela competit quandoque etiam ei, qui legitimam in testamento consequitur.*

12 *Testamentum uitiatur præteritione filii, etiam, quod præteritionis causa inserta, probataq; fuisset.*

13 *Præteritio materna cum insertione causæ non facit uitiari testamentum.*

14 *Filius in certa re institutus etiam minima non dicit Testamentum nullum.*

15 *Filius institutus in re certa habet ius accrescendi, & beneficium edicti diui Hadriani.*

19 *Filius institutus in re certa grauatus fideicommisso non detrahit duas quartas, sed solam legitimam.*

17 *Emphiteusis & feudum non transit ad hæredem particularem.*

18 *Filius non dicitur institutus, & si testator hæredi scripto dixerit, accipito tibi cohæredem filium meum, & quæ ratio.*

19 *Titulus institutionis an requiratur in testamento inter liberos.*

20 *Duplici modo intelligi, quod dicitur, in testameuto inter liberos titulum institutionis non requiri.*

21 *Testamentum inter liberos conditum dicitur ita demum, si inter eos æqualitas seruata sit, ut priuilegiatum sit.*

22 *Testamentum conditum inter liberos vitio præteritionis laborans nullo priuilegio fruitur.*

23 *Textus in c. Raynutius. de testamen. in ver. reliquit, an sit intelligendus de institutione hæredis, an alio relicto, quàm de institutione.*

24 *Clausula (Omni meliori modo) quid operetur in testamento subintellecta.*

25 *Clausula (Omni meliori modo) an censeatur apposita in testamento inter libe-*

 ros,

ros, & quomodo hoc dictum intelligatur.

26 *Testamentum inter liberos factum omnino institutionem habere debet, aut expressam, aut tacitam, nam, nisi saltem subaudiatur institutio testamentum irritum erit.*

27 *Clausula supradicta quid operetur expressa in testamento.*

28 *Testamentum conditum ad pias causas non uitiatur præteritione filii.*

29 *Testamentum eius, qui ingreditur Religionem an uitietur preteritione filii.*

30 *Lex municipalis non debet interpretari à lege communi cui derogat.*

31 *Filius an sit instituendus si statutum alteret legitimam minuendo eam, vel augendo, longè latè q; examinatur.*

32 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & an idem sit, si ius commune corrigant, pluribus exemplis discutitur.*

33 *Statutum, quo reditur ad ius antiquum, an sit fauorabile, pluribus exemplis inquiritur.*

34 *Institutio filii an requiratur, si Pater eum plus petere prohibuerit.*

35 *Diuisio Paterna inter liberos facta in testamento pro institutione habetur, item & distributio, & assignatio in peculium.*

36 *Præteritio ad commodum & utilitatem filii, puta, damnati facta non uitiat testamentum, nec fisco præstat ius dicendi nullum.*

37 *Clausula codicillaris supplet defectum præteritionis: & quomodo.*

38 *Fideicommissum etiam debitum uirtute clausulæ codicillaris transmittitur.*

39 *Declaratio tituli institutionis facta in codicillis an sufficiat.*

40 *Substitutus si filius sit uulgariter, an habeatur pro instituto, ut ualeat testamentum, & pul brè hac quæstio declarata.*

41 *Substitutio fideicommissaria, uel directa post aditam hæreditatem, an sit pro institutione.*

42 *Filius an videatur institutus, si ei relictum sit pro sua legitima, uel pro sua parte vel similibus uerbis, diffusè examinatur & declaratur.*

43 *Relicta res titulo institutionis in primo testamento, & simpliciter relicta in secundo testamento, an videatur pariter titulo institutionis relicta.*

44 *Relictum iure restitutionis factum propter ignorantiam an uitiet testamentũ.*

45 *Relictum factum pro portione legibus debita, an sit pro institutione.*

46 *Filius an sit necessariò instituendus etiam de iure Canonico.*

47 *Verbum (relinquo) an & quando institutionem significet.*

48 *Relictum aptandum consilio sapientis, an suppleat titulum institutionis.*

49 *Testa-*

49 *Testamentum, in quo filius consentiens præteritus est, an ualeat.*
50 *Filius si renuntiarit hæreditati Paternæ an sit instituendus.*

QVoquo relicti titulo. *Accurs. hic correctam ait hanc constitutionem, quia titulum institutionis requiri credit, non quemuis titulum sufficere, ex. §. aliud quoq; capitulum, in Authen. Vt cum de appel. cogno. Vbi glo. in uer. præterire, uersi. uel dic, quod prædicta iura loquantur, & glo. in c. si pater super uerbo, instituit, uersi. vnde dicunt alii, de testam. in 6. & glo. in §. sed hæc, in uersi. testamento, & §. fin. uersi. iure legati, insti. de inof. testam. quod sanè est intelligendum, si pater testamentum condiderit, nullo autem condito testamento, sed alia quauis ultima uoluntate sufficiet quicunq; titulus, quod ferè omni dubitatione caret, nam si nullũ testamentũ cõdidit Pater, filius ab intestato ex asse hæres erit, si solus, vel ex rata parte, si plures, §. 1. insti. de hæredi. quæ ab intesta. l. si matre, Authen. in successione. C. de suis & legit. Si uerò codicilli tantùm scripti sint, constat codicillis hæreditatem neq; dari, neq; adimi directò posse, §. pen. inst. de codicil. sed tunc hæreditas uidetur ab intestato legitimis, & sic filiis relicta. l. conficiuntur in fin. princ. ff. de iur. codi. qui filii, si fideicommisso uel legatis exhausta sit tota, uel pars maxima hæreditatis, legitimam suam consequentur, in quam imputabunt, quicquid quouis titulo fuerint ex bonis paternis assequuti, cum iã titulo hæreditario non careant, quapropter non ab re Accursius dixit, titulum institutionis requiri, quando confectum est testamentum, nam tota hæc res fit sustinendi testamenti gratia, quòd si nullum testamentum extet, frustra hæc cura suscipiatur, cum etiam (ut dictum est) hæreditarium titulum à lege accipiat, cui rei percommodè congruit, quod dicunt doctores, quomodocunq; filius legitimam percipiat, seu ex testamento,*
1 *† seu ab intestato, iure semper differri hæreditario, & ex tacita testatoris dispositione, Panormitan. in c. Rainutius post glo. ibi, in uersic. legitimam. & reliquos doctores extra de testamentis Iasòn in l. filium quem habentem colum. 4. in princ. uersi. imo plus quomodocunq; inf. fam. hærcis. Bar. & Ang. l. quia poterat. ff. ad Trebell. in. l. gerit. ff. de acquir. hæred.*
2 *Ratio autem, † quare titulus institutionis requiratur, traditur per doctores, quia titulus hic honorabilis, utilisq; maximè præ ceteris omnibus habetur. l. filium. §. sed & si portio. ff. de leg. præstan. ibi, cum hæreditates non honestiore modo titulo, sed etiam pleniore tribuantur, honestior quidem est titulus, quia hæres, non de alterius manu, sed à seipso capit, quod contrà est in legato, & fideicom-*

deicommisso.l.1.ff.quorum legat.§.1.insti. de lega. utilior autem est propter ius accrescendi.l.1.§.si ex fundo.ff.de hæred.insti.§.iis ita.C.de caduc.tollend. nam etsi inter legatarios quoq; ius accrescendi locum habeat,uulg.l.re coniuncti, cum sua materia, tamen,quia hæredibus accrescit hæreditas, quæ est successio iuris uniuersi, propterea iudicatur utilior,& quamuis legata semper sint lucrosa, hæreditas sæpe damnosa.l.si hæreditatem.ff.manda.l.nec adiecit.ff.pro socio,non ideo tamen minus dicitur utilior filio titulus institutionis, quia filius habet tamquam quotam bonorum, & sic deducto ære alieno,ut suprà dictũ est, quare non potest ei cum damno esse: Item institutio potest à se consistere, neque pendet ab alterius aditione.l.si in testõ.ff.si quis omis.ca.test.Bar.in l.Iulianus. ff.eo.in l. eã quam.C.de fideicomis. Adde & aliam rationem, quia alii tituli, ut plurimùm fiunt ob causam d.l.nec adiecit.pro socio; Item hæres scriptus potest intentare remedium.l.fi.C.de edic.Diui.Hadr.toll.& petere se mitti in possessionem, Iul.Clar.§.testamentum.q.38.

3 Dicit tamen Iason hic, † non esse necessarium totam legitimam titulo institutionis esse relictam,sed satis esse, si qua in parte sit institutus,ut ex multis ab eo citatis probatur, & pulchrè hoc dicit glo.quæ frequentissima est in ore omniũ glo.in l.3.§.sed utrum,in uer. patrimonium,in fin.ff. de mino. quæ docet, posse filium institui in duobus nummis, ut testamentum sustineatur, ubi Bart. sic obseruari ait, & Bald. hic in prima colum.& est glo. in l.si quis priore.ff. ad trebellia.& glo.in l.antequam.ubi Bal. infr.cõmun.de success.& in §.aliud quoq; capitulum. in Authen. ut cum de appellat.adde Bart.in l.fine. §. excluditur. ff.de iure patron. Verùm,ut claram distinctamq; habeas hanc doctrinam,ac discas,quid unoquoq; iure, seu Pandectarum, seu Codicis,uel nouissimo statutum hac in re sit, altius uidetur, super hac materia exordiendum. Constituendum est enim discrimen inter ius Digestorum, & ius codicis,idque bipartitum, scilicet nouum ius codicis, & ius codicis uetus, Item inter ius Authenticorũ,idq; pariter duplex,scilicet prius,ac posterius.

De iure pandectarum filius uel instituebatur,uel exhæredabatur, uel præteriebatur, ultimo casu, uidelicet si præteriebatur filius, testamentum erat nullum,dicebatur uerò præteritus filius, si non erat institutus, neq; exhæredatus,licet aliquid accepisset titulo aliquo testamentario, puta, legato, uel fideicommisso, uel donatione causa mortis. l.inter cætera cum seq.ff.de libe.& posthu. l.posthumorum,ad fin.ff.de iniusto rup.quamuis alioqui relictum ad legitimam ascenderet, Hoc etiam iure preteritus dicitur,quicunq; nõ est in legitima institutus, uel exhæredatus,

hæredatus, neq; sufficit in parte minori legitima esse institutum, ex magis frequentibus Doctorum sententiis, ut testatur Guliel. Benedic. in c. Rainutius ver. eodem testamento relinquens, num. 15. de testam. Iacob. nigri in repet. rub. de leg. 1. post num. 17. Iul. Clar. lib. 1. senten. recep. §. testamentum, uersic. & hac quidem conclusio in q. 38.

Altero uero casu, cum scilicet filius exhæredabatur, illo iure digestorũ non erat pariter necessarius titulus institutionis, ac modò legitimam aliquo titulo accepisset, testamentum ualebat. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. l. Papinianus. §. si quis mortis. l. si non mortis in princ. ff. eo. præsuppono etenim illis iuribus exhæredationem esse factam, nam institutus non erat filius, ne indubia esset decisio, neq; erat preteritus, nam testamentum non sustineretur, ut supra dixi, restat igitur, ut exhæredatus sit facto ei legato, uel donatione causa mortis, & l. qui filium, in uersi. nec quicquam aliud, vbi glo. in uersi. legauerat. ff. ubi pupil. educ. debe. & l. si filius substituatur. ff. de hæred. instit. & in l. ex facto. §. lucius. ff. de uulga. & l. 3. §. fi. ff. de libe. & posthu. in l. ex asse, vbi Angel. & Imol. ff. ad l. falcid. & idem Imola in l. inter cætera. ff. de libe. & posth. & veram credo hanc opinionem, nam illo iure digestorum, sola filii præteritione irritabatur testamentum, præteritus autem dicebatur, si non erat neq; institutus, neq; exhæredatus. d. l. inter cætera. ff. de libe. & posthum. Si ergo exhæredatus erat, legitimaq; aliquo titulo ei relicta erat, non poterat testamentum dicere nullum, cum preteritus non esset, sed exhæredatus, neq; poterat querelam intentare cum haberet legitimam, quam sufficit quoquo titulo esse relictam, ut testamentum valeat, modò filius institutus sit, uel exhæredatus, sicque est intelligendus tex. in d. l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. eo. neq; ueram est, quod aliqui credunt, illo iure digestorum oportere, ut filius legitimam titulo institutionis percipiat, cum nulla lege hoc reperiatur, neq; enim. l. inter cetera, hoc dicit, sed id tantùm, quòd filius debet institui, uel exhæredari, dummodò igitur alterum ex his faciat, uel instituendo, scilicet, uel exhæredando, rectè testabitur, & testamentum valebit, non erit pariter querelæ locus, cum habiturus sit legitimam, vide Paul. Castr. in l. si non mortis. ff. eo. qui amplius addit, quod iure quoq; nouissimo hoc procederet, ubi exhæredatio facta esset causa legitima inserta, & si minus uera ea causa esset, quod rectè dictum puto per tex. in d. §. aliud quoq; capitulum, sustinebitur enim hoc casu testamentum, ut ipso iure ualeat, per querelam tamen rescindetur, ut infrà dicemus, sinminus legitima filio relictum esset, tunc quidem querelæ locum esse illo iure arbitrarer, quãuis enim

tex.

tex.in l.si non mortis.ff.eo.dicat supplendum esse arbitrio boni uiri, id intelligendum est,ubi filius id relictum acceptasset,vt per Castren.ibi.& eundem Castren. in l.omnimodo colum.prima in princip.infra eod.quicquid opinatus fuerit Accursius in d.l.si non mortis,dum scripsit,ea uerba de supplemento loquentia, addita esse per compilatores; qui meritò ab ea opinione recessit,meritoq; ex communi sententia damnatur,illi tamen legi multipliciter respondet Rodric.in d.l.quoniam in prioribus.in euidentialibus num. 3.primo quidem.quòd d.l.si non mortis,loquitur in eo,quod filio erat donatum inter uiuos, cui donationi cum filius consensisset, meritò exclusus à querela agebat ad supplementum, ex Salycet.& Paulo in d. l. omnimodo, uel quod d.l.si non mortis, loquitur ab intestato ex glossa ibi. & latius ibi per eum.

Tertio uerò casu,quando filius erat institutus,non erat dubium illo iure digestorum valere testamentum,quamuis sua portio ei filio relicta non fuisset, si enim institutus erat in parte sibi debita,idest in quarta eius, quod ad eum pertinuisset ab intestato,non poterat querelam intentare, d. l. Papinianus, §. si quis mortis, & §.quarta autem, & §. quoniam autem quarta, at si minorem quarta titulo institutionis accepisset,Supplementum verò ad quartam alio quopiam titulo, cessabat pariter querela.d. l. si non mortis. At si nec in tota quarta institutus fuisset,nec alio titulo supplementum ei relictum fuisset, querela dabatur, argu. à contrario sensu in d.l.Papinianus.§.quarta autem,& §.quoniam autem quarta.ff.eo.& in l.parentibus.& l.omnimodo,& l.cum queritur. infr. eod. hocque nuncupatim docet Castren.in d.l.omnimodo.colum.pen.in princip. Hinc vides non solùm exhæredatis,aut preteritis,sed quandoque etiam institutis querelam dari,quando scilicet in minori parte quartæ instituti sunt,nec eam agnouerunt, nam, si agnouerint, supplemẽtum petent,vt d.l.si non mortis,vide etiam Castren. in l.1.& in l.Papinianus.§.quarta autem ff.eo.& Ias.in Authen.ex causa col. 2.ad fin.C.de libe.prete.qui memorat obseruandum, quod filius in patris testamento institutus interdum querelam intentabit,perinde ac si exhæredatus esset, ueluti,cùm adeò grauata esset institutio,ut potius exhæredationis, quàm institutionis speciem preseferret,citatq; in hoc tex.in d.l.Papianus. §. quarta autem ubi Bal.3.notab.ff.eo.

De iure Codicis preteritus pariter testamentum nullum dicebat, non tamen dicebatur preteritus,modò aliquid quocumq; titulo in testamento accepisset, quamuis neque institutus, neque exhæredatus esset,d.l.omnimodo, qua in re à iure pandectarum modo enarrato discrepabat. Accepto igitur quouis titulo ex testamento

mento supplementum petebat, si ad legitimam non ascendebat, d.l. omnimodo, si verò legitimam æquabat, quod relictum erat testamento, cessabat querela, & ius dicendi nullum, & bonorum possessio contra tabulas.

Exhæredatus autem hoc iure codicis, si nihil omnino ei relictum fuerat, querelam habebat, sin legitimam plenam quouis titulo habuerat, nec quærelam, nec aliud remedium habebat, sed contentus esse iubebatur, sin minus legitima ei relictum fuerat, olim querelam intendebat, hodie saluo manente testamento suppleri sibi condictione ex lege consequitur d.l. cum queritur, d. l. omnimodo in princ.

Institutus autem hoc iure codicis, si in legitima uel maiori, non habebat ius cõquerendi, si in minori, olim querelam habebat d.l. cum queritur. d. l. parentibus. inf. eo. vbi Castren. hodie petit repleri, quod ad legitimam deest. d.l. omnimodo.

Datur tamen casus (ut ait Castr. in d.l. omnimodo) quo non repletio petitur ad legitimam, sed totum testamentum per querelam rescinditur, totaq; hæreditas ab eo auocatur, ut si turpis persona instituta sit ex l. Pantonius. ff. si quis à paren. fu. ma. & idem repetit Castr. in l. fratres. inf. eo. Bald. tamen in d.l. fratres, aliud docuit, cuius opinionem ueriorem credo, cum (ut ipse ait) nulla lege scriptum reperiatur filium posse per querelam testamentum Paternum impugnare, quo ipse aliquid acceperit instituta turpi persona, & idem dicit Castrẽ. consi. 59. Rodric. in. l. quoniam in prioribus in euidentialibus. nu. 16. de quo diximus etiam suprà.

De iure Authenticorum priore, non dicebatur preteritus filius, qui legitimam consequutus fuerat quoquo relicti titulo, etiam quòd non fuisset institutus, neq; exhæredatus, quod nostra Authentica declarat cõstitutio, qua in re non discrepat à iure codicis, quinimo, & si non integra legitima ei fuisset relicta, sed minor, non tamen testamentum erat nullum, sed ad supplementum erat agendum iuxta dispositionem. l. omnimodo, quæ lex nundum per Authenticas constitutiones correcta erat, nundũ. n. emanarant posteriores Authenticæ, de quibus infrà, Nostra autem Authentica nihil mutarat. Exhæredatus autem habebat querelam, nisi aliquid percepisset quoquo titulo, nã, si, quid percepisset minus legitima petebat suppleri d.l. omnimodo, sed institutus multò minus habebat querelam, cum supplementum petere posset d.l. omnimodo, quæ lex, ut dixi, in omnibus obseruabatur, exceptis his, in quibus correcta erat, etiam post conditam nostram Authenticã, priusquã

constitutiones Authenticæ posteriores editæ forent, quas mox sumus relaturi, in supradictis autem nulla correctio per priores Authenticas Iustiniani constitutiones facta erat.

Successit postremò post nostram Authenticam Constitutionem, alia quoq; Authentica, quæ est in titulo, vt cum de appellat. cogno. & de negocio nostro tractatur in §. aliud quoque capitulum cum sequen. relataq; est, ac inserta in codice, titulo. De liber. preter. incip. non licet. Nam, & si Authentica nostra, quam præ manibus habemus, appelletur, nouissima, id uerum fuit

4 *eo tempore, quo condita est. † Incautus fuit tamen Irnerius, seu quisquis ille fuerit, qui Authenticas constitutiones codici inseruit, dum hanc Authenticam, nouissimam appellauit. quamuis iam tum aliæ posteriores extarent, dumq; omisit illas posteriores hoc loco inserere, quæ precipuè interserendæ erant, ne quis fallatur credens hanc nostram, ueluti omnium nouissimam (uti eam appellat) esse omnino seruandám, & non minus opportunè hoc in loco, & fortè etiam magis, quàm vbi collocata est, cecidisset.*

Hoc igitur iure Authenticorum nouissimo, si filius sit institutus etiam in minima re, ualet pariter testamentum, ita ut neq; ius dicendi nullum, neq; querelam pertimescat, poterit tamen filius condictione ex lege consequi, ut, quod sibi deest, ad legitimam repleatur ab hærede, verùm in ea imputabit quicquid quocunque titulo perceperit, satis enim est, eum esse institutũ, neq; enim requiritur, ut titulo institutionis legitima sit tota percepta, vt colligitur in d. §. aliud quoq; capitulum, & tradit Castren. in l. prima & d. l. si non mortis. ff. eo. Alcia. l. 1. ff. de vulgari. quemadmodum etiam de iure codicis esse diximus suprà, cum enim nil mutatum neq; correctum in hoc reperiatur, debemus, intelligere hoc ius vigere, etiam quod aliæ, atq; aliæ posteriores Authenticæ constitutiones postmodum promulgatæ sint, hinc est, quod Paul. Castr. in d. l. 1. ff. eo. dicens hodie hoc seruari, ut institutus supplementum petat condictione ex lege, tamẽ nullam constitutionem nouellã, seu Authenticam citat d. l. omnimodo, post quam tamen aliæ quoq; constitutiones eæq; Authenticæ factæ sunt, quocirca non uidebatur rectè dictum, hodie ius id uigere, post quod aliud ius emanauit, sed responde, rectè dici illud ius seruari hodie, licet ex iure Codicis sit, nam Authentica nulla id ius correctum, mutatumue fuit, ut diximus, quod verum puto.

Exhæredatio autem hoc iure Authenticorum nouissimo, si facta est nulla ingratitudinis

titudinis causa inserta, item si inserta quidem sit aliqua causa, sed minus legitima, quia non ex his quatuordecim sit, aut eis aequipollens, quae recensentur in d. §. aliud quoque capitulum, & §. causas, uitiabit, nullumque reddet testamentum, uti peccans in forma tradita in d. §. aliud quoq; capitulum, relata in Authen. ex causa, & in d. Authen. non licet. C. de liber. praeter. Idq; non solùm in filio in potestate exhaeredato à Patre, verùm etiã in filio emancipato, atq; etiam in filio exhaeredato, vel praeterito à matre, ut censuit glo. in Authen. de haered. & falcid. §. exhaeredatos, versic. noluit, Imol. in d. l. 1. ff. de testam. num. 6. Idemq;, si aliae formae à iure traditae omissae sint, quae comprehenduntur his verbis, Nominatim, & purè, toto gradu, asséq;, causa, de quibus glo. in d. §. exhaeredatos, uer. iustè, & no. in l. 3. ff. de liber. & posthu. his inquam casibus testamẽtum penitus erit nullum hoc iure nouissimo, nec opus erit querela, neq; hic agendum erit de legitima, quandoquidem nullo existente testamento, res ad causam intestati deducitur, & omnia ab intestato debita filius percipiet, neq; magna est in hoc articulo controuersia.

Si uerò in exhaeredatione seruata quidem omnis forma sit, quia & caetera omnia ad unguem impleta sint, atq; etiam legitima causa inserta, verùm ambi-
5 gatur, an ea causa vera, an falsa sit, maior altercatio est, † nam quaestio, an causa legitima sit, nec ne, in iure cõsistit, an vero falsa, an vera sit, facti que-
6 stio est, Bald. & Ang. in d. l. 1. ff. de testam. † ac quaestio quidem iuris cognosci absq; ordine iudiciario, ac dirimi, decidiq; potest, non sic facti quaestio Bald. & Angel. vbi supra post Innocen. in c. cum inter vos, extra de consuet. & c. cum inter R. Seniorem extra de elect. quem ipsi citant, & dubitari quidem tunc contingit, quo iure, quoue iudicio haec facti quaestio agitetur, an inquam hoc casu querelae locus sit, recepta vero est sententia, si causa falsa sit, testamentum per querelam rescindi, ex quo sequitur, quòd per querelam inofficiosi pariter agitabitur iudicium, in quo si haeres veram esse causam probarit, querelans succumbet, nullusq; effectus querelae erit, nec testamentum concutiet, sin vera per haeredem causa probata non fuerit, querelae testamentum succumbet, rescindeturq;, glo. in §. aliud quoque capitulum, versic. nominatim Authen. vt cum de appella. cogno. Imol. vbi supra Corn. consi. 158. lib. 2. & consi. 225. lib. 3. Cur. Iun. d. Authen. ex causa num. 42. inf. de liber. praeter. Aret. d. l. 1. de testam. post glo. Onus enim ve-
7 ritatem causae probandi hodie haeredi incumbit, † praesumiturq; filius gra-

tus, nisi ingratus fuerit conuictus d.l.omnimodo, licet olim secus esset, l.liberi eod.tit.glo.in §.siue causas, ver.monstrauerint, in Authen. vt cum de
8 *appellat.cogno.* † *Et hoc solo casu querelam inofficiosi vigere hodie traditũ est Alcia.d.l.1.ff.de vulga.& in l.si filius qui in potestate.ff. de liber. & posthum.*

9 *Ac (quod dictum est)* † *exhæredationem sine causa vllius, aut etiam sine causæ legitimæ insertione factam reddere testamentum ipso iure nullum, non minus procedet, & si legitimam suam quouis alio titulo sic exhæres factus accepisset, cum suprà dixerimus, nihil ad sustinendum formæ huiusce defectu inualidum testamentum prodesse, quòd legitimam acceperit, si non institutio facta sit, quo in articulo nemo discrepat, verùm ille magis in controuersia est articulus, an vbi forma exhæredationis seruata est, suaq; legitima alio titulo filio exhæredato assignata est, sustineatur testamentum, quamuis nullo institutionis titulo filius honoratus auctusq; sit, & hoc quoq; casu arbitratur Alciat.in l.si filius qui in potestate est, in 7. ampliat. ff. de*
10 *liber.& posthu.* † *quòd, quamuis legitimam quoquo titulo consequutus sit, non sufficiat tamen, si esset exhæredatus, vel præteritus ea præteritione, quæ uim exhæredationis habeat, vt est preteritio materna, sed omnino esse instituendum, vt querelam effugiat, nisi tamen iusta exhæredationis causa inserta probataq; sit, nam, si causa probata non sit, non poterit hæres testamentum defendere hoc prætextu, quod, cum legitimam suam perceperit, non habeat querelæ causam, quippe, cum iam dixerimus institutionis titulo filium honorari oportere, qui nulla ingratitudine amorem paternum demeritus, aspernatusq; sit, quod etiam verba ipsa Authenticæ constitutionis demonstrant in d.§.aliud quoq; capitulum, dicentia, non licere penitus Patri, uel matri &c. suum filium, vel filiam vel cæteros liberos preterire, vel exhæredes facere in suo testamen:o, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunq; modum eis dederit legibus debitam portionem, nisi forsan probabuntur ingrati, & ipsas ingratitudinis causas parentes suo insinuarint testamento, valebit igitur, hoc quidem casu*
11 *testamentum ipso iure,* † *sed tamen querela, uti inofficiosum rescindetur, sic vides inofficiosi querelam non modò competere, vbi nihil filio relictum est testamento, exhæredatusq; est causa inserta, verùm etiam, si sua legitima ei relicta sit, sed tamen ingratitudinis causa testamento inserta probari non potuerit.*

Præte-

Preteritio autem hoc iure Authenticorum nouissimo multò magis testamentum vitiabit, neq; vllo modo sustineri poterit, neq; vllo commento.

12 † *Quinimò filio etiam preterito cum insertione causæ legitimæ testamentũ nihilominus erit nullum, etiam, quod causa probata foret gl. d. §. exhæredatos, in Authen. de hæred. & falc. versi. noluit, Alex. & Imol. post antiquiores in Authen. non licet. C. de liber. præter. Alcia. d. l. si filius qui in potesta te, quamuis Petrus & Cyn. ibi senserint adiectione causæ non preteritionẽ, sed exhæredationem censeri factam, arg. l. 3. C. de liber. preter. quod tamen nullo iure probatur, Alii verò, vt Ang. Castr. Ias. Cur. in d. Authen. Ex causa, tradiderint, quamuis testamentum hoc casu sit à principio nullum, tamen causæ probatione postmodùm conualescere; quam sententiam tamen Alex. meritò ibi regulis iuris ait repugnare, vt, quod ab initio nullum est, conualescere exinde possit l. pen. de reg. iu. l. 1. §. fi. ff. si tab. testam. nul. exta. neq; hæres, qui incertus est, an testamentum valiturum sit propter incertitudinem probationis faciendæ adire potest. l. hæres. l. sed si de suo. ff. de acqui. hæred. neq; præteritionis iustitia à causa, quemadmodum exhæredatio diiudicatur, si quidem exhæredatio interdum permittitur, uidelicet subsistẽte causa, Preteritio nullo casu, & quãuis in d. §. aliud quoq; capitulum, & in d. Authen. non licet, videatur uniformiter, eademq; determinatione de exhæredatione, & præteritione loqui, decidens, non licere Parentibus exhæredare filios, vel preterire, quamuis filius legitimam aliquo titulo sit con-*
13 *sequutus, cum de præteritione tamen loquitur, † non de Paterna, sed de ea, quæ exhæredationis uim habeat, intelligenda est, idest preteritione materna, quæ & iure veteri non erat improbata. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. At preteritio paterna numquam non à legibus reiecta, detestataq; fuit. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. Neq; in causis ingratitudinis recensendis vlla vnquam præteritionis Paternæ, sed exhæredationis tantùm mentio in lege Iustiniani deprehenditur, in d. §. aliud quoq; capitulum, & §. causas quoq; in Authen. vt cum de appellat. cognos. Præteritio quidem materna cum insertione causæ sustinetur glo. d. verb. noluit in. §. exhæredatos, Bertran. consil. 1. nume. 3. lib. 5. & consil. 23. nume. 11. eodem lib. quinto, Clar. d. §. testamentum, quæst. 47. in fin. quæst. uersi. hanc tamen conclusionem.*

Ex supradictis igitur omnibus colligis, quòd, quamuis hæc nostra Authentica dicat, quoquo relicti titulo legitimam relinqui satis esse, aliud tamen serua-

ri

ri posterioribus Authenticis, quibus necesse est, omnino filiũ in aliqua parte esse institutum; ut testamentum valeat, aut causæ ingratitudinis legitimæ insertione esse exhæredatum, rectè igitur Accursius hic in ver. titulo, dixit, correctam esse hanc Authenticam, per Authenticã posteriorem, in §. aliud quoq; capitulum, minus tamen cautè dixit, hodie relinquendam esse legitimam titulo institutionis, si de tota legitima intellexit, cum supra dixeri-
14 mus, † satis esse, si vel in minima parte instituatur, non debuit igitur Accursius dicere, hodie legitimam esse relinquendam titulo institutionis, sed filium aliqua in parte esse instituendum.

Quinimo sufficiet etiam filium esse institutum in re certa, vel particulari, qua in re optimè loquutus est Accursius hic per text. in §. hac autem disposuimus in Authen. vt cum de appella. cognos. quem Bart. Bald. Paul. Alexan. Ias. cæteriq; hoc in loco sequuntur, & Bart. in l. quoties. inf. de hæred. in-
15 stit. † neq; enim propterea filius iure accrescendi priuatus erit, licet in certa re fuerit institutus, neq; minus ei licebit sua authoritate capere, aut ex edicto Diui Adriani in possessionem mitti Iul. Clar. d. §. testamentum. q.
16 38. versi. neq; credas. † Nocebit tamen ei, in re particulari tantùm esse institutum, nam, si rogatus fuerit de restituendo, detrahet solam legitimam, quia non sit hæres vniuersalis Bald. l. filium quem habentem num. 27. infr.
17 fam. bercis. Crauet. consi. 131. num. 13. & consi. 176. num. primo. † Item si alius institutus hæres vniuersalis sit, emphiteusis hæreditaria uel feudum, non ad hæredem particularem, sed ad vniuersalem transibit, Iul. Clar. d. §. testamentum. d. q. 38.

Quamuis tamẽ supradicta vera sint, nempe, quod filius aliquid iure institutionis percipere debeat, vt testamentum valeat, aliqui tamen casus incidunt, quibus necessaria non est institutio, ut quos modo recenseo, si tamen prius vnum casum docuero, in quo institutus videatur filius, nec tamen institutus
18 hæres dicatur, † vt si testator scripto hæredi sic in testamento dixerit, accipito tibi cohæredem Titiũ filium meum in fundo Corneliano, quamuis enim filius sic scriptus hæres videatur, quia tamen verba institutionis non ad ipsum filium relata sunt, sed ad hæredem vniuersalem, institutio non est dicenda, sed fideicommissum. l. lucius. §. fi. & l. pater filium. §. fin. vbi Barto. de leg. 3. Castr. & Doc. hic, Ias. in l. quoties. col. fi. inf. de hær. instit.

19 Primus † erit casus, in quo institutio omissa non vitiabit, vbicumq; testamẽtum factum sit inter liberos, vt ait Accursius hic in ver. titulo, qui credit,

hoc

hoc modo conciliari posse Autbenticam nostram cum §. alind quoq; capitulum, nempe quod ideo quicumq; titulus sufficiat, nec titulus institutionis requiratur, quia testamentum sit factum inter liberos, at in §. aliud quoq; capitulum, non inter liberos sit conditum testamentum, quod dixit etiam gl. in c. si pater verb. instituì, de testam. in 6. quam etiam opinionem tueri conatur Iason hic, & in l. hac consultissima, § ex imperfecto. num. 4. infr. de testamen. Dicitur autem testamentum conditum inter liberos, quando alii
20 *liberi sunt instituti, † verùm hæc questio, an requiratur titulus institutionis, quando testamentum factum est inter liberos, duplicem intellectum recipere potest, Alterum, an licet institutus non fuerit filius, id tamẽ, quod ei relictum est, quasi titulo institutionis sit relictum, censeri debeat, & suppleatur, seu fingatur talis titulus esse appositus, & titulus, qui expressus est, conuertatur in titulum institutionis, Alterum, an titulus expressus suam retineat naturam, nec nomen mutet, sed testamentum nihilominus valeat, quamuis de institutione nullum verbum, nullaq; subauditio fiat, vtilitas non leuis resultat, an vno, an altero modo intelligatur, nam priore casu, si fingeretur titulum hæredis habere, omnes vtilitates, quas supra ex hæreditario titulo resultare filio diximus, consequeretur, idest ius accrescendi, & capiendi relictum propria authoritate, aliaq; supradicta, quod contrà esset, si nullus institutionis titulus fingeretur, vel subaudiretur, nam ex glossa quidem nostra autumare vix sat scio, vtrum ex his senserit, sed tamẽ potius crediderim eam sensisse, minimè requiri, adeò, vt neq; ommissus suppleatur, & eodem sensu intelligo glossam in d. c. si pater, sed Iason, dum contrariam opinionem defendit, in quarto videlicet argumento, quod facit pro ea, sentit, ideo valere, quia subaudiatur, seu fingatur titulus institutionis, in quo hallucinatum eum opinor. Sed quisquis ille fuerit intellectus, seu vt institutio facta fingatur, seu vt illo titulo, qui expressus fuit, censeatur, & nihilominus testamentum valeat, vtrumq; intellectum falsum credo, quamuis Iason nimis audacter non vereatur dicere veram esse hanc opinionem vti Euãgelium; Dico enim ego veram esse communem opinionem, scilicet, quamuis inter liberos factum sit testamentum, institutionis titulum nihilominus desiderari, vt testamentum valeat, quam opinionem magis receptam idem Iason hic fatetur, & Iul. Clar. d. §. testamentum, uersi. sed quero tu scis.*

Neq; rationes pro communi stantes vlla responsione elidi possunt, nec pariter Iasonis vllam vim habent argumenta.

Si

Siquidem hanc opinionem adiuuat. quod text. in §. aliud quoq; capitulum generaliter loquutur, & non modicam vim pateretur, si quis diuinare vellet, eodem testamento, quo filius vnus nullum institutionis titulum habuit,

consi. 281. num. 9. lib. 2. quod maximè rationi consentaneum est, l. vt liberis, infr. de collat. l. cum oportet, in princip. infr. de bo. quæ lib. æqualitas enim inter liberos præcipuè commendata est, l. inter filios. infr. famil. hercis. Authen. in successione. infr. de suis & legitimis, l. prima infr. Vnde liberi. §. illud, in Authen. de æqual. dot. ubi Angelus dicit, Patrem non debere filiorum alterum vti legitimum, alterum vti naturalem tractare, ex eo textu, quinimo dixit Ange. in consi. 287. Incip. pro clariori decisione Thematis. colum. 3. ait, grauius ferre fratrem, si frater suus ex Paterna hæreditate plus consequatur se, quàm si extraneus etiam inimicus id consequeretur, & idem repetit in consi. 364. Incip. Petrus fecit Testamentum. col. 2. quem refert & sequitur Tiraquel. de Iure Primogen. quest. 4. num. 7. & num. 10. ubi multùm inuehitur contra inequalitatem, qua Parentes utūtur inter liberos, & est tex. in l. cum oportet, post princip. infr. de bonis quæ liber. in illis uerbis. vel ad fratres, quod grauius etiam multis videtur. Satisq; rationi congruum est, procedere eum textum tunc duntaxat, ubi æqualitas seruata est, nam, quòd testamentum etiam imperfectum inter liberos valeat, fauore ipsorum filiorum est inductum, quare videmus, eam dispositionem extraneis nullum commodum, sed liberis duntaxat importare, d. §. ex imperfecto. quapropter nō debet in eorum damnum retorqueri, quod sequeretur, vbi inæqualitati fautum, vel saltem ipsam inæqualitatem æquo animo à legislatoribus tolleratam diceremus.

Ad secundum Argumentum Iasonis eadem pariter responsio accomodatur. Sic enim dicebat Iason: In testamento ad pias causas titulus institutionis filii non requiritur, ergo nec pariter in testamento inter liberos, cum utrobique eadem ratio vigeat, quòd solum ius gentium, non ius ciuile in hisce testamentis spectetur; institutionis autem titulus iure ciuili, non iure gentium sit inductus. Bart. in repet. l. 1. C. de sacrosan. eccles. nam respondeo, procedere vbi æqualitas seruata est, secus si inæqualitas, unum instituendo, alium non, uel inæqualiter. Est tamen hæc propositio non sine controuersia, quòd filiis (scilicet, inæqualiter institutis testamentum fauorem perdat, nam & Castren. & Aretin. Riminal. & Corn. contrarium sentiunt in d. §. ex imperfecto, cum Castrensis ponens utilitatem ex hoc resultantem, an filii ex testamento, an ab intestato hæreditatem capiant, quia (inquit) fortasse pater inæqualiter testatus est, quod etiam innuere videtur Alex. in consil. 146. col. 2. in princip. uersi. & prodest tale testamentum, quod tamen mihi non tan-

tam videtur æquitatem habere, quantam superior Romani opinio, & alia videtur ex ea inspectione vtilitas resultare, quàm Castrensis dicat, an scz. ex testamento, an ab intestato succedant filii, vtilitas inquàm erit propter legata ipsis liberis relicta; contrarium etiam dicunt, Paul. & Iason in d.l. hac consultissima, C. qui testam. face. poss. colum. 3. & longè plures contrarium tenere ait Socin. Iun. consil. 189. uolum. 2. nume. 87. Item respondet Coarruuius in d.c. Raynutius. §. primo. num. 3. quod supradicta inæqualitatis consideratio tunc saltem dubio procul militabit, cum maxima iniuriosaq; fuerit inæqualitate vsus testator, vt cum ignobili titulo uni se credit satisfacere, aliis institutis, ex Curt. Iun. in d. §. ex imperfecto num. 2. Anton. Rub. consi. 5. in 3. uolum. colum. vltima & Apostil. ad Alex. consi. 168. lib. 5. in littera A.

Alio etiam modo responderi potest ad utrumq; suprascriptum Iasonis argu-
22 mentum, † quod scz. d. §. ex imperfecto, locum non habeat, vbi est vitium preteritionis, cum id sit quasi delictum testatoris, Bald. & Iason ibi in d. §. ex imperfecto, prior quidem num. 3. posterior num. 5. dicens procedere solùm eam legem, vbi vitium est in defectu numeri testium, quod quidem vitium non est in persona, vel consensu, sed in quadam solemnitate probatoria, quare non dicitur tale uitium esse intra rem, sed extra rem, idest (inquit ipse) non est intra ueritatem actus testandi, & æquitatem; Ac quod testamentum etiam inter liberos non sustineatur, ubi est defectus propter preteritionem, est communis Doctorum sententia, vt testatur Decius d. consi. 105. col. pen. uersus finem, prope nu. 6. quicquid aliter tenuerit Castr. in d. §. ex imperfecto.

Tertium Iasonis argumentum pariter nullo, aut paruo negotio dissoluitur, dum pro sua opinione adducit textum in c. Raynutius de testam. vbi valet testamentum, licet filia Alterochia nihil perceperit titulo institutionis, sed tantùm iure legati, idq; ea ratione, quia intèr liberos conditum erat testamentum, sic enim intelligendo (inquit) quod iure legati sit relictum, multa cessabunt, quæ alioqui obstitissent.

23 Respondeo, † quod textus ille non de relicto legato, sed de institutione interpretãdus est, quemadmodum etiam interpretatur Bernar. Glossator ibi in verb. relinquens, dum admonitos nos facit, his ipsis uerbis uidelicet, & quod dicit (relinquens) intellige, quod instituit eam hæredem sibi in illis rebus, aliàs non valuisset testamentum iure nouissimo, qui quidem intellectus

(ni fallor) est receptus, & verus est, cum nihil nos cogat, ut potius titulo legati, quàm institutionis relictum autumemus, Tutius enim est, ac iuri magis consonum, quod instituta sit alterocha, neq; verbum (relinquens) suadere nobis potest, legatum potius, quàm institutionem factam, si quidem in eodem textu paulò infra, idem uerbum (relinquo) institutionem significat, prout omnes sine ulla prorsus controuersia interpretantur, neq; refert, quòd illud verbum inferius adiectum sit vniuersitati bonorum, qua ratione institutionem denotat, sed in superioribus verbis rei certæ adiectum sit, nam respondeo, quod etiam bonorum vniuersitas legari potest. l. mulier. §. fin. ff. ad Senatusc. Trebel. ac contrà in certis etiam rebus institui hæres potest. l. quoties. C. de hæred. institu. Item, cum lex illa Pontificia in titulo nullam vim faciat, sed alia sit ipsius difficultas, uerisimile est, quòd terminos habiles presupponat, vt scz. institutio facta sit, testamentumque ualeat, l. qui testamento. in princ. ff. de testam. l. fin. vbi glo. C. sine censu vel reliquis; & quamuis uideatur, uerbum hoc, (relinquo) appositum rei particulari legatum non institutionem significare, id fortè procedet, vbi ille actus, qui geritur, non minus patitur aliud relictum, legatum puta, aut fideicommißum, quàm institutionem; Verùm ubi actus, qui geritur, necessariò institutionem requirit, & lex dicit, relictum esse aliquid, actusq; validitatem supponit, necessariò est intelligendum, titulo institutionis relictum, ne tacitè uideantur iura antiqua correcta, aut tacitè decisum, quod maxima in controuersia est, quare cõcludo textum in d. cap. Raynutius nihil obstare opinioni communi, cùm institutionis titulus potius, quàm legati, alteriusue particularis relicti intelligi debeat.

24 Quartum † idemq; ultimum Iasonis argumentum contra supradictam sententiam est, quia testamentum factum inter liberos intelligitur semper habere clausulam illam (omni meliori modo) glo. l. cohæredi. §. cum filiæ. uersic. non ualuit. in fi. ibi. Item hoc nisi inter filios. ff. de vulga. Vbi Imol. & Alex. & idem Alex. in d. l. hac consultißima. §. ex imperfecto. num. 11. & ibi etiam Bald. & Ias. num. 8. Castren. consi. 83. colum. 3. uersi. tertiò dicit Bart. in fi. Dec. consi. 176. colum. 1. num. 2. cum sim. quæ clausula solet operari ex sua generalitate, ut ualeat testamentũ, perinde, ac si relictum fuisset titulo institutionis. Bald. l. quoties. colum. 2. infr. de hæred. instituen. cum aliis citatis à Iasone, quibus adde Decium consi. 14. colum. 2. num. 4. uersi. similiter si filio. & consi. 77. colum. 3. in princ. uersi. facit quod notat Bald. & Ruin. consi. 6.

*num.5 .lib.2 .& conf.1 1 .num.5 .& 1 3 .eo.lib.2 . si igitur talis clausula cẽ-
setur apposita, eiusq; clausulæ vis facit, vt videatur filius institutus, ergo satis clara res uidetur, vt testamentum valere debeat, non minus, quàm si titulo institutionis aliquid filius accepisset.*

Ad hoc argumentum eodem modo respondere potes, quo ad primum & secun-
25 *dum argumentum responsum est, videlicet, † quod testamentum inter liberos factum ita demum priuilegio fruitur, & clausulam illam (omni meliori modo &c.) ita demum censetur habere, si æqualitas inter liberos seruata sit,*
26 *aliàs secus, † vel secundò, quod non censetur habere dictam clausulã, quãdo præteritionis vitio testamentum est nullum, quemadmodum suprà diximus. Vel tertio responde, quod ea clausula, (omni meliori modo) suum effectum operatur, quando expressa est, sic enim loquuntur doctores suprà citati, secus si tacitè subintelligatur. † Sed hæc tamen responsio non fortè vera est, cum par uirtus sit taciti, & expressi, & quid subauditio illa, vel fictio prodesset, si nihil operaretur? hoc tamen dixit Bald. in d. l. quoties col. fin. vel responde, glossæ illius in d. §. cum filiæ, dictum non omnino sine controuersia esse, cum ei videatur obstare textus in l. si frater. C. de fideicommissis, ex inductione Coaruuii in d. c. Raynutius. §. 1. qui tamen tandem tenet glossam num. 4. & ibi uide etiam alias eius responsiones ad hoc argumentum, dicẽtis in testamento liberorum gratia facto clausulam intelligi in eo, quod ipsis liberis vtile sit, non in damnum alicuius eorum, sicuti damnum esset, quemquam eorum institui expreßè, alium uerò tacitè, nam quodãmodo fit iniuria ei, qui nominatim non instituitur, aut qui æquali honore simul cum fratribus ad patris bona non vocatur, vel (inquit) Decisio Baldi est intelligenda, cum testamento apponitur illa clausula (ualeat omni meliori modo) non quando simplex codicillaris clausula adiicitur. Alex. cõsi. 5 0. uol. 7. Cur. consi. 1 69. col. 2. nam primo casu legatum filio relictum ad institutionis titulum refertur, non in secundo.*

26 *His † igitur opinor satis defensam communem opinionem, ut intrepidè dici possit, testamentum etiam factum inter liberos vitiari, si filius nihil titulo institutionis habuerit, licet aliquid alio titulo accepisset, quicquid Accursius, Iasonq; & si qui alii contra hanc opinionem adstruxerint, quod magis etiam procederet, si intelligeremus, tale relictum filio non ad titulum institutionis trahi, sed in sua permanere propria relicti natura, cum tunc nõ diceretur habere tale relictum titulo honorabili & vtili, vt requiritur, Nec credo hoc*

vllo

vllo modo permitti, ut testamentum sustineatur, si non filius in eo institutus sit expressè, uel saltem institutio subaudiatur.

27 *Alius † casus, quo testamentum sustinetur, etiam si nihil filio institutionis titulo relictum sit, affertur, vbi in testamento expressa est clausula illa supradicta (Omni meliori modo) Bald.d.l.quoties inf.de hæred. institu. Paul. Castren.consi.355.Incip.super puncto colum.pen.Dec.consi.14. colum. 2. num.4.versi.similiter si filio,& consi.77.colum.3.in princ.ver.facit quod notat Bal. Ex quo fortè non esset tutum consilium Decii 105.si in illo testamento, de quo ibi tractatur, fuisset illa clausula, quamuis enim hæc clausula semper subintelligatur, vt diximus suprà, tamen plus operatur expressa, quã tacitè subintellecta; Bald.in d.l.quoties.*

28 *Tertius † affertur casus, vbi testamentum est conditum ad pias causas, puta, quia instituta sit Ecclesia, vel pauperes, nam & tunc sustinebitur testamentum, licet filius nihil titulo institutionis perceperit, Bart.in repet. l. 1. in 2.quæst.quin.prin.part.sup.de sacros.Eccles.quia hoc de mero ciuili iure est introductum, vt filio aliquid institutionis titulo relinquatur, quod ius ciuile in piis causis spectari non solet, sed ius gentium c.cum esses.c. relatum de testamen.& sequuntur Doc.adeò ut frequentißimis calculis recepta sit. Alex. l.inter cætera.num.4.de libe.& posthu.Ias.consi.195.colum.fin.lib. 2. Iul. Clar.d.§.testamentum.uersi.sexto infertur, et tale quidem testamentum sustinebitur non modò in fauorem piæ causæ, sed etiam quò ad legata causæ non piæ facta.Saly.in Authẽ.Cassa.nu.7.C.de Sacro.eccles.Crot. qui dicit cõmunem in l.re coniuncti,nu.160.de leg.3.*

Nec dicatur, eandem esse rationem, ubi alii liberi sunt instituti, quæ subest pia causa instituta, neq; enim eadem ratio est, nam filius magis dolet de inæqualitate inter fratres, quam si extraneo relinqueretur glo.no. in §. & quod sepe in ver.adducunt.in Authen.de triente & semisse. quæ citat textum in l.cum oportet,§.1.infr.de bo.quæ liber. ibi ad alios transferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam grauius multis esse videtur, diximus etiam supra; quare potes intrepidè hanc sententiam sequi, quod fauore piæ causæ huiusmodi sustineatur testamentum, etiam quò ad alios, quã etiam sequutus Benedict.in rep.c.Raynaldus uersi. testamentum nume. 69. Ias.d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto,num.10.ubi etiam Curt.num.18. & seq. Sed tamen Illust.D.Clarus in d.§.testamentum quæst.v.uer.sed quaro tu vides. in fi.dicit hanc opinionem sibi numquam placuisse, quia de facili

parata

parata esset uia fraudi, & falsitati, quod etiam perpensum ait à Curtio in cit. tato. §. ex imperfecto, quod non pretermittendum puto absque speciali obseruatione.

29 *Ex † præscripta conclusione posita in tertio casu consequitur, quod testamentum eius, qui religioni se suaq; omnia addicturus est; à tali obseruatione immune erit, valebitq;, etsi nihil filio institutionis titulo reliquerit. Bar. in Authen. si qua mulier. num. 7. & seq. C. de sacros. eccles. quæ quidem ab omnibus recepta est sententia Claud. l. inter cætera. num. 12. ff. de liber. & posthu. Iul. Clar. d. §. testamentum quæst. 38. vers. Item quero quid in eo qui uult ingredi. Monasterium pariter ipsum, quod ingreditur, non est necessariò instituendum Bart. d. Authen. si qua mulier. num. 17. in fin. Dec. consil. 31. Rip. l. si umquam q. 35. num. 94. C. de reuo. dona. & q. 28. uersi. aut vero, Iul. Clar. vbi supra.*

Quarta species, in qua institutionis titulo ommisso testamentum nihilominus subsistit, est, (vt nonnulli crediderunt) cum lege municipali diuersum quid à iure communi de legitima disponitur, augendo puta, aut etiam minuendo legitimam, cum eam relinqui debere, disponit simpliciter, huius enim sententiæ Author fuit Bald. in l. maximum uitium colum. 5. in fin. versi. ulterius. num. 14. & 15. C. de liber. preter. uersi. in contrarium uidetur, ibi, nec puto esse

30 *necesse, quod relinquatur titulo institutionis, redditq; rationem, quia † lex municipalis à lege communi, cui derogat, interpretanda non est l. fin. inf. de indic. uidu. tollen. l. 1. §. hũc igitur, sup. de no. Cod. confir. l. 1. §. repetita sup. de emendat. iust. Cod. l. 1. in prin. inf. de latina liber. tollen. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obligat. l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re milit, quod dictum sequitur Castren. hic, dicens hoc ad statutum Teruisinum pertinere, & idem Castren. in l. si. §. in computatione colum. fin. num. 12. C. de iur. deliber. & Alex. cons. 3. nu. 3. lib. 7. & cõsi. 227. ponderatis narratis nu. 3. & 4. lib. 6. & cõsi. 35. uiso. col. 3. nu. 11. eo. lib. 6. & consi. 249. perspectis, col. 3. nu. 7. eo. lib. 6. Balbus in trac. ꝑscriptionũ in vltima questione quartæ partis, ult. par. princip. Corn. d. l. fin. §. in computatione. de iure deliberan. Socin. in l. cũ filius familias colum. 5. in fin. num. 11. ff. de verb. obligat. Rom. consil. 399. colum. 3. num. 13. dum Baldum citat in d. l. maximum uitium ad regulam supradictam, quod lex corrigens non sumit à lege correcta interpretationem Tiraquel. de retractu. lignagier. §. 1. glo. 10. num. 76. & seq. & his consonat, quod dicit Bald. in c. cum non liceat, colum. fin. de præscrip. quod statutũ*

præscriptionis longæ tempora ad decem annos in personalibus coarctans loco præscriptionis triginta annorum, de qua in l. omnes, & l. sicut. C. de præscript. triginta annorum, censetur prohibere etiam actionis perpetuationem, de qua in l. fin. C. de præscrip. trig. anno. & quod idem Bald. dicit in. l. properandum. colum. 3. C. de iudic.

31 *Sed † diuersam in partem plures Doctores transierunt, docueruntq;, & hoc casu institutionis titulum requiri, quamuis legitima per legem municipalem aucta, imminutaue, aut alio modo mutata sit, nam & Iason hic, & in Auth. Preterea colum. 5. in princ. num. 14. inf. Vnde vir. & vxor. & in l. omnes populi num. 61. ff. de iust. & iur. contrariam sententiam tuetur, & Alex. in l. inter cætera ff. de liber. & posthu. qui Alexander addit, idem tenuisse etiã Calderinum consi. 32. sub. rub. de testam. qui Calderinus dicit, quòd lex municipalis filiorum legitimam locupletans, hunc simul effectum pariet, ne ea legitima onerari, grauariq; posßit, quemadmodum & in legitima iure Romanorum statutum est per l. quoniam in prioribus. infr. eo. Idem Alex. in d. l. fin. §. in computatione colum. pen. ad fin. & colum. seq. inf. de iur. deliber. & in l. si quis priore; num. 60. ff. ad Trebellian. & ibi etiam Roman. in d. l. si quis priore Dec. in consi. 445. colum. 11. in princ. num. 49. qui tamen nuncupatim hunc articulum non ponit, sed Baldum duntaxat allegat in d. l. maxim. vitium, in hoc, quod lex corrigens non declaratur à lege correcta. Curt. cõsil. 78. colum. 3. Claudius in d. l. inter cætera, num. 16. & Politus in l. filium quem habentem, & postremo Ill. D. Clarus in d. §. testamentum q. 38. ver. sed pone quod in ciuitate extat statutum, qui hanc magis receptam opinionem affirmat, quod et ego credo uerum, & iure merito quidem receptam opinor, quandoquidem longè pluribus melioribusq; rationibus fulta est, quàm cõtraria Baldi, sectatorumq; suorum sententia, cum pro hac communi hæc infrascripta ualidißima propugnacula sint.*

32 *Primo † statuta omnia interpretationem recipiunt à iure communi, uulg. l. 2. inf. de noxal. act. c. cum dilectus. ex. de consuet. cum simil. Neq; uera uidetur regula tradita per Baldum, ut in lege corrigente hæc doctrina cesset, cũ ea regula conuincatur falsa ex authen. offeratur. sup. de lit. contesta. iunct. glo. ibi in uersi. fideiußione, cum text. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. vbi glo. d. enim Authen. offeratur. corrigit l. primam eod. titul. & tamen ab ea interpretationem sumit, Iason hic, & Imola in l. si uerò. §. de viro. solu. matri.*

Secundò statuta sic interpretari solent semper, ac debent, ut quàminimùm ius commune lædant. l. Cæsar. ff. de publican. l. vt gradatim, §. sed si lege. ff. de mu ner. & honor. l. ius singulare. l. quod verò. de legib. l. un. inf. de inof. dot. l. 2. infr. de noxal. c. cum expediat. de elect. in 6. glo. d. l. fin. §. in computatione. inf. de iur. deliber. c. cum dilectus; de consuetu. reg. quæ à iure communi exorbitant. in 6. Bart. l. omnes populi, 2. quest. princ. ff. de iust. & iur. Et constat statuta esse stricti iuris. l. constitutionibus. ff. ad municipes. sic & actiones ab eis orientes. §. actionum autem quædam. inst. de actio. quare casus à statuto ommissus suppleri non debet, sed pro ommisso haberi. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obliga. & iuris dispositioni communis relinqui. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matri. & l. si extraneus. ff. de condi. indeb. Item pluribus Doctorum decisionibus ostenditur, dictam Baldi regulam receptam non esse, nam, si eã recepissent, alio modo decidissent infrascriptas questiones.

Inter quas illa est, quòd si cuiuspiam ciuitatis, vel municipii lege cautum sit, ut quisquis decem annorum spatio rem aliquam iusto titulo possederit, verus dominus, & possessor habeatur, hanc tamen interpretationem patietur, si videlicet bona fide possederit, malæq; fidei possessor hoc beneficio statuti nõ fruetur. Ange. in l. sequitur. §. si viam. ff. de usucap. Corn. consi. 375. colum. 2. num. 6. lib. 3.

Item existente statuto, vt hæreditas ad proximiores deferatur, nepos cum patruo pariter succedet, & si remotior nepos sit, quia ex communi iure nepos patris sui locum seruat Authen. cessante. C. de legit. hæred. & in Authen. ut fratrũ filii in Rub. & in Nigro. secundùm quod ius commune statutum exaudiri oportet. Corneus consi. 115. nu. 26. & 27. lib. 2.

Ad hæc non inconuenit, quod dicit Salycet. in d. l. 2. num. 19. uersic. aut queritur, an extendatur, quòd scilicet statutum non extenditur ad casum, sine quo dispositio suum sortiri potest effectum, si eadem ratio non subsit, & ibidem, num. 17. versi. secundo uero casu, ait statutum nõ debere interpretari, vt ius commune corrigat, quandocunq; verba statuti locum habere possunt, atque operari absq; illa interpretatione correctiua.

Sic &, existente statuto, vt filiusfamilias testari possit, non tamen interpretabimur, quod minor numerus septem testium, quot à iure communi requirũtur, adesse debeat; &, quamuis id statutum ius ciuile corrigat, ab eo tamen interpretationem capiet, Bart. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad l. falcid. & l. 2. de leg. 1. et

tamen certum est corrigere id statutū ius ciuile.l.qui in potestate.ff.de testa. l.senium.in fi.C.qui testam.fa.possunt.

Congruit hic etiam regula subrogatorum,de qua in l.item ueniunt.§.cū predixerimus.ff.de petit.hæred.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut.c. Eccle sia. primo. Ex.vt lit.pend.cum sim. nam cum hæc legitima statutaria(ut ita dicam) subrogata sit loco legitimæ iure communi diffinitæ, debet omnes legitimæ communis regulas sequi,tituloq; institutionis dari,constat enim predictam subrogati regulam sibi locum uendicare, quamuis aliqua in re subrogatum discreparet ab eo,cuius loco subrogatur, in cæteris enim eiusdem naturam sequetur.Castren.consi.165. ista Domina Lisa. circa fi.lib.1.Dec. consi.190.col.1.& consi.543.col.2.

Hinc præscriptio à statuto correcta,puta,si triginta annorum præscriptio ad decem annos reducta sit,non minus pupillis curret, quàm maioribus, Bald. in l.sicut.C.de præsc.trig.ann.& in c.1.§.porrò in uersi.triginta annos.in tit. qualiter olim pot.feu.alien.ad quod multa conueniunt posita per eundem Bald.in l.ult.in 3.not.per illum text.C.de temp.in integ. rest. & idem Bal. & Salycet.in.l.in contractibus in princ.1.not.inf.de non nu.pecu. & quæ plurima congerit Tiraq.in d.tract.de retract.lignag.§.1.uers.de dans lan. glo.10 nu.79.

Nec longè ab his discedit,quod dixit Castren.in l.ea quæ C.de tempo. in integ. rest.& ibi etiam alii, ꝙ statutum habens eum pro maiore, qui excessit annū ætatis decimum octauum,recipit interpretationem à iure communi, idest à d.l.ea quæ, adeo ut ille maior annis decem & octo,restitutionem usque ad annos uiginti quinq; petere possit, quamuis maior sit pronunciatus,qua tamen in specie Baldus contrarium dixit in Authen.si captiui.C.de episc. & cler.& D.Aymo Craueta pro opinione Baldi consuluit,cuius tamen consilium hactenus (quod sciam) editum non est, cum qua & ego consulendo concors fui,cum multa mihi ea in specie suaderent Baldi sententiam Castrē-sis sententiæ præferre.

Addam etiam his, quod dicit Bart.in l.titio centum.§.titio genero. colum. fin. num.6.& 7.ff.de condi.& demonstr.de quo etiam Alciat.lib.1. car. 2. de verb.signific.Ruin.consi.3.num.9.lib.1.Corn.consi.1.num.16.lib.2. quòd statutum disponens, ne filia dotata à Patre succedat,nèue aliquid contra testamentum dicere possit,non tamen uidetur dotem velle dari filiæ,antequam nubat,& sic,licet dos succedat loco legitimæ,non tamen lex communis in eo

corrigitur, dum reiicit à legitima omnem dilationem. l. quoniam in prioribus. infra eodem; multaque alia similia adduci possent, quæ consultò missa facio.

Nec te moueat allegata l. fin. infr. de indic. uid. toll. qua videtur probari, legem correctam minimè legem corrigentem declarare, id enim ibi fit ratione correlatiuorum, in quibus scimus, idem ius statui solere, ut ibi notant Doctores & Barto. in l. prima C. de Cupressis. libro decimo, nec probat Baldi intentionem, quemadmodum nec aliæ leges supra citatæ pro eius regula.

Tu tamen uideas, an supradictæ Baldi conclusioni, ut titulus institutionis minimè requiratur tali statuto existente, faueat hæc ratio, quia tali interpretatione reditus fiet ad ius antiquum, iure enim antiquo (ut iam suprà dictum est etiam per nostram hanc Authenticam) institutionis titulus non erat necessarius, sed quicunque titulus sufficiebat, unde non tam uideretur ius antiquum corrigi, quàm antiquius in vsum reuocari, Et multæ eademque
33 *pulchræ decisiones in medium proferri possunt, † quibus constat, eam adiuuari solere interpretationem, qua ius antiquum ad obseruationem reuocatur, ad quod text. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. ff. de pact. in cap. ab exordio. 35. distin. glo. in cap. 3. versi. numerandam. circa princ. uersi. item per hanc reditur ad ius commune. de preben. in 6. quodque dicit Alex. in consi. 86. in causa daciorum, colum. fin. in fin. uersi. ad hoc facit in simili. lib. 1. quòd, vbi Princeps causam committit, præsumitur potius in forma iudiciali cognoscendam commisisse, quàm non iudiciali, & si hac quoq; posteriori forma potuisset committere, quia sic res reuertitur ad suam naturam. & Dec. consi. 353. colum. 1. num. 2. & consi. 11. colum. pen. versi. sexto confirmatur, & consi. 69. colum. 2. num. 5. & consi. 88. colum. fin. in fin. qui in supradictis omnibus locis hanc pronunciationem celebrat, statutum nempè, quo ius antiquum recuperatur, dignum fauore censeri; hinc, ubi ad ius cõmune reditus fit, clausula (non obstante) necessaria non est Felin. in c. nonnulli, num. 26. versi. tertiadecima conclusio, de rescrip. & quamuis statutum à Populo non habente statuti condendi authoritatem, tolli absq; Principis authoritate non possit, si tamen eo statuto sublato ad ius commune reditus fiat, tolli poterit. Bart. l. omnes populi num. 33. ex tex. in l. cum accessissent, vbi Feli. num. 5. & 6. cumulat multa similia: de constit. & idem Felin. c. cum omnes colum. 3. ad fi. de constit. Hinc & Deci. in Authen.*

Prete-

Preterea, colum. 5. in prin. infr. vnde vir & vxor, dicit, quòd illa Authentica reseruans filiis proprietatem quartæ bonorum uiri uxori inopi relictæ, habet locum etiam in nepotibus, quòd illa reseruatio fauorabilis sit, non odiosa, cum res ad suam naturam reducatur, quæ hæreditas paterna filiis debita est matre exclusa & Cor. cōsi. 82. nu. 16. lib. 2. & cons. 13. col. 2. nu. 5. et 6. eo. lib. 2. (valde signãdũ profectò) ait, statutũ admittẽs pariter ad successionẽ eos, qui sunt cõiuncti ex uno latere tãtùm, cũ his, qui ex utroq; cõiũcti sunt, quãuis ius cõe corrigat, ulz. Auth. Itaq; inf. C. com. de succes. & Authen. cessante. C. de legit. hæred. Est tamen potius ampliandum, quàm restringendum, quia ante dictas Authenticas, & sic ante Iustinianum aliud ius seruabatur, neq; considerabatur uinculorum pluralitas, sed sola graduum, (vt ita dicam) prioritas, ut inst. de leg. agna. success. in prin. adde & Angel. consi. 389. & Corn. consi. 127. colum. fi. lib. 1. & consil. 115. col. 2. & consi. 150. colum. 2. lib. 2. Crauet. consi. 243. colum. pen. circa med. quibus in locis patet, fauorabile existimari statutum, quo ius nouum corrigitur, si ad legem 12. tab. vel diuinam, uel prætoriam, aut mediam iuris prudentiam reducatur, veluti, si statutum excludat fœminas propter masculos, adde & Decium in t. ad nostram. colum. 3. de appellat. Rip. l. nemo potest. num. 49. & seq. de leg. 1. Hinc & reseruationes generales, quas facit S. Pontifex, fauorabiles censentur, quòd per eas ad ius commune transitus fiat, quamuis reseruationes speciales è contra odiosæ sint, Aen. falco. in tract. de reserua. in 2. prælud. num. 2. est glo. in c. quamquàm uerb. deuoluetur. circa med. de elect. in 6. Ab. c. 1. num. 1. de elect. Mandos. regu. 2. Cancel. num. 12. & reg. 3. quest. 10. num. 4. adde etiam, quod dicit Grat. consi. vltimo. num. 34. lib. 2.

Sed hæc tamen te non moueant, aut suadeant Baldi sequi sententiam, nam, ut ommittam, non ita certum esse, statutum censeri fauorabile, quo ius commune in vsum reuocatur, cum tenuerit contrarium Feli. in c. nonnulli num. 26. uersi. tertiadecima conclusio. de rescrip. per glo. c. nouit. de iudic. quãdoquidem nulla in consideratione ius correctum haberi debet, & conueniũt plura congesta per Tiraquel. in prefat. tracta. de retract. lignag. nume. 58. Illa certior, tutiorq; est responsio, quod (ut demus sine veri præiudicio tale statutum fauorabile esse & extendendum) id tamen procederet eo casu tantùm, quando statutum expressè disponeret, arg. tex. in l. vn. §. sin autem ad deficientis. Vbi Bald. C. de cadu. toll. nam, quod per statutum expressum non

est, quomodo extendi, aut fauore poterit frui, hoc autem, de quo agimus, statutum, nihil ponit, quonam titulo hæc legitima sit relinquenda, quare &c. Quare tutum erit concludere ex proximè dictis, statuto prædicto minimè corrigi ius commune, quo disponitur, vt filius aliquid titulo institutionis percipiat.

34 Quinto † loco uidetur titulus institutionis ommissus non vitiare, cum Pater prohibuit filium plus petere eo, quod illi quouis titulo reliquit, videtur enim tunc animo compensandi legitimam relinquere, ac tacitæ institutionis vim habet relictum, quamuis institutio nulla sit facta. Bald. in l. si adulta. C. de heredi. act. num. 2. uersi. sed pone Pater reliquit, quē sequitur Paul. Castr. consi. 323. num. 3. incip. super puncto, quo quæritur lib. 1. & Roman. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. Raphael. Cuman. l. his verbis. ff. de vulga. Corn. consi. 298. colum. antepe. in princ. lib. 1. Ias. hic. Tale autē relictum (inquit Baldus) non ualet in uim institutionis expressæ; sed ex ui resolutæ intentionis seu orationis, ac si dicat, quòd his verbis, vel huiusmodi expressis, uidelicet, Relinquo filio, seu filiæ centum, & prohibeo eum plus petere, uel habere, uideatur tacite facta institutio, suadetur hoc, nam, cum testator aliquid filio in testamento reliquit, uidetur eo titulo relinquere, quē necessitatis, & obligationis exigit debitum, & ratio, Franc. Tigri inter cōs. Bartholi consi. 152. arg. l. gallus in princ. ff. de liber. & posthu. facit etiam, quod dicit Crau. consi. 75. num. 5. quòd, si pater dicat, se filiæ relinquere quinque solidos tantùm, quibus mediantibus vult eam esse exclusam in bonis suis, considerata dote ei constituta, ex hoc censetur, voluisse ei legitimā relinquere, prout ius disponit; idest titulo institutionis; facit tex. in l. 1. ff. de hered. instituen. Vbi si quis dicat, Esto, videtur instituere hæredem, idem, si dicat, ille ex parte tota, ille ex tota, & tex. in l. si debitor. ff. ad l. facid. alleg. per Baldum.

Contrarium tamen tenuit Salycet. in d. l. si defuncta in fin. C. de heredit. act. qui de Baldo mentionem faciens eum confutat, Idemque Salycet. in Auth. Vnde si parens, colum. pen. in fin. num. 4. infr. eo. dum dicit, omninò esse necessarium, ut titulus institutionis exprimatur, cum expressio ipsius adeò sit ex substantia, ommissio ut uitiet; & idem Saly. in l. quoties colum. fi. in fi. infr. de hæred. insti. hoc enim modo ego autumo Alexandrum elicere uoluisse sensum. Salyceti, quamuis Iason hic neget, Salycetum hac de re loquutū. In hac certe Authentica nostra nihil reperio, Salycetum hac de re tractasse.

se. Huius quoq; consilii aduersus Baldum fuit Imola in l.1.§.si ex fundo colum.16.num.58. uersi.unum tamen non omitto.ff.de hæred. instit. & in l.his verbis,colum.fi.uers. item adde suprascriptis; eo. tit. de hered. instit. & in c.Raynutius colum.14.num.52.de testam.qui doctores simul respondent ad text.in d.l.si debitor.ad l. falcid.citatum à Baldo, quòd, & si in ea lege admittendum sit,noluisse Patrem,ut id relictum filio in legitimam imputaretur, non id tamen satis foret,sed requiri preterea institutionis titulũ, His congruit,quòd uerbum, dimisit,non inducit institutionẽ,Raphael Cum. consi.126.Visa copia,colum.1.Dec.consi.105.colum.1.& 2.& frequentiores pro hac parte doctores stant. Clau. l.inter cætera.ff. de liber. & posthu.Iul.Clar.d.§.testamentum q.37.uersi.preterea quero; Nec quicquam refert,uideri unumquemq; eo modo reliquisse, qui modus desiderabatur, id enim intelligendum est, modò eum intellectum verba patiantur,verùm certæ rei adiectum uerbum (relinquo) hunc sensum non patitur. Nec obstat l.1.ff.de hæred. instit. nam ea uerba, quæ in d.l.posita sunt,optimè institutionem hæredis patiuntur,si verbum(hæres) adiiciatur,uel subintelligatur, & ad hoc verba illa tendebant.

35 *Sextò † institutionis titulum exprimi necesse non est,quia tacitè institutus videtur filius (quæ tacita institutio sufficit) cum pater bona sua inter filios diuidit,eorum cuilibet suam assignando portionem,perinde etenim est, ac si diceret,se unumquemq; eorum in portione assignata instituere, Glo.1. in l. quoties.inf.fam.hercis.probatq; id tex.in l.parentibus.inf.eo. & l.si filia. §.si pater.ff.fam.hærcis.Ange.& Imol.l.1.§.si ex fundo.ff. de hered. instit.Imol.in l.centurio.ff.de vulg.Idemq; erit, si filio peculium Pater assignet,nam etiam titulo institutionis non expresso testamentum valebit, Bart. l.fin.ff.de pecul.lega. Idemq; si pater in testamento (distribuendi) uerbo vsus fuerit, nam & hoc verbum institutionem infert, Authen. licet. Vbi Bald.in princ.C.de natural.libe.nam,cum ille text.dicat, quod permittitur distribuere reliquum inter filios,inde colligit Baldus,quod exequutor testamento constitutus ad distribuendum bona inter pauperes censetur constitutus hæres;qua de re Bart. in l.hæreditas 2.ff.de hered.instit. in l. Centurio. questio.2.ff. de vulgar. vbi Angel. Bald. in l. 1.ff. ad leg.falcid. Iason hic.*

36 *Septimò † valet testamentum ommissa institutione, vbi in filii commodum, & vtilitatem ommissio facta est, l. multi non notæ.ff. de liber. & posthu.*

posthu. vbi Docto. iunct. l. si emancipatus, 2. ff. de bo. possess. contra tab. glo. l. scimus. §. repletionem. infr. eo. Docto. l. cum filio. ff. de vulga. Bald. in l. si qua pena. ff. de his qui sūt sui vel alie. iu. Cremen. sing. 12. Ias. l. si filius qui in potestate, num. 12. ff. de liber. & posthu. Dec. consi. 438. num. 8. fa. quod dicit Bart. in l. gallus, in princ. ff. de liber. & posthu. quòd testamentum ex consilio Galli factum his verbis (si filius me viuo moriatur, nepotem institeuo) non uitiatur, quamuis filius præteritus sit, quia non ad iniuriam filii factum est, de quo tamen uide tu Iasonem ibi in d. l. gallus in prin. & d. l. si filius qui in potestate, colum. 3. in princ. num. 9. Hinc suprà recitati Doc. aiunt, testamentum Paternum valere, in quo filius exilio mulctatus, æreq; & persona ob delictum damnatus nihil testamento accepit, neq; poterit hoc casu fiscus nomine filii testamentum subuertere, cum mortuo sic damnatus comparetur, nihilq; ad Fiscum eo nomine transmittat, l. actione. §. publicatione. ff. pro socio.

37 Octauò † sustinebuntur relicta in testamento Patris non obstante præteritionis uitio, ubi in testamento adsit clausula codicillaris apposita, de qua per Bart. in l. 1. ff. de iur. codicil. in 4. q. contra glo. in Authen. ex causa, infr. de liber. prater. quod etiam repetit idem Bart. in d. Authen. ex causa, & ibi etiam Alex. & Ias. num. 22. & idem Iason in l. si filius qui in potestate num. 13. uersic. octauo limita. ff. de liber. & posthu. Corn. consil. 105. colum. pen. lib. 1. Dec. consil. 490. nume. 10. Ias. hic. & ante eos Alex. in consi. 26. num. 5. lib. 1. & consi. 142. num. 4. lib. 2. Tiraquel. infinita more suo coaceruans. in l. si umquàm, uersi. donatione largitus. num. 273. & postremo Ill. D. Iulius Cla. qui huic veluti ab optimis quibusq; receptæ sententiæ adstipulatur in d. §. testamentum, quæst. 46. uersi. quæro tu scis, ubi plura consilia in hoc aduocat, faciuntq; ad hoc tex. in l. generaliter, §. testato. ff. de fideicomiss. liber. & l. posthumus. §. fin. ff. de iniust. rupt. Sed monitum te tamen uolo, me non otiosè, nec ab re dixisse, relicta in testamento Patris vi clausulæ huius sustineri, nō tamen dixi, propterea testamentum valere, quia id uerum non est, nam, si testamentum sustineretur, institutio quoq; staret, quod tamen passim Doctores negant, sed vti codicillos ualere admittunt, quapropter impropriè loqui dicas doctores, vbicumque aiunt testamentum alioqui vitio præteritionis laborans, huius ope clausulæ sustineri, sustinentur enim relicta in eo testamento duntaxat, non autem testamentum, imò transit, ac vertitur in Codicillos testamentum, ut illa ipsa

clausulæ

clausula indicat, si enim testamentum sustineretur, scriptus hæres caperet directo iure vniuersam, in qua institutus est, hæreditatem, quod tamen nemo dixerit fieri posse. Quin etiam satis dubium est, an scriptus hæres titulo fideicommissi vniuersalis hæreditatem sibi directò relictam capere possit, vbi rogatus esset hæreditatem alteri per fideicommissum restituere, tunc enim directò non capit, quia vitio præteritionis testamento irritato subuertitur institutio; Rursus per fideicommissum eam hæreditatem uidetur capere ullo modo nõ posse, cũ alteri fideicõmissũ non ipsi hæredi sit relictum; quam quæstionem mouet Clarus ubi supra, & relinquit indecisam, quòd sub iudice lis adhuc eo tempore penderet; Potest etiam eo casu ambigi, an filius institutus possit duas quartas detrahere, an unam, idest legitimam tantùm, nam Iason in d. Authen. ex causa num. 22. incidenter supponit, quòd filius possit duas quartas detrahere, quod ego medius filius nescirem exemplo ne aliquo poni possit, si quidem duæ quartæ non possunt detrahi, nisi ubi fideicommissum est sub conditione factum, sin purum sit, una tantùm quarta detrahetur, ut communiter Doctores dicunt, in d. l. Papinianus, §. meminisse. ff. de inoffi. testam. & in c. Raynutius, de testam. quod & suprà diximus in
38 *princ. huius interpretationis; † Ambigi etiam solet, an fideicommissum debitum virtute huiusce clausulæ codicillaris, antequam agnitum sit decedente fideicommissariò ad hæredes transmittatur (alia enim fideicommissa uniuersalia transmitti solent, etiam antequam agnita sint Bart. l. cum filiofam. Vbi etiam Alex. qui hoc dicit frequentissimis calculis comprobatum. de leg. 1. & in l. 3. C. de fideicommiss.) sed dicas, hoc quoque transmitti, quod uirtute huius clausulæ debetur, non minus, quàm si expressis uerbis factum esset Alex. d. l. cum filio. Dec. consi. 478. nu. 6. & 7. consi. 490. quicquid Bart. dixerit in d. l. 1. in 1. quæst. ff. de iur. codicil. Neque id ommittam, dum de clausula codicillari agitur in hoc proposito, tantam ipsius esse uim ac potestatem, ut non solùm legata, & fideicommissa ab intestato uideantur ipsius ui repetita, sed etiã clausula illa repetita uideatur, qua plus petere ꝓhibet testator. Decius d. consi. 242. nu. 6. uersicu. sed vltra legitimam. Videbitur tamen fortasse cuipiam, nihil eas clausulas (omni meliori modo, & clausulam codicillarem) operari posse in testamento appositas, quia ex consuetudine potius, & stilo notariorum, quàm ex partium rogatione videntur appositæ, Bart. d. l. 1. in 6. quest. ff. de iure codicil. cum multis simil. adductis per Rip. in l. Centurio. num. 80. ff. de vulga. cum pluribus sequentibus*

tibus numeris,& notarius semper censetur rogatus clausulas consuetas apponere,Bald.in l.fin.per illum text.C.de fideiussor.Idem Ripa in c.cum.M. Ferrarien.de constit.Decius.l.vt liberis.colum.3.inf.de colla.& in d.c.cũ M.in 5.nota.extra de constitu.Ias.l.certi conditio.§.si nummos,3.not.ff.si cert.peta.Crau.consi.75.num.4. Dic tamen, quod imò huiusmodi clausula operari debet, etiam quòd ex stilo apponi consueuerit, nam (ut dicit Ripa in d.l.Centurio num.84.) cum testator publicari, ac vulgari sermone exponi,& declarari dictas clausulas audit,non potest non percipere generaliter saltem earum uim, ac potentiam, quis enim non percipiat,eum in omnem casum prouidere, & uideri omnino velle, id quod agit, valere,quamuis specificè omnes causas, quibus prouidetur dictis clausulis, non intelligat? Imò Dec.consi.490.colum.pen.num.10.dicit Bartholum frequentissimis sententiis confutatum, eò quod dicat,eiusmodi clausulam nihil operari,quin & notarius poterit citra falsitatis periculum institutionis titulũ addere Crau.consi.75.nu.4.cum ubiq, gentium sit stilus,vt apponatur ferè. facit quod dicit Bar.l.illa institutio, de hæred.insti.

39 Sed, † quid si pater testamento simpliciter filio decem reliquisset, post hæc codicillis declarauerit,ea se institutionis titulo reliquisse. Et Bald. quidem hoc casu negauit sustineri testamentum posse; Bald. in l. non codicillum,in fin.infr.de testam.per tex.in l.quod per manus,infr.de iur.codicil.sequitur Iason hic, confirmaturq; hac etiam ratione, nam, cum hæreditas codicillis dari non possit.§.codicillis.insti.de codicil.nec debet ex codicillis posse declarari,nam videretur hoc modo ipsis codicillis data, Bartol.& Docto.in l. & quia.ff. de iurisdict. omn. iud. Dec. in rubr. extra de confirmat. util. uel inut.

Contra quam tamen sententiam facit text.in l.hæreditas in testamento data.ff. de his quib. ut indig.hæred. auf. Potest enim (inquit ille text.) testator codicillis declarare, hæredem uoluntatem suam non mereri, ut hæres hæreditate sibi in testamento relicta priuetur, Dec.cons.361.colum.4.nume.5. Adde &,quod dicit Bar.in l.hac consultissima.§.fin.inf. de testam. quòd si testator filio instituto in testamento extraneum pupillariter substituat, quã tamen substitutionem codicillis deinde reuocet,substitutis his, quibus hæreditas ab intestato defferretur, eiusmodi substitutionis reuocatio tenebit, quod substituti sint loco eorum venientes ab intestato, per illum text. ibi, & fa. l.militis in princ.ff. de testam.mil. Et sequuntur Bart. ibi Castr. & Alex.

&

et idem Alex.in consi.146.col.2.nu.10.lib.2.Dec.cons.361.col.4.uer. 3.respondetur.

Si ergo fauore venientium ab intestato hæreditas directò in testamento relicta, potest codicillis adimi, debet multò magis filio data declarari sustinendi testamenti gratia.

Ad hæc congruit elegans ille tex.in l.hæredes palàm.§.si quid post.ff.de testa. quòd declaratio testamenti, eorumue, quæ in testamento scripta sunt, potest etiam ex interuallo fieri, nam, qui declarat (inquit) nihil nunc dat, sed datum significat. sic qui declarat in codicillis, quod testamento scripsit, non dicitur hæreditatem codicillis dare, sed testamento esse datam, declarare, Hinc Castrensis ibi colligit, celebrisq; est passim omnibus Doctoribus sententia, declarationem ad tempus olim factæ dispositionis, quam interpretatur, retrò trahi, cui sic inhæret, ut simul cum ea manasse uideatur, & propterea fit etiam, ut noua lex veterem interpretans ad præterita quoq; negocia trahatur, quàmuis alioqui futuris tantùm, non simul etiam præteritis scripta videatur c.2.extra de constit. Ex qua item regula ad infinitas prope alias decisiones inferri potest, vt ex Baldo & Castren.ibi.& Dec.consil.51.col. fin.in fin.& consi.220.in fin.& consi.229.colum.2.in fin.consil.114.colum.fin.num.5.& consi.262.colum.2.& in l.in ambiguis.de reg.iur. Unde & Bald.idem in l.cum in testamento, in fin.C.de manum.testam.ait, eum, qui declarat, nil disponere, sed tantùm demonstrare, quid hactenus actum sit, sequitur idem Decius consil.193.col.fi.circa fin.& consi.492.nu.8. Hinc & declarari potest lite etiam contestata libellus, quamuis nõ corrigi, nec mutari possit. Doct.in l.edita.supra de edendo.

Adde his & text.in l.utrum.§.cum quidam.ff.de reb.dub.iunct.l. illa institutio.ff.de hæred.insti. vbi Imol.colum.2.circa fi.uersi.pro prædictis, et, quod dicit Bald.in l.captatorias, vbi etiam Dec.num.12. infr.de testam. mil. ꝙ, quàmuis in alienum arbitrium institutio non possit conferri, institutionis tamen declaratio ab alieno arbitrio pendere potest, Et, si uerum est, quod diximus paulò supra ex consi.Crauetæ.75.num.4.posse notarium securè institutionis titulum apponere, multò magis licere debet testatori declarare, se de eo intellexisse, cùm verba eam interpretationem non refugiant, argu. l. in ambiguis. de reg. iur. Non ob. l. quod per manus. de iur. codic. nam non videtur idcirco testamentum codicillis confirmari, licet declaretur, cum illa declaratio facta uideatur iam in ipso testamento, & nihil no-

ui codicillis dari.

Neq; obest, quod hæreditas codicillis dari non possit, nam (ut diximus) non uidetur codicillis hoc exemplo, sed testamento data, neque testamentum dicitur codicillis confirmatum, sed ueluti dubium, & ambiguum esse declaratum.

40 Nono † titulus institutionis non desideratur, dummodò ipse filius directò per vulgarem substitutus sit, cuius rei ratio est, quia primus institutionis gradus, cum ab eo filius præteritus sit, irritus fiet, ac nullus, sequensq; substitutionis gradus loco eius subrogabitur, & ab eo testamentum incipiet, per text. in l. si filius substituatur, ubi Bald. notat. ff. de hæred. insti. & fa. tex. in l. 3. § fin. ff. de lib. & posthu. & in l. ex facto. §. lucius, ff. de vulg. & pupil. fa. glo. in l. si pater impuberes, ver. substituerit. ff. de vulga. quam ibi Imola summopere notat in hoc, quòd, licet filio institutionis titulus debitus sit, verbum tamen, substituo, etiam ad institutionem trahitur etiam inter filios, aitq;, non facilè aliam Glossam repertum iri prædictæ similem; Est etiam in hoc valde commendatus tex. in l. si pater filium. ff. de uulga. quem Imola ad hoc perpendit, quòd testamentum potest incipere à tacita vulgari, contenta etiam in pupillari expressa, tametsi filius vt substitutus pupillariter, alio modo institutus non reperiatur, quod etiam obseruatione dignum predicat Alex. in d. l. inter cætera in fin. num. 7. ff. de liber. & posthum. & in d. l. si pater impuberes. num. 4. ff. de vulga. ubi sic ait, se consuluisse, Idemq; dicit Iason in d. l. si pater filium in fin. obseruans hoc veluti non parua admiratione dignum, quòd tacita institutio à lege proueniens satisfaciat formæ à lege inductæ filii instituendi, citatq; ad hoc textum in l. 3. supra hoc eod. nostro tit. & in l. fin. infr. de posthum. her. inst. & hoc idem Iason repetit in d. l. inter cætera num. 6. ff. de liber. & posthum. quodque substitutione facta videatur institutionis formæ requisitæ satisfactum, suaderi etiam potest, nam substitutio propriè dicitur institutio, vt patet ex diffinitione, de qua ĩ gl. Rub. ff. de vulga. Vbi Docto. & institutus dicitur etiam, qui substitutus est. l. gallus. Vbi Docto. ff. de liber. & posthu. & l. si pater filio. ff. de vulga. & mandatum factum de instituto, censetur etiam de substituto factum. l. si quis mihi bona. §. pe. versi. idemq;. ff. de acq. hæred. & conditio illa; si me institueris hæredem, censebitur impleta, si me substitueris. l. mulier. §. fina. vbi Castren. ff. de condit. & demon. & tamen nemo ignorat, conditioni specificè, non etiam per æquipollens parendum esse, quamuis enim substitutio sit secunda,

cunda, conditionalisq; institutio, non minus tamen dicitur institutio. Alciat. in d. R. ff. de vulgari. Sed idem Iason hic non omninò certus suæ sententiæ est, sensitq;, huic conclusioni obstare, quòd credat, supra citatas leges, quibus probatur, testamentum posse à substitutione filii incipere, vbi institutus non sit, iure digestorum duntaxat locum sibi vendicare, quo iure non satis certum erat, vtrùm institutionis titulus necessarius esset; Quæ tamen Iasonis hæsitatio inanis fuit, cum suprà dixerimus, illo quoq; Pandectarum iure, institutionis titulum testamento paterno fuisse necessarium; Maior quidem, ac magis probabilis hæsitatio esse potest, quomodò sic facta substitutio sustineatur, & quatenus, quoue titulo valeat, nam Alex. quidem in d. l. si pater filium. in l. si pater impuberes. in l. inter cætera, in l. in quartam, interpretatur, ideo testamentum sustineri, quia substitutio vulgaris aliud nihil sit, quàm conditionalis institutio, instituto autem sub conditione filio, testamentum non ideo irritatur, sed tantùm conditio reiicitur testamento in suo robore permanente. l. quoniam in prioribus, & l. scimus. §. cum autem, inf. eod. Itaq; conditio de substitutione reiiceretur vsq; ad legitimam, quam legitimam purè caperet filius, reliquum verò instituto deberetur, testamentumq; sustineretur, quare filius substitutus efficeretur cohæres instituto, &, quamuis hoc aduersari videatur textui l. lutius, ff. de hæred. insti. tamen procedit, quia hæc substitutio, de qua reiicitur conditio, reducitur ad intellectum institutionis particularis, ut dixit D. Torniellus in l. in quartam. num. 126. ad l. falcid. qui hoc intellectu, cum admittat substitutum filium uulgariter, quò ad legitimam cum instituto concurrere, videtur pariter supponere, quòd primus gradus sustineatur, vt etiam cæteri sentiunt quod tamen ex supradictis iuribus conuincitur falsum, nempe ex text. in d. l. 3. §. fin. ff. de libe. & posthu. in l. ex facto. §. lucius. ff. de vulg. in l. si filius substituatur. ff. de hæred. insti. nam, quod dicitur, conditionem debere ex institutione usq; ad legitimam reiici, non in secunda, sed in prima institutione procedit, ut dicit Bald. in consi. 504. incip. casus talis est. num. 1. lib. 5. Sic enim intelligenda est l. quoniam in prioribus, ne uideatur dictas iam citatas leges veteres correxisse, & quia illa l. quoniam in prioribus, non de conditione loquitur reiicienda, quæ substantiæ dispositionis sic adhæret, vt separari non possit, qualis est substitutio, Iason ibi in d. l. quoniam in prioribus, uer. sexto nota. At in citatis digestorum legibus non tam conditio oberat filio, quàm primus institutionis gradus, ut ait D. Alciatus Illustris præceptor meus in d. R. ff. de

vulga. qui concludit in d.l. quoniam in prioribus, minimè secundum gradum in primum transferri, quod fit in supra citatis legibus fforum.

Concludo igitur, rectè dictum, aliam institutionem non desiderari, modò filius vulgariter substitutus sit, quia ab eo substitutionis gradu testamentum ueluti in nomen institutionis translatæ exordium capiet, neq; institutionis gradus vllo pacto sustinebitur, neque filio substituto cohæres erit, cum filius non ad legitimæ rationem tantùm, sed ad totum id, in quo fuerat substitutus, titulo institutionis admittendus sit, Ex quo vides, quanta huius sit inspectionis vtilitas.

41 Sed † quid dicemus, si pater filium directò post aditam hæreditatem substituerit? hoc certè casu non potest ab hoc gradu (ut potè nullo) testamentum incipere, cum satis constet substitutionem dirrectam à Pagano post aditam hæreditatem non tenere, quamuis miles sic substituere possit l. miles ita hæredem, in princ. ff. de testam. milit. l. centurio. ff. de vulg. atq; hoc dixit Decius in consi. 478. col. 1. nu. 3.

Quid verò de substitutione fideicommissaria dicemus? an scilicet filius per fideicommissum substitutus poterit nihilominus testamentum nullum dicere, cum fideicommissarius effectu hæres esse videatur. l. si filiusfamil. §. fina. vbi Bart. ff. quod cum eo, qui in alie. potesta. quod etiam non obscurè explicuit Accursius in l. scimus. §. cum autem, in ver. celebrari. infra eod. in fin. illius glossæ, dum dicit, quòd prætor fideicommissariũ habet pro instituto, ad quod etiam congruere uidetur tex. in l. ex asse. ff. ad l. falcid. Sed ea tamen glossa paucissimos habuit sectatores, cum omnes nostratum iuris interpretum Principes ab ea dissentiant; Cyn. Bart. Bald. Saly. Castren. Iason ibi, & Bart. in l. ita tamen. §. qui rogatus ff. ad Trebel. & in l. cum ex filio, in prin. q. antepe. ff. de vulga. & in l. multi non not. ff. de liber. & posthu. & in l. si emancipatus. 2. ff. de bon. possess. cont. tab. & Bald. & Imol. in d. l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. Vbi Imola reddit rationem, quia (inquit) honorabilior est titulus institutionis, quàm fideicommissi, idest titulus directus, quàm titulus obliquus; & fa. tex. in d. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebel. & in d. l. si emancipatus. ff. de contrata. Estq; satis certa hæc conclusio propter tex. in d. §. aliud quoq; capitulum. in Authen. ut cum de appell. cognos. necesse est enim fateri, ea lege corrigi, quod supponitur in d. l. scimus. §. cum autem, dum disponitur ea lege, quòd fideicommissum conditionale filio relictum statim reiecta conditione filio restituatur usq; ad quantitatem legitimæ concurrentem,

rentem, in reliquo expectetur conditio, eo enim iure Codicis rectè se illa dispositio habebat, cum institutionis titulus minimè esset necessarius, sed quicumque titulus sufficeret, vt suprà latè exposuimus. Nouissimo autem iure Authenticorum non sufficit quilibet titulus, sed institutio omnino facta esse debet. Nec suprà citatus text. in l. si filiusfam. quicquam obest, nam dicit, esse quodammodò hæredem, dictione improprietatis vtens, nec text. in l. exasse: nam supponere oportet, quod filius aliquid titulo institutionis habuisset, vel ideo sit, quia patronus erat ibi institutus, vt dicunt Ang. & Imola ibi. Concludendum est igitur, quòd, licet iure codicis satis fuisset, filio per fideicommissum relictum esse. d. §. cum autem, aliud tamen hodie seruetur per d. §. aliud quoq; capitulum, quin etiam de iure quoq; digestorum idem esset, per d. l. ita tamen. §. qui rogatus, aliaq; supra adducta. Non eodem tamen iure in omnibus prorsus Pandectarum & Authenticorum dispositiones vtuntur, nam, ut suprà quoq; tradidimus, de iure Digestorum, satis erat filium esse exhæredatum, & legitimam quouis titulo consequi etiam fideicommissi, sic enim conqueri non poterat, nam, cum formæ satisfactum esset eo tempore requisitæ instituendo, uel exhæredando, testamentum dici nullum non poterat, cum exhæredatus esset, nec magis querelam intentare poterat, cum suam legitimam iure fideicommissi haberet, nec rursus petere poterat, legitimam sibi titulo institutionis dari, cum nulla lege hoc caueretur, quòd legitimam cum titulo institutionis consequi oporteret, sed hoc tantùm, quòd oportebat eum esse institutum, aut exhæredatum, vt suprà declarauimus. De iure verò Authenticorum institutionis titulus omninò exigitur, et testamentum irritum fit, licet exhæredatus sit, legitimamq; titulo fideicommissi, alioue, quàm institutionis acceperit, si causa non fuisset inserta & probata, d. §. aliud quoq; capitulum, & abundè satis suprà declaraui.

Sed non erit ab re, quoniam de §. cum autem in l. scimus, incidit mẽtio, differere quid nam fuerit in causa, vt dicta constitutio fieret, cum satis videretur ei rei prouisum illa constitutione posita in d. l. quoniam in prioribus, & ex mẽte quidem Fulgosii, Castren. Iasonis, & nonnullorum videtur dicẽdum, quòd idcirco non fuerit superflua decisio d. §. 1. cum autem, quia l. quoniam in prioribus loquitur de casu, quo legitima tantùm filio relicta erat, sed §. cum autem, vbi plus legitima fuerat relictum, cum fideicommissum esset vniuersale, quæ facti species non videbatur dubitatione carere, tametsi iam illa constitutio l. quoniam in prioribus, promulgata esset, nam ratio commodi,

quod

quod supra legitimam sperabat, suadere videbatur, vt conditionem seu dilationem appositam æquo animo ferret, quadam veluti compensatione oneris cum ampliore honore arg. l. si pater puellæ inf. eod. l. eum qui. ff. de iureiuran. D. Torniellus verò in d. l. in quartam, hanc reddit rationem, quòd in l. quoniam in prioribus, generaliter decisum erat, vt quodlibet onus conditionis, vel temporis, alteriusue grauaminis pro concurrenti quãtitate legitimæ de relictis filio factis detraheretur, verùm ea constitutio fideicommissum hæredi iniunctum sub conditione vel tempore non comprehendebat, sed de relicto ipsi filio immediatè loquebatur, et, quod ab eius persona ipsius originem sumebat, de quo erat detrahenda conditio, tempus uel grauamen, nec extendebatur ad relictum alteri factum, quodq; ab alterius persona initium sumebat, & filio reddendum erat, quod eo casu videretur illi adimi, cui relictum fuerat, ad filiumq; tranferri, quare opus fuit, huic quoq; negocio prouidere, sed quicquid is comminiscatur, tutius cum præfatis legum Coripheis has simplegadas superabis; Illud fortè rectius dixit Torniellus, d. l. quoniam in prioribus, intelligendam esse, vt quantitas illa, vel summa legitimæ, ad quam vsq; de fideicommisso relicto filio detrahitur conditio, vel dies, non de integra totaq; legitima filio debita in Patrimonio paterno, sed ea duntaxat, quæ ab eo, cui fideicommissum iniunctum est, pro sua rata portione filio debetur, intelligi debeat, id enim probat tex. in d. §. cum autem, dum dicit detrahendam esse conditionem ex fideicommisso, quo hæres grauatur restituere hæreditatem filio, ita tamen, vt ille hæres grauatus habeat id, quod sibi fuit relictum cum legitimo moderamine eius, quod pro legitimo supplemento ab illo debetur, & peti possit, ita, quòd detrahatur conditio pro rata legitimi moderaminis, sed tamen & hoc non omninò sine controuersia transiret, si quis subtilius penetrare vellet, de quo nos aliàs.

42 † *Decima quæstio est, an valiturum sit testamentum, in quo Pater dixerit; se relinquere filio pro sua legitima, seu pro sua falcidia, seu pro sua parte, vt sæpe fieri solet, nec adiecerit. Et in his eum hæredem instituo; Qua in re quatuor in classes, ut ita dicam, nostri legum interpretes se diuiserunt, quatuor diuersas adstruentes sententias, Primaq; classis, cuius Bart. Baldusque Principes fuerunt, in ea fuit sententia, vt testamentum valeat indistinctè, Bart. in Authen. Vnde si Parens, per illum text. infr. eod. & ibi etiam Bal. & Fulgos. idemq; Bart. in l. fin. ff. de pecul. lega. & in consil. 151. Incip. Marsilius inter cætera, & consi. seq. Bald. in l. quoties, num. 3. infr. de hæred.*

red.insti.& in l.humanitatis, colum.2.num.20.versi.quarto oppono. infr. de impub.hos sequuntur Paul.Castren.consi.67.incip.in casu præsenti lib. 2.num.1.& in d.l.humanitatis.num. 3. Corn. in consil. 298. Incip. ante omnia.num.10.lib.1.& cons. 35.num.8.lib.2.& in d.l.humanitatis. Raphael.l.his verbis.ff.de hæred.instit. Rom. l.nam quod.§. non omnis. ff. ad Trebel.Alex.& Dec.qui hanc dicunt communem in d. l.humanitatis, & idem Alex.in consi.50.in fin.lib.7.& in l.1.colum. 2.ff.ad l.falcid. Card. floren.in c.Raynutius, de testam.Boer.decis.167.Clar.d.§.testamentum.q. 37.versi.sed quid si dicat relinquo centum pro sua legitima. Didac. Coar. c.Raynutius.§.1.uersi.quartus casus.nu.6.

Altera sententia est huic è diametro aduersa, vt scilicet huiusmodi testamentũ omnino inualidum sit, cuius sententiæ author fuit Petrus de Ghiensi inter consilia Bartholi, consi.153.sequutus est Salycet.in l. quoties. colum. fina. ad fin.infr.de hæred.insti.& in l.humanitatis.colum.2.circa med. uersicu. oppono. quarto.infr.de impub.& videtur hoc etiam sentire, in l.fin. col. fin.infr.fam.hercis.Ias.hic, qui plures alios citat, & deniq; Io.Dilectus. De arte testandi lib. 3.cautela prima num. 1. qui hanc crebrioribus sententiis probatã testatur, in quo tamen meritò redarguitur à D. Claro vbi suprà.

Tertia fuit à supradictis diuersa sententia Angeli in d.Authen. Vnde si parens, num.1.distinguentis, an Pater simpliciter dicat, se filio relinquere suã legitimam, nulla re nuncupata, an verò quantitatem aliquam, vel rem exprimat, puta, mille, vel domum, vel fundum, pro sua legitima, ut primo casu valeat, posteriore non, Priore quidem casu tantùm ait ualere, quia uerbum (relinquo) adiectum quotæ significat institutionem, non vbi adiectum est rei certæ.l.his verbis.vbi glo.ff.de hæred.inst.

Quarta fuit Salyceti distinguentis, an alius sit institutus hæres uniuersalis, & tunc non videatur filius huiusmodi uerbis institutus, an nullus alius institutus sit, quo casu videatur filio legitima iure institutionis relicta, sic quidem distinxit Salycet.in d. Authen.Vnde si parens, colum.pen. in fin. quæ duæ posteriores distinctiones subtilitate iudicii non vacant, sed tutius tamen iudico esse Bartholi sententiam, vti etiam humaniorem, & æquiorem amplecti, cum testamentis faueat, & quam supra diximus plures maioresq; sectatores habere, quæ quidem sententia infrascriptis rationibus fulta est. Et Primò, quod titulo institutionis censeatur relicta, siue certa res, vel quantitas relicta sit, siue non, ac siue alius hæres vniuersalis sit institutus, siue nõ,

hæc

hæc faciunt; nam, cum debeat filius institui, uidetur Pater relinquendo legitimam, voluisse eam relinquere, prout de iure tenetur, sicq; institutionis titulo, arg. l. sciendum. ff. de verb. obliga. & §. si ita scriptum, insti. de inutil. stipul. & l. fin. infr. de necessar. ser. her. instit. & l. 1. in fin. ff. de acquir. hæred. & l. gallus. ff. de liber. & posthu. & arg. l. 1. §. si enim. infr. commun. de lega. & quia, nemo præsumitur eligere uiam in testando, per quam sua iudicia. irritentur, arg. l. si miles. ff. de milit. testam. quapropter, cum hæc uerba possint recipere interpretationem institutionis, qua accepta testamentum valiturum sit, & interpretationem alterius relicti, ex qua testamentum sustineri nequeat, cur nō accipiamus potius illam interpretationem, ex testatoris mente, per quam actus sustineatur, quàm eam, per quam actus pereat, arg. l. quoties 2. ff. de reb. dub. hæc siquidem est doctrina à nullis non probata, quòd, vbi is, qui geritur, actus, pluribus modis conuenit, adaptariq; potest, eo modo gestus videtur, quo stare potest, non eo, quo cadere, et prolabi eum necesse sit, Bald. in consi. 284. incip. Dominus Raynutius circa fin. lib. 3. Corn. consi. 202. colum. 2. post med. lib. 4. cum enim nullam ad causam actus restringitur, coarctaturue negocium, ea via actum videtur, qua subsistere possit, ac stare. Paul Castren. in consil. 84. visa dicta facti narratione, & his quæ copiose. colum. 3. circa med. uersi. aduertendum tamen est, & in consi. 93. incip. viso dicto testamento. colum. 3. uers. sed in casu nostro, lib. 1. Craueta. consi. 284. col. 3. circa med. Dec. consil. 77. col. 2. nu. 3. & consi. 324. col. 1. in fi. cum. simi.

Ad hæc congruit, quod habetur in l. quod autem, vbi Bald. ff. de iur. dot. quòd extante statuto, ne mulier dotata succedat, si pater filiæ reliquerit centum in testamento, quamuis non expresserit, se relinquere pro dote, censetur tamen pro dote reliquisse, ut ab hæreditate excludatur.

Est præterea satis notum, quod, non quiuis testator scit, quanta sit institutionis uis, nec uerbo institutionis vti, Hinc est, quòd valet testamentum, in quo testator hæreditatem suam inter filios partitus sit, licet nullo instituendi uerbo vsus sit. glo. probata in l. quoties. infr. fam. hercis. Postremò est hæc opinio amplectenda, veluti fauorabilior, & testamentis fauens. l. siue pars. ff. de inof. testam. c. fi. de re iudi. Bald. consi. 433. incip. Domina Ioanna. lib. 4. Dec. l. in testamentis. num. 3. de reg. iur.

Sed & contrariæ sententiæ rationes, argumentaq; non desunt, quibus inniti posse prima fronte meritò videatur, nam & perpendi potest pro ea text. in

d. §.

d.§.aliud quoq; capitulum. in illis uerbis, nec si dederit legibus debitam portionem, idest legitimam, ex quibus verbis innuit, non valere testamentum, licet testator dixerit, se legitimam filio dare. Adde & text. in §. cæterum, in eo. Autben. ut cum de appel. cognos. dum dicit, quòd si filii sint nominati hæredes, stabit testamentum, ergo à contrario, si filii non fuerint nominati hæredes, non stabit testamentum, non dicuntur autem nominati hæredes, nisi nominatio sit facta singulariter, at, si testator dicat, se relinquere pro legitima, non dicitur nominatio facta singulariter, sed implicitè potius, quæ nominatio non sufficit. arg. eorum, quæ dicit Bart. in l. 1. col. 3. post med. ff. de uulgari.

Item, si legitima semper videretur relicta iure institutionis, frustra leges requirerent, ut titulo institutionis relinqueretur. Verùm ad hæc responde, quod text. in d.§. aliud quoq; capitulum, licet dicat, quòd non sufficit, si dederit legibus debitam portionem, idest legitimam, non tamen intelligendus est, quod id exprimi velit, sed de effectu loquitur, & text. in §. cæterum, exigens, ut filii nominentur hæredes, non excludit similes & æquipollentes casus, ac, dum leges requirunt, ut titulo institutionis detur, excludunt alios titulos, quos manifestè constat, non habere institutionis uim; nec dicimus nos, legitimam semper videri titulo institutionis relinqui, sed tunc tantùm, cum uerba hanc interpretationem pati possunt.

Adducitur pro eadem sententia & aliud argumentum, quòd uerbum (relinquo) non adiectum uniuersitati bonorum, sed certæ quotæ institutionem nō significat. Bart. in l. centurio. num. 36. uersicu. quero ulterius quid si substitutio facta sit in certa portione, constat verò, legitimam esse quotam bonorum, vt diximus suprà, ergo &c. quod argumentum fuit Alex. in l. humanitatis colum. 2. C. de impub. & Ias. hic post alios; Item adiectum doti pariter institutionem non significat, idem Alex. consi. 212. Iason hic. Huic argumento respondet Decius in d. l. humanitatis. colum. 2. ad fin. versicu. non obstat secunda ratio. inf. de impub. quòd prædicta procedunt quidem ex regula, non tamen procedēt, si relictum sit pro legitima, ex natura quidem ipsius rei, quæ institutionem desiderat.

Contra Bartholum hoc quoq; obstare aiunt, quòd Pater filio simpliciter relinquens, videtur pro legitima relinquere, cum omnia relicta in legitimam imputari dicantur. Bart. l. in quartam. colum. antepen. in fin. ff. ad l. falcid. Testator ergo, cum dicit, se pro legitima relinquere, id exprimit, quod tacitè

inerat, quæ expressio nihil operatur. l. 3. de lega. 1. cum sim. quemadmodum igitur relictum simpliciter factum non ualeret, sic pro legitima factum ualere non debet. Ad hoc respōdēs Decius in d. l. humanitatis, negat hoc Bartholum dixisse, ac vbi sic dixisse Bartholum intelligeremus, simul etiam intelligere eum oporteret voluisse, quod huiusmodi relictum institutionis titulo acciperetur, imò Bart. ibi dixit, relicta filio simpliciter in legitimam imputari, dummodò aliquid ei relictum sit titulo institutionis, quibus uerbis non indicat, se credere simpliciter, quod relictum filio simpliciter in legitimam relictum videatur, quod tacitè inerat, expressisse, hoc siquidem tacitè non inerat; Præterea (inquit idem Decius) vbi etiam admitteremus, simpliciter relictum, pro legitima relictum videri, talis tamen expressio operari deberet, cum non exprimeret, quod ex necessitate, sed quod tantùm ex voluntate inerat, Bart. d. l. 3. de leg. 1. cum sim. dum respondet ad l. talis scriptura. de leg. 1. cum simil.

Videtur quoq; hæc opinio adiuuari contra Bartholum, quia videtur hoc ex forma esse, vt filius instituatur, vel exhæredetur. d. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. d. §. aliud quoq; capitulum. in Authen. vt cum de appella. cogno. satis noti iuris est, actum non seruata forma gestum irritum esse l. scimus. §. si uerò postquā. infr. de iur. delibe. etiam quod actus ille alioqui esset fauorabilis, ac pius. l. qui Romæ. §. flauius hermes, vbi Docto. ff. de uerb. obligat. Bald. l. testamentum non ideo in 2. not. inf. de testam. & in l. si pupillus, in princ. ff. si cert. peta. & in l. fin. C. si mancip. fue. alie. ne prostit. & l. 3. C. si min. se maior. dix. imò vitiatur actus, ne dum si fiat contrà formam, sed & si præter formam, aut citra formam. Abb. c. prudentiam in prin. in vlt. no. ex. de offi. delega. Vbi etiam Dec. Felin. in c. cum dilecta. colum. 9. versic. amplio primò regulā. de rescrip. nec potest æquipollenti forma impleri. vulga. l. Meuius. ff. de cond. & demon.

Solue quod forma non est data, vt exprimatur institutionis verbum, sed satis est in effectu, institutionem esse factam, satis verò dicitur institutio effectu facta, cum legitima est relicta, si quidem id relictum (vt diximus) institutionem comprehendit.

Neq; opinio Angeli in d. Authen. vnde si parens, amplectenda est, dum distinguit, vtrùm relinquatur pro legitima simpliciter, nulla certa re, vel fundo vel quantitate expressa nominatim, vt tunc valeat, an verò relinquatur certa res, fundus, vel quantitas pro legitima, & tunc non valeat, nam, & si

testator dixerit, se relinquere certam rem, dummodo tamen pro legitima se relinquere dixerit; hac proculdubio adiectione legitimam nominando, satis videtur institutionem fecisse, ex qualitate, & natura ipsius legitimæ, & contraria procedunt, vbi simpliciter res certa fuisset relicta non adiecto, quòd pro legitima relinquatur, vt infrà dicemus tractantes de verbo (relinquo).

Quarta autem sententia, quam diximus fuisse Salyceti, quæ distinguebat; vtrùm alius institutus fuisset vniuersalis hæres, quo casu testamentum ualere non debet, an nullus alius sit institutus, & tunc ualere debeat, quasi videatur ipse filius institutus, cum nullus hæres sit, videbatur hoc argumento & simili adiuuari, nam, & exequutor testamento datus pro hærede habetur, si nullus alius hæres testamento sit datus vniuersalis; aliàs si hæres vniuersalis sit institutus, executor hæredis loco non habebitur. l. si quis Titio. vbi Doct. de leg. 2. Bald. consi. 125. de leg. 2. Sed & hæc tamen distinctio iure meritò explosa est; Nam, aut tale relictum ex se habetur pro institutione, & hoc casu, siue alius fuerit hæres institutus uniuersalis, seu non, ualere debet huiusmodi testamentum, satis enim est, filium in eo esse institutum testamento; aut pro institutione haberi nõ debet, quo casu deficiente institutione, testamentum irritum fiet; ostendimus autem suprà, institutionem censeri hanc, ergo & testamentum sustinebitur, etiam alio non instituto hærede vniuersali, quinimo videretur (si cui tamen distinctioni hac in re locus esse posset) contraria potius distinctio recipi debere, idest, quod, si nullus alius hæres vniuersalis datus esset, tunc videretur filius vniuersaliter institutus. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. quod sensit etiam Bart. in l. his uerbis. versi. in contrarium, facit. ff. de hæred. insti. & in l. centurio. nu. 36. uersi. hoc etiam probatur per rationem. ff. de vulga.

Concludas igitur, testamentum valere, si relictum filio fuerit pro legitima, licet nullus institutionis titulus expressus sit, quam opinionem diximus communem.

Amplia, ut procedat non solùm si dixerit Pater simpliciter, se relinquere filio suam legitimam, sed etiam si expresserit; se certam rem, uel fundum, uel quantitatem ei pro legitima relinquere contra Angelum in d. Authen. Vnde si parens.

Amplia secundò, etiam procedere, quamuis alius fuisset eodem testamento institutus hæres vniuersalis contra Salycet. in d. Authen. Vnde si parens.

Amplia tertiò, etiamsi dictum fuisset, quòd relinquit filio pro sua portione, nedum si dixerit, se relinquere pro sua legitima Bartolus in l. peto in princip. de legat. 2. Bald. Castren. & alii in d. l. humanitatis Iason. qui plura citat hic.

Amplia, etiamsi dixerit, se relinquere pro dote, nam & tunc uidebitur instituta, quia dos est ius vniuersale. Butr. c. Raynutius. de testam. Ruin. consil. 14. num. 3. lib. 2. Guliel. Benedict. d. c. Raynutius. versi. in eodem testamento relinquens nu. 275. Clarus d. §. testamentum. nu. 38. uers. quid autem si testator dicat, qui hanc æquiorem sententiam dicit, quamuis Imola contrarium tenuerit in d. c. Raynutius.

Limita non procedere, si Pater dixerit, se relinquere pro sua benedictione, neq; enim huiusmodi uerbis filius dicitur institutus. Alex. l. nã quod. §. non omnis. colum. 4. ff. ad Trebel. Imol. in l. his verbis. §. fin. ff. de hæred. instit. Iason hic, num. 29.

Limita etiam, si dixerit, se relinquere filio centum, nihilq; aliud uerborum addiderit, cum enim uerbum (relinquo) certæ rei adiectum sit, institutionem significare non potest, quando nullam concomitantiam habet, ex cuius natura eam interpretationem admittere possit. Alexan. & alii in l. humanitatis. num. 2. infra de impub. Clar. d. §. testamentum. quest. 38. uersic. quid uerò si pater.

Addit Decius consi. 631. colum. 2. circa med. supradictis non esse locum, ubi æqualitas inter filios seruata non esset: quod ego uerum non credo, nam, si hanc limitationem ad supra dicta admitteremus, quòd scilicet inæqualitate posita, non valeret testamentum, in quo filio relicta fuisset sua legitima, uel certa res prò legitima aut pro falcidia, aut pro sua portione, aut in aliis exemplis, vtiq; illæ conclusiones stare non possent, quia essent hæ duæ sibi contrariæ, & repugnantes, cum, ubicumq; tractatur de legitima relicta filio, supponatur inæqualitate usum testatorem, quandoquidem non integra portio ab intestato debita ei relinquitur, sed sola legitima, quapropter uel cõclusiones supradictas, vel limitationem hanc falsam esse necesse est, quod si dicas, supradictas conclusiones intelligendas, vbi inter extraneos testamẽtum erat factum, inter quos inæqualitas cum filiis propriè non dicitur, at quod Decius dixit, de testamento facto inter liberos (inter quos propriè inæqualitas dici potest) intelligendum esse, respondeo, nimiam esse huiusmodi restrictionem, quam ad Decium affers, nec supradictas conclusiones sic re-

stringendas

ſtringendas eſſe,atq; ſi hæc inter liberos inæqualitas cauſaretur,multò magis inter extraneos cauſari deberet.

43 *Quæritur etiam, † quid,ſi teſtator filio aliquid iure inſtitutionis reliquerit, deinde aliud condiderit teſtamentum,in quo primum reuocarit,ſed tamen ipſi filio eandem rem adhuc ſimpliciter relinquat, quam titulo inſtitutionis in primo teſtamento reliquerat, an videatur in hoc poſteriore teſtamento inſtitutionis titulum, quem in primo expreſſerat, intellexiſſe. Et uidetur repetitus intelligi argum.l.uxori.§.fin.de lega.3.cui congruit, quod conſuluit Corn.conſi.275.colum. 1.circa med.lib.4.teſtatorem, qui in primo teſtamento mentionem de filiis maſculis habuerit, eandem mentionem pariter in ſecundo videri teſtamento repetiiſſe, (quod eſt ſummoperè obſeruandum) ampliat enim leges dicentes, unam partem teſtamenti aliam declarare.l.qui filiabus.de lega.1.l.utrum.ff.de petit.hæredi. cum ſim.ſi quidem ex ſupradictis patet, nõ ex eodem teſtamento ſolùm,ſed ex alio quoq; licet reuocato declarari teſtamentum. Corneumq; ſequitur Decius conſil. 515.colum.2.circa med. Eadem igitur ratione,& fortaſſis maiori,uidetur, teſtamentum poſterius, quod relictum ſimplex continet, ex priore, in quo inſtitutio continetur, declarandum eſſe,maiore quidem ratione dixi in caſu noſtro,quia in eo agitur de ſuſtinendo teſtamento ex hac interpretatione, quod in caſu Cornei minimè dici poterat,fauorabilem verò interpretationem eſſe,quæ teſtamentorum adiuuet ualiditatem, quis ambigat l. quoties. 2.ff.de reb.dub.l.in teſtamentis.l.quoties.de reg.iur.quod etiã de contractibus rectè dicitur, quorum uerba ex præcedentis contractus natura declarari debent,& uerba inueſtituræ à præcedenti inueſtitura, quamuis finita, interpretationem accipiunt, Bar.l.ſi mihi & Titio in fi.ff.de uer. obl. cum ſimil.*

Contrarium tamen uidetur, quia, (ut ſæpe diximus) cum inſtitutio requiratur pro forma,non uidetur ex hoc formæ,ut oportet, ſatisfactum. Diſtinguendum tamen putarem,utrùm hoc poſteriore teſtamento ad prius teſtamẽtum, dum relictum facit, ſeſe retulerit,an ſecus,nam ſi ad prius teſtamentum relatio facta eſſet, valere exiſtimarem,referens enim ex relato quamuis diuerſum diſponente,declaratur, Alexan.conſi. 9. ponderatis bis. colum.pen. verſi.ex hoc ſaltem in caſu predicto lib.5. Dec.conſil. 402. colum. pen. in princ.& conſi.63.colum.3.circa med.& in c.2.de reſcrip. Item relatum verè & propriè ineſſe creditur referenti. Bald.conſi.212.incip. Ea quæ.

in

in fin.lib. 5.Crau.consi.45.colum.2.num.4. institutio igitur priore testamento facta, ad quod se posterius retulit, uidetur propriè, & uerè facta in hoc testamento secundo, meritoq; valere debet. faciunt dicta per Bart. in l. illa institutio.ff.de hæred.insti.sin relatio expressè facta non sit, sed tantùm expresserit eandem rem uel quantitatem, quam in priore testamento reliquerat, eamq; se relinquere filio dixerit simpliciter, nõ credam ego hoc casu institutionem subaudiri; Neq; obstabit citatum Cornei consilium & Decii, quia in eis non agebatur de subaudiendo aliquo substantiali, à quo testamẽti ualiditas penderet, quodq; pro forma requireretur, quemadmodum in articulo nostro, scimus verò facilius induci, aut presumi qualitatem, quàm substantiam, Iason in l.stipulatio ista.§.alteri.nu.15.ff.de uerb.oblig.ex gl. in l.titiæ textores, in gl.fin. vbi idem Ias.de leg.1.

44 *Item quærit Iason, † quid si rudis, imperitusq; notarius de testamento rogatus scribat, Patrem reliquisse Centum (puta) filio iure restitutionis, cùm peritus dixisset, iure institutionis, adeò, quod huius erroris nulla alia causa appareat, quàm imperitia notarii, respondetq; Iason, non idcirco testamentum uitiari, ex Baldo in l.si cum ante.C.de donat.ante nupt. qui sic ait se consuluisse, nam imperitia notarii non debet testamento obesse, ex gl.in l. fin. C.de fideiussor. quemadmodum (exempli gratia) non officit, si scribat, Valeriano, pro Velleiano, vel falcidia, pro legitima, uel substituit procuratorem, pro, constituit, idem Bald.in l.imperator.ff.de statu homi.in l.pen.per illum text.ff.de procuratoribus. Decius. l. si librarius.colum.1.de reg.iur.Crau. consi.147.colum.2.num.5.congruit, quod dicit glo.in l.quoties.uersic.hæredes.infr.fam.hercis. quæ ait, non quemlibet scire dicere; Hæredes instituo, vnde diximus suprà, valere testamentum, quo bona assignantur per modum diuisionis, facit text.in d.l.Imperator.ff.de statu homi.in l. errore, & in l. quoniam indignum; & in l.ambiguitates, infr. de testam. & in l. in legatis.C.de lega.& text.cum glo.in l.qui habebat.ff.de manum.testam.in c. ex parte. vbi Felin.extra de fide instru. sed hunc tamen errorem tabellionis imperitia causatum, forte probare opus erit, at quomodo, ac quot testibus probari oporteat, tradit Bart.in l.cum proponeretur.de leg.2.Angel.& Imol. in l.quoties, in prin.ff.de hæred.insiit. septem enim testibus quilibet substãtialis testamenti error probandus est. Quin etiam, si titulus ipse institutionis omnino ommissus errore fuerit, nec alius titulus loco eius appositus, poterit tamen errore probato testamentum sustineri. Dec. consil. 105. col.*

2.Bald.

2. Bald. tamen in l. inter omnes, colum. 2. num. 8. uersic. quero, Pater habens duos filios. infra. famil. bercifcun. fingens facti speciem de eo, qui habens duos filios masculum, & fœminam, dixit, se fundum filiæ relinquere vltra dotem suam, filium verò masculum hæredem vniuersalem instituere, si filia dicente testamẽtum nullum post testatoris mortem ob defectum institutionis, masculus velit probare intentionem Patris fuisse, eam instituere in dote, & alio fundo, ait posse hoc probari per duos testes, etiam non rogatos, atq; etiã per mulieres, ex not. in l. fin. §. in omni, infr. de codic. & in Authen. quod sine. inf. de testam. Dic tu, quòd Baldus ibi loquitur de testamento facto inter liberos, in quo condendo, cum non requirantur septem testes, neq; etiam requiri debent in probatione erroris; quod de testamento inter liberos loquatur, patet ex iuribus ab eo citatis, & ex quæstione ipsa, quam format.

45 Quid † verò, si testator dixerit, filio meo legibus debitam portionem lego? Respondeo, non videri eum his verbis institutum. Bart. l. his verbis. ff. de hæred. insti. in l. cogi. ff. ad Trebel. ex d. §. aliud quoq; capitulum, nisi in testamento adiecerit clausulam, vt valeat omni meliori modo. Alexan. consi. 113. lib. 3. Corn. consil. 65. in secundo & nisi in foro Ecclesiastico essemus Bald. l. fin. in fi. C. fam. hercis. Alciat. l. centurio. in fin. primæ partis principalis.

46 Suboritur alia quæstio, † vtrùm iure Pontificio pariter, sicut iure Cæsareo institui filium sit necesse, ut testamentum valeat: quæ sanè ambigua, incertaq; est quæstio, cum plures hincinde magnæ authoritatis Doctores existant, aliiq; frequentius receptum affirment, aliud iure Pontificio, quàm Cæsareo seruari, alii frequentiores contrarias esse sententias, quæ nihil inter ius Canonicum, & ciuile interesse dixerunt, Nam Alex. in d. l. inter cætera. ff. de liber. & posthum. dixit, communem esse opinionem, minimè necessariam esse iure canonico institutionem. Polit. in l. filium quem habentem, infr. famil. bercis. num. 145. in fi. Ruin. consi. 11. num. 2. lib. 2. Hostien. in c. Raynutius de testam. Verior tamen sententia, & à pluribus recepta est, quòd non minus iure canonico, quàm ciuili institutionis titulus requiratur, quam tenuit glo. in c. Raynutius. versi. relinquens. extra de testam. dum dicit, intelligendum esse ibi, filiam esse institutam, quia standum sit. Constitutioni Imp. in §. aliud quoq; capitulum, & glo. in c. si pater. versi. instituit. & ibi etiã, Io. Andr. Ancharan. Dominic. & Franc. de testam. in 6. & tacite eam uidetur sentire etiam Bart. in suo tracta. de differentiis inter ius canonicum &

& ciuile, cum inter casus, quibus inter ius canonicum, & ius ciuile non conuenit, hunc non recenseat, quòd filius necessariò instituendus non sit; Et hanc communem dicit Alexander idem sibi contrarius in consil. 70. nu. 6. lib. 2. & Ias. hic & in rub. solut. matri. num. 22. Imola d. c. Raynutius. num. 71. uersi. sed dubium. Boer. decis. 267. num. 1. Berous. in d. c. Raynutius, num. 37. & seq. & ibi etiam Didac. Coaru. §. 1. num. 1. & 2. & D. Clarus in §. testamentum, q. 38. uersic. hæc etiam conclusio, inquit, quod, & si contraria opinio magis æquitati canonicæ conueniat; propter authoritatem Doctorum tamen, qui hanc sequuti sunt, non est ab ea consulendo, aut iudicando recedendum; Nec bonis tutisq; rationibus hæc caret sententia, nam & ea ratio fauet, quod lex Cæsarea generaliter loquens ratione innixa, cui canones non aduersentur, etiam in foro Ecclesiastico seruanda est. Abb. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, colum. 8. num. 12. uersi. tertius casus, extra de constit. Vbi Felin. num. 37. & Dec. num. 27. versi. tertia conclusio, optiméq; faciunt textus per eos allegati in d. cap. 1. Vbi no. de no. ope. nuntiat. in cap. super specula. de priuileg. in cap. si in adiutorium, cum sequen. capitulis distinct. 10.

Neq; hanc communem opinionem infringit, quod dicitur, interpretationem eam reici, qua ius naturale corrigatur. c. cum expediat. de elect. in 6. l. vn. C. de inf. dotib. nam respondetur, hoc iuri naturali non aduersari, Imò confirmari potius, nam ius naturale vult filio alimenta deberi, uerùm ius ciuile non solùm alimenta ei solui, sed etiam titulo institutionis ueluti honestiore, vtilioreq; filium augeri vult. Neq; oberit, si dicas, ius canonicum huiusmodi subtilitates non curare. arg. cap. dilecti. de iudiciis. nam respondeo, cum subtilitates aliquid in se vtilitatis habent, etiam à iure canonico obseruari, ut in pluribus exemplis studiosus lector cernere potest, præsertim, vbi illæ subtilitates à iure Cæsareo sũt introductæ, at subtilitas illa c. dilecti. infructuosa erat, in dubio autem non debemus inter ius ciuile, & canonicum differentiam constituere. d. c. 1. & 2. de oper. no. Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosf. Eccles. Ias. hic, quæ uerò utilitas resultet ex titulo institutionis, satis suprà dictum est.

Hanc verò quæstionem parui ne æstimes, nam, si aliud de iure canonico sit, quàm ciuili, illud ius non solùm inter clericos, & in foro Ecclesiastico, sed etiã inter laicos, & foro seculari in urbibus ditioni Ecclesiasticæ subiectis locum habebit. c. si duobus. de appellat. Alex. consi. 177. num. 2. lib. 2. cap. quod clericis.

Clericis.vbi not.de foro competen.

Quid verò in testamento militis? an requiratur institutio, vide Alex.in l. pe. C.qui testam.fa.po.Ias. in l.si filius,qui in potestate.colum.2.ff.de liber. & posthum. quamuis enim militis præteritio pro exhæredatione habeatur l.sicut certi.l.si cum uel in utero. C. de testam. milit.fuerunt tamen, qui dixerint, id iure Authenticorum esse correctum, uidelicet per text. in d.§. aliud quoq; capitulum.

47 At, † quia sæpe mentio habita est uerbi (relinquo) propterea Iason capta occasione luculenter edisserit, quando hoc uerbum (relinquo) institutionē significet,tradens, hoc uerbum adiectum uniuersitati bonorum, si in solemni voluntate, idest, testamento positum sit, institutionem sonare, secus, si in solemni minus uoluntate,puta,codicillis positum sit,ne eos uitiet, cum in codicillis directa institutio fieri non possit; fideicommissum igitur videbitur potius voluisse testator facere, quod facere potuerat.arg. c. à nobis de sen. excom.quod probat ex textu.Vbi Bart.in l.Diuus,ver.relinquo.ff. de testam. milit.in l.quoniam indignum.Vbi Bal.C.de testam. glo. §. & hæc quidem. uersic.relictis.in Authen.de hæred.& falcid.in l. his uerbis, in princ. ubi Bald.ff.de hæred.insti.Bald.in l. & in epistola,ad fin.in quæst.antepe. C. de fideicom.Item, si alius hæres institutus sit vniuersalis, tunc ille, cui uniuersitas hoc uerbo data sit, non censebitur institutus, sed fideicommisso tantùm honoratus.glo.d.l.his uerbis. Salycet.d.l.quoniam indignum. adiectum verò certæ rei, uel quantitati hoc uerbum legatum, non institutionem significat, d.§.aliud quoq; capitulum,iunct. §. cæterum in Authen. vt cum de appella.cogno.fa.tex.in l.Pamphilo §.propositum. de lega.3.in l. Paterfamilias.ff.de vulga. Bart.Bal.Ang.& alij in d.l.his verbis.Bar. l. centurio.3.quest.prin.ad fi.de vulga. Bart. & Docto.in l. cogi, in princ.ff.ad Trebel.Canon.in c.Rainutius.de testam.Io.Fabri.in.§.planè.insti. de testa. mili. quam opinionem communem dicit Iason hic, plures alios huius sententiæ sectatores aduocans.

Si tamen res particularis ei sit relicta, qui necessariò instituendus erat, tunc fortasse verbum,relinquo,eam determinans,institutionem inducet, materia subiecta hanc interpretationē suadente..Abb.in d.c.Raynut.per illū text.in 3.not. ver.reliquit.& Alex.l.nam quod.§.non omnis.ff.ad Trebel. col. 2. Imol.in l.1.§.si ex fundo.nu.51.& in l.his verbis.col.1.ff.de hæred. insti. qui sententiam hanc Baldo adscribunt, Baldo inquàm in l.quoties. infr. de

hæred.insti.col.fi.circa med.in illis verbis; Et durum & contra æquitatem est, dicere, quòd generale verbum non aptetur in ea specie, in qua magis saluatur, qui tamen Alexander, & Imola minimè Baldo assentiuntur, quemadmodùm etiam eum non sequitur Corn.in d.l.quoties, nec Barbat. in d.c. Raynutius.nu.14.nec Gulıel. Benedic. ibi.ver.eodem testamento relinquēs nu. 57. & ibi etiam Imol. nu. 3. qui contra Baldum creberrimos Doctores sentire aiūt, quod etiam fatetur Coaru.magnum Hispaniæ decus, iurisq; Pōtificii lumen, in d.c.Raynutius.§.1.vers.tertius intellectus, pro hac contra Baldum opinione citans textum in §. aliud quoq; capitulum. dum dicit, filium esse instituendum, nec satis esse, ei aliquid relinqui, & hanc sententiam contra Baldum ego quoq; sequor. Quam tamen sic temperandam puto, nisi testator addidisset, se eam rem pro legitima relinquere, vt suprà diximus, dum tractaremus, an relictum filio pro legitima factum ualeat, Barto. Baldus, & Fulgosius.in Authen.Vnde si parens.infr. eo. Bal. in l.humanitatis.C.de impub.Bart.consi.151. & quamuis idem Didacus Coaru. in. d. c.Raynutius.§.1.vers.quartus.nu.6.non magis credat, hoc casu institutionem significari, quàm in superiore, tam propter textum in d. l. humanitatis, quo contrarium probari ait, quàm etiam, quia hoc modo id uidetur exprimi, quod tacitè inerat, quæ expressio nihil operari debet. l. siue libertus.ff. de iure patronatus. in l. etiam. §. si debita.ff.de bon. lib.tu tamen a communi opinione non discedas, quicquid secus senserint Doctores citati a dicto Dydaco.

At, si verbū hoc (relinquo) neq; vniuersitati, neq; rei particulari adiectum sit, sed quotæ, puta, relinquo tertiam vel quartam partem, vel dimidiam, tunc quoq; dubia omnino res non erit, nam videtur distinguendum, an ea sit quota bonorum, an quota hæreditatis, nam si quota bonorum sit, institutio non censebitur facta, si verò sit quota hæreditatis, institutio significabitur, sic Iason hic.nu.28.vers.sed pro ista parte duo stringunt. & nu.33.vers. Vtrū autem verbum relinquo, ex Bart.& Imola.in d.l.centurio.col. antepe.ver. vlterius quero, quid si substitutio facta est in quota parte, vbi etiam cæteri, præsertim Imola, Idem Bart. & Imola, in l.his verbis. ff. de hæred.institu. vbi etiam Bal.& idem Imola in l.1.§.si ex fundo.ff. de hæred.insti.& in c. Raynutius.de testam.Salycet.in l.quoniam indignum. infr.de testam. quod tamen est intelligendum, modò alius sit institutus, nam, si nemo foret institutus, ille institutus censebitur, cui quota bonorum fuerit relicta, arg.l.1.§.

diuus

diuus autem,& §.ex toto.& l.interdum.§.paterfam.vers. deniq;.eo.tit.de hæred.insti.ad quod faciunt tradita per Bar.in d. l.centurio.car.pe.nu.37. vers.quero vlterius;idq; multò magis,si omnia bona relicta sint. §.pe.insti. de testam.mil.l.diuus.ff.eo.de testam.mil. Salycet.in d. l. quoniam indignũ nu.3.vers.quero,si defunctus dixit,quòd si alius sit institutus,relictũ quotæ bonorum non institutionem,sed legatum faciet, quæ sanè de testamento dicta intelligantur,in alia autem voluntate, non solemni,nunquam institutio, sed per relictum vniuersitatis fideicommissum, per relictum quotæ legatum inducetur.

48 *Querit † prætereà Iason, & quidem haud longè à proposito hoc nostro,querit inquàm,quid si testator filiæ centum simpliciter reliquerit,quod relictum minimè institutionem præseferre diximus,& addiderit testator, & mandauerit,tale suum testamentum consilio sapientis aptari, poterit ne is sapiens uir,cui hoc testamẽtum aptandum creditum fuerit,institutionis titulum ommissum adiicere,vt testamentum valeat,negatq; ipse Iason, talem potestatẽ huius verbi supplẽdi viro huic sapiẽti pmissam, ex Bartholo, & Imola.in l. illa institutio.ff.de hæred. insti. quam opinionem communem dicit Claudius in l.inter cætera.ff.de liber. & posthu. sed contrarium tamen docuit Bald. in d.l.illa institutio, & in l.humanitatis. col.3. in quarta oppo.infr.de im pub.in l.captatorias.in 5.oppo.nu.4.infr.de testa.mil. vbi Castren. Et hæc videtur magis probata esse sententia, vt testatur Socin.in consil. 163.num. 13.lib.1.& consi.123.nu.48.eo.lib.1.& Illust.D.Clarus in §.testamentum.quæst.38.vers.vlterius quæro,quid si testator,dicit, hanc opinionem ue luti a pluribus acceptam, & consuetudine roboratam esse amplectendam, vt quàm maximè fieri potest,seruandis defunctorum testantium voluntatibus faueamus;pro qua pugnant multa ex his, quæ tradidimus supra in disputatione illius articuli,an pater possit in codicillis declarare,quòd relictũ simpliciter filio in testamento factum, intelligatur titulo institutionis factũ, dum diximus,posse,per tex. in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi Castren.ff.de testam.ac optimè consonat,quod dicit Craueta in consi.75.col.2.suprà a nobis relatus,dum dixit, Notarium posse à se ipso apponere,quod relictum à Patre filio in testamento factum,sit titulo institutionis factum,cum notarius rogatus censeatur,vt clausulas solitas instrumentis inserat per glo.in l. fin. C.de fideiussor,& diximus suprà.Hæc vero institutionis clausula consueuit in testamentis paternis ex cõmuni cõsuetudine, & stilo notariorũ apponi.*

49 *Ad † hæc quæri potest, quid, si filius ipse accepta fortassis re aliqua à Patre inter viuos, Patri consenserit, aut etiã nihil accepto, vt se exhæredaret, vel præteriret; quæ fuit quæstio Glossæ ad l. si quando §. & generaliter, in ver. Iudicium infr. eo. Concludit verò ipse Accursius, valere huiusmodi testamentum propter filii consensum, quod verum creditur esse, etiam quòd testator hanc causam testamento non expressisset, quòd scilicet filio consentiente eum præteriisset, vel exhæredasset, modò causa illa per hæredem institutum postea probetur, quicquid secus dixerit Bart. in d. §. & generaliter; quem meritò ibi Salycet. & Ias. & reliqui atq; etiam Imola in l. filio præterito. ff. de iniusto rup. damnãt; nam l. nouella in. §. causas in Authẽ. vt cum de appel. cogno. præcipiens, exhæredationis causam testamento inscribi, non de uolentis & consentientis, sed de inuiti præteritione, aut exhæredatione loquitur, hacq; in sententia, quam & vulgò probatam ait, persistit idem Iason in l. inter cætera nu. 11. ff. de liber. & posthu. quæ certior tamen reddetur sententia, si datum aliquid ipsi filio à Patre viuente posuerimus, vt euitetur, quod Bart. dubitationem iniecit in d. §. & generaliter, nam, si quid viuens acceperit, acceptorum ratione consensum adhibuisse præsumetur, non (ut Bart. autumat) ob paternæ mortis mærorem, turbationemq; inde prouenientem. Quæ tamen suprà dicta intelligantur ex æquitate Prætoria, de iuris. n. ciuilis rigore eiusmodi inutile fieret testamentum, quod Imola, & Iason. in d. l. filio præterito; & in l. inter cætera receptum à frequentissimis doctoribus testantur, & sequitur Iul. Clarus in §. testamentum, quæst. 43. vers. sed quid si ipse filius, quod rectè dictum credo, cum & eandem sententiam probarit Alex. in Authen. non licet. infr. de liber. præter. Angelus, & Imola in l. si quis posthumos. §. 1. ff. de liber. & posthu. idem Alex. in l. posthumo. nu. 17. verf. hoc tamen primo. infr. de Bo. pos. cont. tab. fa. tex. in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contra tabulas.*

50 *Sed, † quid si filius accepta sua portione renuntiarit Paternæ hæreditati, vt frequentissimè contingit in filiabus, quæ certa accepta dote à Patribus matrimonio collocantur, vel in cænobium aliquod sacrarum virginum religionis ergò sese transferunt, an hæ, cum suam partem acceperint, et reliquũ repudiarint, possint tutò in testamento præteriri, cum videantur id tacitè cõsensisse, hæreditati renuntiando? Et hoc casu traditum est, minimè necessariũ esse, hunc filium, qui hæreditati viuẽs renuntiarit, hæredem institui, vel exhæredari, neq; ipsius præteritionem testamẽto officere, quin subsistat, roburq; suum*

suum habeat, dum tamen eiusmodi renuntiationes fecerit iurisiurandi religione adhibita; quare nec preteritus dicet testamentum nullum. Bart. in l. 1. §. qui habebat. vers. quartò queritur. nu. 6. ff. de Bo. possessio. contra tab. Bal. & Imol. in l. filio preterito ff. de iniusto rup. ille col. pe. iste col. 10. Ias. l. si filius qui in potestate in 5. not. nu. 10. ff. de libe. & posthu. quod non minus traditur, locum habere extante statuto, quod filiam propter masculos excludat, nam & tunc filia impune preteriri poterit, Bart. in d. §. qui habebat. Dec. consi. 296. col. 1. circa med. Alex. & Socin. in l. Gallus. §. et quid si tantum. ff. de liber. & posthu. Iason ubi suprà. nouissimè Clarus in §. testamentum. quest. 42. vers. Item quaro, quid in filia fœmina, sicq; vides, hanc renuntiationem cum iuramento factam duos operari magnos effectus, alterum, quod preteritio testamentum non subuertet, quod modò diximus, alterum, quod ex patrimonii augmento nulla parti acceptæ fiet accessio, vt suprà diximus. In verbo. Ex substantia deficientis.

Parentum legitima an aucta sit.

1 *Filius iure digestorum nullum habebat hæredem, sed pater omnia occupabat iure peculii.*

2 *Pater succedens filio tenebatur solum peculio tenus debitoribus, hodie in totum.*

3 *Parentes hodie quatenus liberis succedant.*

4 *Salua gradus prerogatiua, quid significet.*

5 *Testamentum filii super peculio Castrensi, vel quasi, hodie iure Authenticorum subiacet querelæ inofficiosi.*

6 *Legitima parentum aucta est secundùm communem opinionem, sed nos contrariam tuemur sententiam.*

7 *Dispositio legis eos non comprehendit, quibus verba non conueniunt.*

8 *Legitima fratris turpi instituta persona, & aliorum; quibus legitima debetur, aucta non est.*

Eadem

EAdem in glo. ambigitur, an, sicut lege nostra Authentica descendentium legitima ad trientem vsq; aucta est, sic ascendentium quoq; ad trientem vsq; ampliatam dici oporteat, nam superfluum est dubitare, an usq; ad dimidiam parentum legitima aucta sit, cum non possit contingere, ut quis tot parentes habeat, ut rectè monet hic Salycet. Quo
1 tamen in articulo præmonitum esse te uolo, † quòd Pandectarum iure nul-
2 lum filius hæredem habebat ab intestato, † Pater enim omnia iure peculii occupabat, l. 2. ff. de Castren. pecu. ex quo fiebat, ut Pater non ad omnia debita teneretur, sed eatenus duntaxat, quatenus esset in peculio, atq; intra annum tantum, Paul. Castren. in l. tam ex contractibus, per illum text. ff. de iudic. Vigl. inst. de testam. mil. num. 23. hodie tamen iure hæreditario Pater nato succedit; Authen. defuncto. C. ad Tertillian. & Authen. in successione. C. de legit. hæred. glo. d. l. 2. C. de Castr. pecul. per textum in §. si igitur defunctus, in Authen. de hæred. ab intesta. quod scilicet de peculio aduentitio, Castrensi, uel quasi dictum intelligas, non de profectitio, quod pariter lege nouissima iure peculii occupatur, non secus, quàm antiquis legibus cautum esset, quòd in Dominio patris olim esset, ac ab eo profectum sit, not. in l. certum. infra famil. herciscun. nisi fortè id tale peculium sit, quod Patri acquiri non soleat, Craueta consil. 102. col. m. secunda nume, 5.

3 † Succedunt autem Parentes filiis hoc modo, nam, si defunctus liberos non reliquerit. parentes, si soli sint, succedunt salua gradus prærogatiua. si pari gradu sint, pariter, succedunt, Paternis quidem dimidia, Maternis vero alia dimidia delata, licet dispar sit eorũ numerus. Sed si cum parentibus fratres, & sorores utrinq; defuncto cõiuncti supersint, uocãtur cũ ascẽdentibus gradu proximis, ita ut viriles portiones fiant, Authen. defuncto. C. ad Tertul.
4 † dicitur autem salua gradus prærogatiua, quia pater excludit auũ maternum, cum mater defuncti non superest, & mater auum paternum, si pater non supersit, quod differit glo. ibi in d. Authen. defuncto. in uersic. gradus. quam sequitur Bald. ibi & in l. humanitatis. C. de impub. in 6. quæst. Barto. in l. ex facto. colum. pen. ff. de vulga. Dec. consil. 245. num. 1. & cõsi. 623. num. 1. cuius Authenticæ mentio cum inciderit, non ommittam obiter, eam Authenticam procedere etiam in casu. l. si infanti. C. de iure deliber. iuxta com. opinio. de qua Decius consi. 87. colum. 1. in fin. & seq. nec tamen ea Authentica credenda est corrigere textum in l. quod scitis. §. 1. C. de bon.

quæ lib. ut testatur Bart. quem cæteri probant teste ibi Alexā. in l. post dotem in fi. ff. solu. matri.

Et hæc ab intestato successio pretereunda non fuit uisa, ne, dum de legitimæ quantitate agitur, interim dubitet quis, quid nam iuris habeat ab intestato in filii bonis Pater.

Item fortè dubites, quomodo possit filiusfamilias testamentum facere, quod quærelæ subiaceat, cum ex reg. filiofam. permissum non sit facere testamentum, ut insti. quib. non est permis. face. testam. nisi sit miles, qui de Castrensi testamentum faciat. §. pen. & fin. insti. de testamen. milit. quæ tamen testamenta quærelæ non subiacent. l. de inofficioso. Vbi Iason. infr. eo. Verùm di-
5 *cas, † quod de iure Authenticorum etiam testamentum super Castrensi uel quasi potest irritari, si illæ personæ præteritæ sint, quibus quærela competit, quod communi calculo receptum testatur Ias. in l. fin. colum. 2. num. 5. infr. eod. Alex. l. nemo, in fin. C. qui testam. fac. pos. Cur. iun. in Authen. ex causa num. 49. Ripa. l. centurio num. 43. ff. de uulga. Iul. Clar. §. testamentum quest. 48. uel fingas, filium emancipatum à Patre testamentum hoc cōdidisse. Bart. l. si à milite. §. 1. ff. de testam. mil. vel fingas, hunc non habuisse patrem, sed ascendentes per lineam maternam, quare præteritio cum causa pro exhæredatione habetur. §. sancimus. in Authen. ut cum de appel. cognos.*

6 *An † verò legitima ascendentium aucta sit (ut propositam questionem repetamus) videtur magis frequenter conclusum, eam quoq; auctam esse, nā & Accursius, & Bart. & Bald. Salyc. Paul. Castren. & Iason omnes hoc in loco sententiam hanc dixerunt, & probarunt, item glo. in §. si uerò vltra quatuor, uersi. hoc obseruando. in Authen. de triente & semisse, glo. in §. cū igitur reliquum, versi. allegationibus in Authen. de nō eligen. secun. nub. Bart. in l. pater filium. colum. fin. in prima lect. num. 6. uersi. vltimò nota. ff. eo. hoc nostro tit. Bald. consi. 350. incip. in consulendo, lib. 4. Paul. Castren. consil. 286. lib. 1. Angel. in d. §. si verò vltra quatuor super d. glo. in Authen. de trien. & semis. Paul. Castren. in Authen. ex causa. colum. 5. ad fin. inf. de liber. præter. Alex. consi. 140. incip. super testamento, colum. penul. num. 9. lib. 1. Socin. consi. 25. colum. 2. ad fin. lib. 3. Crot. l. re coniuncti. culum. 45. uersi. quarta sit conclusio. Crauet. consi. 110. num. 3. Fabian. hic. Marcus Antonius Nata. consil. 514. numero 23. lib. 3. qui dicit communem.*

Sed

Sed Bart.tamen in d.l.si à milite,dicit,per eam glossam ibi,quod fortè patri manumissori debetur tertia,aliis uerò ascendentibus, puta ex linea materna, aut aliis,qui filium in potestate,nec habuerunt,nec habent, debetur dũtaxat quarta,cum in eis aucta non sit.

Superioris tamen receptæ sententiæ basis in d.§.1.versi.hoc autem obseruãdo, in Authen.de trien.& semi.locata est,illis in uerbis. (Hoc obseruando in omnibus personis,in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso decreta est &c.) si in omnibus personis,ergo & in parentibus,cum & his sem per quærela inofficiosi competierit.l.1.l.nam etsi.ff.eo.insti.eo. in princ. locutio igitur hæc generalis etiam parentes comprehendit. l. 1. §.pen.ff. de aleæ lusu,& aleat.l.si seruitus,in fi.ff.de seruit.vrb.ac quadrat,congruitq; tex.in d.l.nam & si parentibus,in fi.ibi,non minus parentibus,quàm liberis piè relinqui debet,suadeturq; satis prompta ratione,nam in correlatiuis datur extensio,etiam in correctoriis.l.fi.vbi Bar.& Ias.infr.de indicta uiduit tollen.Pater autem,& filius,ascendentes, & descendentes vtiq; quod correlatiua sint,nemo dubitat,ac,quum duo casus a lege veteri æquiperati inuicem sunt,lex noua in altero eorum disponens, alterum quoq; sub ea dispositione includere censetur.glo.fi.l.si.quis seruo alieno.C.de furt.& in l.quod uerò contra,ff.de legib.acceditq; & alia conclusio, quòd parentes legitimã titulo institutionis æquè,ac filii habere debent, de qua aliàs.

Contrariam tamen sententiam,vt in Parentibus aucta non sit,sed quarta solum debeatur, videtur non abhorrere Iason hic nu. 41. ad finem eius articuli, quem disputat,an Parentes legitimam titulo institutionis habere debeant, nam ea omnia argumenta, quæ ibi Iason mouet ad probandum, Parentes non esse necessariò instituendos,ad hunc quoq; nostrum articulum spectant, quapropter,,cum illo in articulo opinetur,titulum institutionis in parentibus non desiderari,iisdem rationibus, & argumẽtis simul hoc quoq; opinari censetur,quod in eis legitima aucta nõ sit,sed de hoc nos infra.

Sed præter argumenta Iasonis alia me ratio aduersùm communem sententiam
7 non nihil flectit.†Nam lex,quæ filiorum auget legitimam, non utitur verbis,quæ parentibus congruere; aut aptari possint, si quidem verba d.§. 1. vers.hoc autem obseruando;ita se habent, ut legitima filiorum sit triens, si vnus dumtaxat sit filius,vel saltem non plures, quàm quatuor, at si plures sint quatuor,vt legitima sit dimidia, quæ quidem posteriora verba in aliis personis verificari posse non videntur,quàm descendentibus, cum non possit

quis

quis tot parentes habere, quamuis enim possit quis habere patrem, & auum, & abauum eodem tempore, non tamen omnes successuri sunt eo modo, quo liberi, neq; in eis hæc distributio legitimæ seruanda erit, vt in filiis, Item ea ratione legitimam filiorum auctam voluit, quia potest contingere, vt quis magnum liberorum numerum relinquat, quo in casu impietas videretur tot filiis quartam dumtaxat paternæ hæreditatis distribui, quod in parentibus nequaquam contingere potest, cum igitur verba non congruant, nec pariter dispositionem in eis locum habere credendum est. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto, cum simil. Adde & contra communem opinionem esse nouellam constitutionem in tit. de legitima portione filiis relinquẽda, qui est titulus quadragesimus secundus libri Primi nouellarum Iustiniani, cuius hæc sunt verba videlicet. Hoc autem, quod de filiis, & filiabus diximus, teneat etiam in omnibus descendentibus personis, quibus .s. de inofficioso agere permissum est; Nouellæ autem illæ ex Authenticis excerptæ sunt, vt monet Paul. Castren. in l. non pro numero. C. ad Orficianum. Ex quibus resultare potest responsio ad tex. in d. §. 1. in Authen. de trien. & semi. quamuis enim generaliter loqui uideatur in omnibus personis, quibus de inofficioso querela est petit, videntur tamen ex proxime dictis, verba hæc ad personas descenden-
8 *tes restringenda † legitima verò quæ turpi instituta persona fratri debetur procul dubio aucta non est, sed quarta est ex recepta sententia. M. Antonius Nata consi. 1. lib. 3. & idem pariter in quibuscunq; aliis.*

Quo titulo Parentibus relinqui debeat legitima.

1 *Bartholus communiter reprobatus, dum tenet, institutionis titulum in Patre non exigi.*
2 *Bartholi supradicta opinio confutatur.*
3 *Textus in. §. aliud quoq; capitulum examinatus;*
4 *Parentum, & filiorum par ratio est, ut titulus institutionis requiratur.*

C*Onsequens est quæstio supradictæ, an titulus Institutionis æque in Parentibus, atq; in liberis sit necessarius, qua in questione Bartholus ferè solus à cæteris Doctoribus destitutus videtur, exemplo illius Saturnini, de quo in l. 1. ff. de senator. cuius saturnini opinio-*

nem nec vsquã relatã, nec vnquã receptam esse tradit ibi Vulpianus, solus enim Bart. hic credidit, minimè parentes institutionis titulo honorari oportere, at cæteri omnes Iasone teste contrariam sententiam sequuti sunt, in eademq; opinione persistit idem Bart. in l. fine. §. excluditur. vers. sed quid in patre. ff. de iure patronat. motus, quia in patre non reperitur correctum, at iura non corriguntur ex identitate rationis, nisi quatenus sit lege expressum l. precipimus, in fi. C. de appellat. & quia Pater, & Patronus æquiparantur certis casibus exceptis, sed in Patrono correctum non reperitur, ergo nec in Patre. Probatur verò hæc conclusio cõmunis iuribus (meo quidem iudicio) sic apertis, vt cauillum ullum non pertinescant, nempe tex. in §. & hæc quidem de parentibus, & §. cæterum, iunc. §. hæc autem disposuimus in Authẽ. vt cum de appellat. cognos. præsertim illis verbis. HAEC AVTEM DISPOSVIMVS, *ut & Parentes, & filios liberos à testamentorũ iniuria tutos reddamus, Ceterùm, si qui hæredes fuerint nominati, etiam si certis rebus iussi fuerint esse contenti, hoc casu testamentũ quidẽ nullatenus solui precipimus quicquid aũt minus ei legitima portione relictũ est &c.*

Et pondera subsequentia verba, videlicet. SOLA ENIM EST NOSTRAE SERENITATIS *intentio, à Parẽtibus & liberis iniuriã preteritionis, & exhæredationis auferre. & infra, dum dicit, eam legem factã esse ad vtilitatem Parentum & liberorum, quæ tamen lex disponit, ut institutio nominatim fiat, Qua propter, cum simus in claris, nullus coniecturis illis locus relinquitur, quas pro Bartholi opinione comminiscitur Iason, Hinc omnia ferè ipsius argumenta hac vna responsione tolluntur, Et ponderatio, quam Iason affert ad d. §. aliud quoq; & si videatur nonnihil subtilitatis habere, minus tamen uera est, nec literæ consonat. Ac, quod dicit Iason, quod in §. hæc quidem de parentibus. iunc. §. sequenti, enumerãtur causæ, quibus filii exhæredari possunt à Parentibus, contrà in alio §. recensentur causæ, quibus parentes possunt à filiis preteriri, vel exhæredari, dico ego, Iasonem non integrè omnia collegisse, cum in d. §. & hæc quidem de Parentibus, nedum causæ exhæredandorum Patrum iustæ enumerentur, verùm prætereà repetatur, vt omnia supradicta de liberis instituendis, in Parentibus quoq; locum sibi vendicent, vt supra demonstraui, quod si Iason ponderasset, hæc fortè quæ scripsit, sul ticuisset. Item, dum Iason dicit, in vers. sexto et vltimo; quod in §. hæc aũt disposuimus generalis ratio, quæ redditur eorũ, quæ suprà statuta sunt, debet ad ea restringi, quæ de Parentibus, liberisq; coniunctim expressè*

expressè statuta sunt, nec institutionis titulo exaudiri debent, cum institutionis titulus in filiis tantùm, non etiam in Parentibus exigatur, id quoq; à veritate alienum est, si quidem (vt suprà dictum est) etiam in Parentibus expressè hoc statutum fuit, quod autem relatiuè inest, verè & propriè inesse certum est, quod aliàs docuimus. Quod si dicere uelit, non dici id expressè statutum de liberis, & parentibus coniunctim, rogabo ego, quid igitur in utrisq; expressè statutum sit, quod eius litteræ verbis conueniat, nam enumerando partes à Iasone collectas ad §. aliud quoq;, vsq; ad §. hæc autem disposuimus, de secunda parte intelligi non potest, cum quatuordecim illæ causæ filiorum propriæ sint, nec omnes parentibus aptentur, In tertia autem parte, quæ incipit in §. sin autem hæc obseruata, vbi agitur de conseruatione legatorum, & fideicommissorum, neq; pariter Iasonis sensus elici deprehendi ne potest, nam legatorum, fideicommissorumq; conseruatio Parentum aut liberorum vtilitatem minimè spectat, nec quicquam adiumenti affert parentibus, aut liberis, vt ab iniuria tuti reddantur, quare nec ad eam se partem referre voluisse Iustinianus videtur. Nec ad eam partem magis se retulisse credendum est, quæ est in d. §. hæc quidem de Parentum, nam & illa nihil habet Parentibus liberisq; commune, quare à partibus sufficienter enumeratis concludẽdum est, necessariò voluisse Iustinianum se referre ad §. aliud quoq; capitulum in prin. cum præsertim ita se declarauerit in d. §. hæc quidem de Parentibus, ut suprà declaraui. Non est igitur a recepta sententia discedendum, sed credendum, Parentes quoq, non secus ac liberos institutionis titulo esse honorandos, quicquid Bart. & Iason, & si qui alii aliter sẽserint, sed tamen, quia non parùm Iason insistit circa æquiparationis argumẽtum, vtrùm hoc casu procedat, an minus, quamuis opinio communis non totum ab æquiperatis fundamentum sumat, nec tamen hoc quoq; subsidio defraudari debet, nam etiam iure Pandectarum his in terminis patrem, & filium parificari constat, nulla enim illo iure inter patrem, & filium differentia legitimæ tituli constituebatur, siue institutionis, siue alterius tituli necessitas requireretur, vt suprà ostendimus, & quamuis ea verè similitudo à Doctoribus appellari soleat, quæ plena sit. Bald. in l. curatoris colum. 1. in fi. sup. de nego. gest. sufficiet tamen, si pluribus in rebus conueniant, quàm discrepent. Ias. l. 1. colum. 3. num. 10. infr. de iure emph. Qua solutione pariter videtur, uti ut posimus in conclusione proximè supra tractata, An scilicet aucta parentum legitima sit, nam & hoc in negotio pares erant parẽ-

 tes, &

tes, & liberi pandectarum iure, cum liberorũ legitima & ipsa esset quarta queadmodũ legitima parentũ l. Papinianus. §. quarta aũt. & §. quoniam autem quarta. ff. eo. cum simil. quamuis nos contrariam sententiam in eo articulo secuti simus, quia ratio legis eadẽ in parẽtibus, quæ in liberis nõ militare videretur, neq; admittenda est solutio ad argumentum correllatiuorum per Iasonem allata, dicentem argumento locum non esse, ubi est diuersa ratio. clarum est enim eandẽ prorsus rationem in parentibus, liberisq; in hoc negotio vigere. d. l. nam etsi parentibus. ff. eo. videlicet quò ad titulum institutionis, non tamen quò ad legitimam augendam.

Legitima pleno iure relinquenda.

1 *Textus in l. vxori meæ. ff. de vsufr. leg. an sit correctus hac constitutione.*
2 *Proprietas supra legitimam relicta, an compensari debeat cum defectu vsusfructus, qui relictus non est.*
3 *Lex nostra intelligitur de vero vsufructu, non de vsufructu improprio, qui solet a maritis vxoribus superstitibus relinqui in vniuersis bonis.*
4 *Constitutio nostra intelligitur etiam in usufructu relicto vxori, vbi verus vsusfructus legatus esset.*
5 *Legitima non potest constitui in solo vsufructu, & ratio redditur.*
6 *Legitima ab initio deducitur ipso iure.*
7 *Vsusfructus quomodo in legitimæ rationem computetur, quando per filium legitima in vsufructu acceptata est.*
8 *Tex. in l. hæreditatum. ff. ad legem falcid. an habeat locũ etiam in legitima, & an illa dispositio vigeat solum in odiosis, & an solum in dubio.*
9 *Fructus legitimæ debentur etiam sine interpellatione, & quamuis bona fide consumpti essent, & petuntur principaliter.*
10 *Institutio filii facta in vsufructu. intelligitur coniuncta proprietate.*

CVIVS PORTIONIS VSVFRVCTV &c. *Debet pleno Iure legitima relinqui, sic ut filius proprietatem, & vsumfructum ipsius integrum habeat. Contrarium tamen videbatur supponi in l. vxori meæ. ff. de vsufructu legato, quã legem uti aduersantem huic legi Accursius hic citat, testator enim, qui filiã habebat, vxori*

vxori vsumfructum omnium bonorum legauerat, donec filia decem & octo annos impleßet, quare non poterat filiæ legitima cum vsufructu esse relicta, cum totus vniuersusq; vsusfructus vxori relictus esset, & nihilominus ibi testamentum ualere supponitur, cum id solum queratur, quid usufructus illius legatum comprehenderet, lex enim, quæ de vno dubitat, cætera præsup ponit habilia. vulga. l. qui testamento. ff. de testam. cum sim. nec recte soluit nodum hunc Angelus in §. prohibemus, in Authen. de trien. & semi. Dicēs, quod Pater filios non habebat, cū ex ipsa lege contrarium legatur. Accursius autem duobus modis se explicat, † alter est, quod d. l. uxori meæ sit correcta per hanc Authenticā, qua in solutione persistit idem Accursius & in l. quoniam in prioribus, ver. grauamen. infr. eo. tit. & in l. omnium 2. quæ glo. est sola in fi. glossæ. ibi, item in eo quod dicit. ff. de vsufruc. sequuntur Bar. Salycet. Bal. Castren. Iason hic, idem Bart. in d. l. vxori meæ. Bal. Paulus. Saly. Ias. in d l. quoniam in prioribus, idem Castren. in l. fi. ff. de condit. instit. & quamuis uideretur, hanc correctionem potius a l. quoniam in Prioribus, quā a nostra Authentica factam, vel a l. scimus. §. cum autem Castren. tamen in d. l. quoniam in prioribus, respondet, leges prædictas generaliter de omnibus grauaminibus disponere, sed nostram hanc Authenticam de vsufructu adempto specialiter, vel responde, ut ex altera glossæ solutione, deprehendis, quod licet prædictæ leges disponerent, ne quod grauamen legitimæ adiiceretur, † non vana tamen erat ambigendi ratio, an si tota proprietas, aut saltem maior legitima filio relicta esset sine usufructu, cum usufructus alteri legatus, aliterue relictus esset, potuisset filius uti in legitima grauatus iustè queri, quod videretur excessum in proprietate, cū usufructus diminutione compēsandum, uidebatur enim proprietas eatenus extimanda, quantū deducto illius temporis vsufructu vendi potuisset iuxta cōputationem ætatum, vbi perpetuus esset, ad præscriptā normā in l. hæreditatū. ff. ad l. falcid. estimatio autē rei fiet pro onere annexo, quanti vēdi posset l. pretia rerū. ff. ad l. falcid. no. Doc. in. l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. quod quidem nec in d. l. quoniā in prioribus, nec in d. l. scimus. § cū autē decisū erat, sed opportunum uisum fuit per hanc nostram Authen. id decidere, quia nisi speciatim decisum hoc fuisset, forte sibi persuaderi quispiam permisisset, legē illā antiquam l. vxori meæ, adhuc seruari, quàmuis generaliter aliud in d. l. quoniā in prioribus, & in l. scimus. §. cū autem, statutum fuisset; Est hic tamen non temerè pretereundum sub incudem reuocari posse, quod suprà

posuimus

posuimus, etiam quòd maior proprietas, legitimamq; excedens sine vsufructu relicta sit, non esse tamē, quod plus in proprietate est, cum vsufructus carentia compensandum, nā Angelus in d.§.prohibemus. in Authen. de triē. & semi. sequutus glossam ibi, dicit, quòd, vbi proprietas à legitima suprà tanti estimari potest, quanti vsusfructus legitimæ, non poterit filius se in legitima grauatum dicere, quibus verbis planè decisio legis nostræ non mediocriter restringeretur, cum ita demum ei locus esset, si legitima sola in proprietate relicta esset, secusq; esset, si non legitima tantùm, sed vltra dimidiā excedens portio in proprietate nuda relicta esset, quam tamen Angeli sententiam minus veram arbitror, cum passim aliud doceāt Doctores, generaliterq; tradant, legitimam pleno iure cum usufructu quoq; esse relinquendam, nec discrimen constituant, an portio tantùm legitimam exequans sine usufructu relicta sit, an maior legitima, cū et eo casu, quo filius vniuersaliter institutus est, usufructu omnium bonorum vxori legato idem dicant, etiam si ita uerba concepta essent, vt verus vsusfructus, nedum alimenta uxori essent relicta ex Bar. in d.l. vxori meæ. ff. de vsufruc. lega. in Authē. hoc locum. C. si secū. nup. mul. in consi. 56. Incip. Bart. fecit testamentum. in 2. dub. Alex. consil. 57. Ponderatis verbis testamenti. col. 2. lib. 3. & in consi. 214. in fi. lib. 6. Dec. consi. 418. col. 2. in princ. & consi. 485. col. fi. nu. 14. & consi. 590. col. fi. nu. 8. quibus ī locis factū habebat, quòd filius vniuersaliter institutus erat, ita quod non solam legitimam, sed totam, & vniuersam hæreditatē percepturus erat, & nihilominus decernunt, statim legitimā esse pleno iure percipiendam, etiā cū vsufructu, licet vxori fuisset vsusfructus legatus, hocq; est, quod Accursius noster hic in vltima glossa ait, dū reiecta posteriori solutione veriorem esse primā ait, quāuis aliud sentire uideatur in d.§. prohibemus, in vers. relinquat. in 2. solut. in vers. vel ibi, sed id tamē, quod Accurs. magis probat hic, idem etiam tenuit in l. quoniā in prioribus. vers. grauamē infr. eo. quam sequuntur ibi Doct. & glo. quæ est vnica in l. omniū in fi. glo. vers. item in eo quod dicit, dodrātis, & ibi, item secundū hoc intellige inf. de vsufruc. lega. l. vxori meæ; et meritò Iason bic ait, secundam solutionē glossæ à Doctoribus non probari. Ac certe preter id, quod suprà diximus, hoc intellectu nimium legem nostrā restringi, nō esset quoq; iuri, & æquo cōsonū, vt filius interea, dū vsusfructus penès aliū esset, alimētis ipse careret, cui absurdo aliàs quoq; Iustinianus obuiā eūdū decreuit, in l. quoniā in prioribus, & in l. scimus. §. cum autem inf. eo. siquidem (vt alio in loco ait Accursius)

carius

carius sit hodie ouum, quàm pulli crastini, neq; maioris hæreditatis portionis longa expectatio huic necessitati alimentorum succurreret, & est communis ut testatur Roderic.in d.l.quoniam in prioribus ampl. 3. nu.2. hinc etiam fit, quòd si pater filio fructus certorum bonorum reliquerit, quoadusq; beneficia certi valoris consequutus fuerit, nihilominus filius proprietatem, quæ legitimæ portionem expleat, nedum vsumfructum habere debet omni onere reiecto, quamuis etiam assequeretur dicti valoris beneficium. Petr. Ancharan.in consil.128. In Christi nomine si hanc Francisco Roderic. d.l. quoniam in prioribus in euident num.19.

3 *Quæ tamen de vero vsufructu alteri legato supradicta intelligantur, non de improprio, cuiusmodi est, qui a viro filios habente vxori in omnibus bonis generaliter relinquitur, neq; enim hoc legato vxor vera omniũ bonorũ usufructuaria esse intelligitur, ita ut filio nuda bonorũ proprietas reliqua fiat absq; vllo fructuum commodo, sed usufructus istius legatum alimenta sola uxori dabit ex consuetudine, quam passim obseruari ait glo. Bart. & Docto. in d. Authen. hoc locum. C. si secun. nup. mil. & in l. titia. 1. §. fi. de leg. 2. & vbiq; Doct. Hoc igitur in facto frustrà ambigetur, an filius interim proprietatem nudam habere debeat pro legitimæ portione, cum nedum legitimam cum vsufructu, sed etiam vniuersam hæreditatem pleno iure habere debeat, idq; non ea ratione tantùm, quia legitimam ab omni onere immune esse oporteat, sed quia vsusfructus hoc legatum verè vsusfructus non dicitur, neq; ei vsusfructus congruit diffinitio, quæ est, ius alienis vtendi fruendi rebus salua rerum substantia.*

4 *Non † tamen prætereundum duco, quod si testator mentem suam apertè declararit, cum vxorem omnium bonorum vsufructuariam constituit, de vero proprioq; vsufructu sentire, uxor integrum propriumq; vsumfructum habebit omnium bonorum legitima filii excepta, quæ pleno iure debebitur, ut supra dictum est. Dec. consi. 418. col. 1.*

5 *Sic † è conuerso in solo vsufructu legitima sine proprietate constitui non potest, etiam quod vsusfructus tanti æstimandus esset, quanti valeret legitima filio debita. maiori quidem ratione Anchar. consil. 117. Barbat. c. cum con stet, de pign. vt etiam Iason hic docet, legitima enim omnino cum fructibus debetur l. Papinianus. §. quoniam autem quarta, vbi no. ff. eo. de inof. testa. cum de substantia testatoris morientis debeatur, at fructus, qui post testatoris mortem percipiuntur, non possunt dici testatoris in bonis fuisse l. in fideicom*

missaria

missaria in prin.ff.ad Trebel.quare in legitima ratione ponendi non sunt, sed eam augent, quæ tamen rationes, non nisi pro usufructu legitima concludunt, quare alia ratio generaliter erit,

6 *† quòd legitima ipso iure deducitur, vt aliàs quoq; docuimus.l.linea margaritarum.ff.ad l.falcid.quare, cum semel iam tum ab initio detracta sit, fructus non sunt amplius in ea imputandi, qui postea percipiuntur; Bald.& Paul.Castren.in d.l.scimus. §.repletionem.Ruin.in consi.194.col.pe.nu.7.*

7 *† Item quia lex vult, ex substantia relinqui debere legitimam, non ergo satis fuerit in solo usufructu relictam esse, d.§.probibemus in Auther.de trien.& d.§.repletionem.si tamen in vsufructu legitima filio ipsi cōsentienti, & acceptanti relicta esset, vsusfructus ipsius computatio iniri debebit iuxta dispositionē l.hæreditatum.ff.ad l.falcid.& pro illius temporis ratione supputari, an usufructus legitima debitæ portionem expleat, vt Iason hic tradit, & Ruin.consi. 194.col.pe.in fi. nu.8.& col.seq.lib.2.*

8 *† & ante eos consuluit Ancharan.in consi.128.incip.si huic Francisco: quamuis enim traditum sit, dispositionem dictæ legis, hæreditatum, vti odiosam, nō nisi in illis terminis legis falcidiæ procedere, Angel.Imola, Castren.& Alex.eos referens.d.l.hæreditatum Corn.consi.204.incip.quamquàm.col.2.lib.3.Dec.consi.575.nu.9.& 10.non tamen crediderim, legitimam aliasq; quartas ab ea dispositione excludi, neq; etiam facilè admittimus, legitimæ detractionem odiosam esse, nisi in eo, dum contra testatoris uoluntatē detrahitur Ruin. consi.58. li.2.ac quod pdicta l. hæreditatū locus sit in omnibus casibus, quibus de vsusfructus perpetui, dū quis viuit, extimatiōe agitur, nedū in falcidia, sentit Bar.in d.l.hæreditatū.in fi. dū infert ad statutū de Gabella.atq; hæc expressit Roder.Xuarez in d.l.quoniam in prioribus.in 3.ampl. nu.9. citans ad hoc glossam. in l. omnium.ff. de vsufru.referendo eam glo.ad tex. item glo.pariter ad textum relatam in l.cum hi.§.modus in uerbo cum iuuene.ff.de trāsact.ubi Bal. & Angel.& Castren.& idem Bald.d.l. cum hi §. mihi autem, in fi.*

Quid tamen dicendum putamus, si filius ipse tantū tempus non vixerit, ut usufructus perceptus legitimæ sibi debitæ estimationi satis sit? Et dicēdum, quod, cum de veritate constet, presumptioni locus esse non debet; dispositio enim dictæ legis hæreditatum in præsumptione fundata est, cui in claris nō est locus.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver. obliga. vt ex glo.Bar. Paul. Castr. & Imol.in d. l. hæreditatum. ad l. falcid.hinc multò magis debet veritas non præsumptio inspici, cum de legitima agitur, cum ea magis debita, quàm falcidia

tidia sit, ut hac ipsa in specie dicit Ruin. in d. consi. 194. colum. fin. lib. 2. ut etiam in contraria specie, quando scilicet vixerit quis vltra computationem ætatis factam in d. l. hæreditatum, videtur decidisse Bartholomæus Veronēsis in consi. 14. colum. fin. quem refert, & sequitur Craueta consi. 105. nu. 10. quamuis idem Craueta in consi. 194. colum. fin. num. 5. & 6. sequatur aliam opinionem, ut scilicet initium actus, non autem euentus spectari debeat, etiam cum plus quis vixit, quàm computatio prædicta supponeret, ut ipse quoq; Bartholomæus Veronensis magis verum credit, quæ tamen posterior species nihil ad nostram quæstionem de legitima spectat, si quidem non dubium est, profuturum ei fuisse, quod fructuum plus legitima perceperit, etiam si mille annis (ut ita dicam) superfuerit, dubitatio enim sola erat, cū minus uixisset, de quo suprà dictum est. Et hanc etiam opinionem tenuit Rodric. in d. l. quoniam in prioribus, ampl. 3. num. 10. qui addit nō propterea reddi inutilem hanc questionem, nam licet possit augeri uel minui usus fructus pro tempore, quo usufructuarius uixerit, ut tamen legatum non sit in pendenti, sed præsens æstimatio certa sit, atque ut possit iniri ratio legis falcidiæ, ideo fit talis computatio, & à sexaginta annis suprà, fiet pariter computatio annorum quinq; iuxta prædictam legem, ubi Castren. & Rodric. vt supra.

9 † Vnum verò in hoc proposito legitimæ relictæ in usufructu ait Anchar. d. consi. 127. magna obseruatione dignum. q̄ si Pater filium in vsufr. instituat, debet intelligi, de usufructu coniuncto cum proprietate, vt sustineatur testamentum ex benigna interpretatione, præsertim si relinquat omnia, quæ ipse habet, percipit, & percipere consueuit, sequitur Rodri. vbi supra ampliat. 3. num. 4. ego uerò in posteriore hoc casu huic opinioni fortasse accederem, sed in priore nequaquam, nam si uoluisset relinquere proprietatem, non expressisset de usufructu, contraria enim seu diuersa hæc sunt.

10 † Adeo autē verùm est, legitimam etiā fructus comprehendere, ut etiam nulla facta interpellatione, fructus legitimæ statim à tempore mortis filio debeātur. no. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. eo. & glo. in l. fidei commissaria. ad Trebel. Nata. consi. 156. num. 7. & seq. cuius rei ratio est, quia fructus legitimæ non modò ex mora debentur ficta, uel uera, aut irregulari, sed etiam citra moram, cum legitima sit ius uniuersale, ac filius in legitima dicatur hæres secundùm quid, vt dicit Bald. in l. non est. C. famil. hercis. ideo fructus ante moram etiam percepti legitimam nō secus, atq; hæreditatem, aliudùe uni-

uersum ius augent, Ruin. in consi. 55. colum. 3. nume. 10. lib. 2. & propterea potest legitima vnà cum fructibus peti, Bossius in pract. crimin. in tit. de bono. publicatio. num. 7. & quamuis apud non nullos Doctores scriptum reperiatur, legitimam cum fructibus post moram deberi, Brun. in tract. de statu. excluden. femi. in 11. artic. princ. quæst. 2. & 3. num. 33. Ripa in l. in fideicommissariam. num. 44. & 45. ad Trebelian. Alba. consi. 100. colum. 2. num. 3. Non id tamen propter moram causatur, ut diximus, sed rationibus modò allatis, idemq; & de fructibus supplementi legitimæ ait Fabian. hic in 7. quest. & Ripa in d. l. in fideicommissariam. num. 46. post plures alios, quos ipse Ripa citando colligit, quibus adde Tiraquel. in l. si vnquam in glo. susceperit liberos. num. 97. infr. de reuocan. dona. Ruin. in d. consi. 55. num. 20. Vbi tamen hæreditas in pecuniis consisteret, fructus legitimæ citra moram non deberentur, nec mora absq; interpellatione committeretur D. Cephal. in consi. 56. colum. pen. num. 49. & 50. lib. 1. dicens, ita sentire Capra in consi. 153. in princ. iuncto num. 10. & Roman. in consi. 517. nu. 4. & 5. Neq; tamen credas, fructus veluti accessorios ad sortem peti, petuntur enim principaliter, cum legitimam augeant, Bald. d. l. neq; , Ruin. d. consi. 55. nu. 20. quod non minus in fructibus supplementi legitimæ procedit, quàm in fructibus legitimæ, & procedit etiam, quod fructus essent bona fide consumpti, Bald. d. l. non est. inf. fam. hercisc. Ruin. in consi. 26. num. 22. lib. 3. Cephal. in consi. 109. num. 29. lib. 1. post scriben. es hic. & post Bart. & Angel. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. co. quibus adde, & M. Anto. Natam in d. consi. 156. num. 2. lib. 1.

Legitima nullum grauamen admittit.

1 *Conditio omnis, & dilatio & grauamen de legitima reiicitur.*

2 *Conditio etiam honesta de legitima reiicitur.*

3 *Supplementum legitimæ pariter nullam dilationem, uel grauamen recipit.*

4 *Legitima Parentum grauamen aut dilationem non recipit, quod limitatur nisi ad secunda uota transierint.*

5 *Dos quæ legitimæ loco debetur, quemadmodum legitima grauamen reiicit.*

Legi-

6 Legitima grauari non potest fideicommisso.
7 Legitima non includitur fideicommisso vniuersali etiam in casibus quibus legitima grauari potest, ac quomodo hoc procedat ex Ruin.
8 Fideicommissi onus dotem non comprehendit.
9 Fideicommissum doti appositum specialiter, id tantùm comprehendit, quod legitimam excedit.
10 Fideicommissum doti apponi potest, extante statuto, quod filia dote sit cōtēta.
11 Fideicommissum de legitima reicitur, etiam si in fauorem piæ causæ factum sit, & quamuis filius testamentum probasset.
12 Fideicommissum dependens à potestate grauati à legitima non reiicitur.
13 Hæredes filii an & quando possint onus legitimæ respuere.
14 Substitutus ultimo loco per fideicommissum puberi & impuberi an capiat etiam legitimam.
15 Legitimæ alienatio prohiberi non potest.
16 Fideicommissum legitimæ imponi potest ad fauorem filii.
17 Legitimæ alienatio prohiberi potest ad utilitatem filii.
18 Legitimæ alienatio prohiberi potest vsq; ad certam ætatem.
19 Prohibitio alienationis bonorum simpliciter à testatore facta comprehendit etiam legitimam.
20 Prohibitio alienationis filio facta ex causa imbecillitatis iudicii ipsius filii an ualeat non probata dicta causa.
21 Fiscus tacente filio, cuius bona confiscata sunt, non potest opponere contra prohibitionem alienationis legitimæ factam ad certam ætatem.
22 Filii specialia ad fiscum non transeunt.
23 Mater potest filium instituere sub ea conditione, si Pater eum emanciparit, quando factum est ad commodum filii.
24 Causæ ingratitudinis insertio in exhæredatione non requiritur, nisi ubi exhæredatio fit in odium, secus si fiat fauore exhæredati.
25 L. multi non notæ, non est correcta per l. quoniam in prioribus.
26 Hæres ab intestato potest grauari in legitima, in qua succedit.
27 Legitimæ impositum onus filius recusare non potest, si maiorem portionem cui talis conditio imposita erat, acceptarit.
28 Filius institutus in portione maiori legitima, & iussus totam hæreditatem vnà cum legitima restituere, an teneatur fructus portionis legitimam excedentis sibi in legitimam imputare, & reliqua restituere omnia.

29 *Filius institutus in maiori portione, quàm sit legitima, & rogatus totam hæreditatem unà cum legitima restituere, an possit nihilominus totam hæreditatem consequi, nec tamen teneatur legitimam restituere.*

30 *Conditiones quæ de legitima reiciantur.*

31 *Conditiones casuales uel mixtæ, an testamentum vitient.*

32 *L. quoniam in Prioribus. & l. Omnimodo. subtiliter expensæ.*

33 *Substitutio vulgaris non reicitur de legitima.*

34 *Substitutio fideicommissaria pendens à potestate filii non reicitur.*

35 *Onus semel acceptatum à filio super legitima non potest detractari.*

36 *Casus in quibus filius potest acceptare onus super legitima, & quibus non.*

37 *Legitima an possit per testamentum minui uel auferri ullo casu.*

38 *Testamentum militis de peculio Castrensi non subiacet querelæ.*

39 *Testamentum militis, & Testamentum Clerici hodie subiacet querelæ.*

40 *Substitutio directa militaris non extenditur ad legitimam.*

41 *Legitima non minuitur legatis, uel fideicommissis in piam causam factis.*

42 *Legitima an priuetur filius non soluens legata facta in piam causam latè disputatur.*

43 *Filius non conficiens inuentarium an priuetur legitima latè disputatur, & concluditur, quod non.*

44 *Filius non conficiens inuentarium ita demum deducet legitimam, si probarit, hæreditatem non posse sufficere legatis & legitimæ.*

45 *Dos an constitui possit minor legitima à Patre, & pluribus modis declaratum, & ampliatum.*

46 *Filius an & quando per pactum uel renuntiationem à legitima excludi possit.*

47 *Pactum inter patrem & filium de non succedendo non ualet, & multò minus in legitima.*

48 *Pactum de non succedendo cum iuramento factum includit etiam legitimam.*

49 *Iuramentum in pacto de non succedendo appositum non operatur, si læsio enormissima interuenerit, contrarium author defendit.*

50 *Iuramentum non habet uim extendendi.*

51 *Iuramentum non operatur, ubi consensus abest.*

52 *Iuramentum non supplet pro his, quæ pro forma requiruntur.*

53 *Ex forma non est, quod filius specificè renuntiet legitimæ.*

54 *Iuramenti effectus in pacto de non succedendo, vel renuntiatione qui sit.*

55 *Pactum de non succedendo alicui, cum tertia persona initum non ualet.*

56 *Pactum de non succedendo alicui initum cum tertia persona valet, si ille consensum expressum presliterit, de cuius hereditate agitur.*

57 *Iuramentum non validat pactum super hereditate alterius factum illo non consentiente expresse.*

58 *Quodcunque pactum etiam cum iuramentò non includit legitimam nisi expressum sit.*

59 *Filius paciscens super hereditate Paterna ipsò uiuente etiam à legitima excluditur.*

60 *Pactum post mortem Patris factum de hereditate eius non petenda valet, sed legitimam non includit.*

61 *Renuntiatio generaliter facta hæreditati à filia, quæ dotem accepit, legitimã non includit.*

62 *Renuntiatio; & pactum de hereditate non petenda facilius admittũtur post mortem Patris, sed eo uiuente, si valeant latiùs extenduntur.*

63 *Filius acceptans relictum à Patre, non ideo uidetur legitimam renuntiare.*

64 *Pater an posit filio præiudicare in legitima per donationem alicui ex filii vel nepotibus aliisue factam.*

65 *Quærela inofficiosæ donationis reuocat solam legitimam non totam donationem.*

66 *Pater an posit aliquo commento præiudicare filio in legitima, &, quid si confessus fuerit, pecuniam penes se depositam.*

67 *Confeßio Patris dicentis, certam pecuniam penes se depositam, etiam iuramento uallata non præiudicat filio in legitima.*

68 *Legitima an posit tolli, vel minui per statutum.*

69 *Legitima Parentibus debita difficilius tollitur, quàm legitima filiorum, &, qua ratione.*

70 *Quatuor opiniones principales in hoc articulo, an legitima per statutum minui aut tolli posit.*

71 *Legitima reducta ad necesitatem, & ad certos terminos est de iure ciuili, sed*

sed ex naturali ratione inducta, quare tolli potest statuto.

72 *Alimenta nullo iure, uel consuetudine tolli possunt.*

73 *Alimenta an filio præstanda sint, cum ex dispositione statuti à legitima excluditur.*

74 *Alimenta non sunt præstanda filio ex iustis causis exhæredato.*

75 *Alimenta ubi filio præstanda sunt, eadem ratione uxori quoq; eius præstanda erunt.*

76 *Alimenta filio præstanda non sunt, qui propter diuitias à legitima per statutum excluditur.*

77 *Iusta causa priuandi filios legitima an sit relinquenda arbitrio statuentium.*

78 *Alimenta petuntur iudicis officio.*

79 *Legitima debita parentibus potest tolli per statutum.*

80 *Legitima an censeatur sublata statuto excludente filias dotatas à successione.*

81 *Legitima censetur sublata statuto disponente, ut coniux superstes lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonii.*

82 *Legitimæ supplementum an peti possit à filia instituta in minori portione, stante statuto, quod filia ab intestato non succedat, diffusè explicatur.*

83 *Legitimæ supplementum petere non potest, qui non potest impugnare Testamentum.*

84 *Legitimæ supplementum petens, an dicatur Testamentum impugnare.*

85 *Extensio passiua permissa est, etiam in statutis.*

86 *Supplementum legitimæ non videtur propriè testamento relictum.*

87 *Legitima an diminuatur legatis uel fideicommissis in piam causam factis.*

88 *Legitima liberorum etiam in eo, quod per statutum auctum est, fauorabilior est pia causa.*

89 *Libertatis causa est fauorabilior legitima.*

90 *Decii opinio reiecta existimantis causam liberorum etiam extra legitimam esse fauorabiliorem causa pia.*

91 *Legitima etiam non agnita transmittitur ad hæredes etiam extraneos.*

92 *Querela competens ex l. hac edictali transmittitur.*

NEc vsufructu defraudari liberi &c. *Si ergo nec vsufructu quidem defraudari possunt, quæ pars est integralis l.1.ff.de usufruct.acrescen.quantò minus tota legitima defraudari poterunt, Expressum est enim de vsufructu, vt, in quo maior ambigendi ratio inesse videretur, quod particula (nec) indicat, cuius est, exprimere casum magis dubitabilem. Hic non ab re futurum existimamus, si fusius aliquantò explicauerimus, an poßit quandoq; filio sua legitima auferri, vel minui, vel onerari, uel testamento paterno, vel contractu, uel statuto, vel præscriptione de quibus infra sigillatim.*

1 *Adeò illibatam, & integram legitimam filio esse oportet, † vt nullum omnino onus ferre velit, nulli grauamini subiacere, nedum vsusfructus diminutioni, sed nec alii cuicumq; l.omnimodo.l.quoniam in prioribus.l.scimus. §.1.& §.repletionem. infr. eo. quibus iuribus cauetur, quòd neq; conditiones, neq; dilationes, nec ullam moram, uel modum, uel grauamen legitima admittit, ita, ut legitimam integram, imminutam, omni ex parte, immunem,*
2 *præsentem, & repræsentatam filius recipiat, † quinimò etiam conditio alioqui honesta & fauorabilis, puta, si nupserit, si religionem ingressus fuerit, similesq; de legitima reiiciuntur. Io. Lupus Hispanus in d. c. per uestras. de donatio.inter uir.& vxo.Port.Imol.in reg. 42.in 9. amplia.lib.1.commu. opin. quinimò, etiam si cum causa pia certetur, hoc tamen locum habebit, quare traditum est, non potuisse filium, cui legitima sola relicta sit, hoc onere grauari, ut uotum peregrinationis à Patre suscepti impleat, Bartholomæus Brixien. in quest. 112. incip. Quid si Pater uotum fecit Alberic in d.l. quoniam in prioribus. in prin. vbi etiam Rodric. num.20. Contrarium tam cum videntur frequentiores Doct. tenere, vt testatur Rodric. in d.l. quoniam in prioribus. in eviden. num.20. per text. ubi glo. in c. licet, de voto. vbi latißimè,*
3 *de quo text. & nos loquimur alio in loco huius interpretationis, † quod priuilegii etiam acceßio legitimæ à lege municipali concessa consequetur Brun. in tract. quod stantibus masculis. lib.3. col.56. Port. Imol vbi supra in 10.*
4 *ampliat. † Idq; etiam in Parentum legitima procedet, Guid. Pap. quest. 478.*

478.Gomesius.insti.de testam.cap.11.num.24.uersi.quod extende, Port. Imol.ubi supra,nisi tamen hi parentes ad secundas nuptias transierint, aliique filii ex matrimonio priore superstites sint, Ioannes Garronus in Authē. ex testamento.infr.de secun.nupt.num.19.Imol. in d. reg. 42. limita. 25.
5 † hocq; non solùm in legitima,sed etiam in dote,cum legitimæ loco debetur, seruandum est, quapropter respondet Castren.in consi.370.num.2. lib. 1. quòd extante statuto,uel consuetudine,vt filia dotata ab intestato non succedat, Pactum in dotis constitutione, appositum, vt filia sine liberis decedente ad Parentis hæredes dos reuertatur, non poterit huiusmodi Pactum veluti onerosum filiæ in legitima preiudicare, nisi ea consenserit, quod non vulgari nota dignum existimo, & hinc fit, quòd, si frater dotando sororem stipulatus esset dotem sibi restitui soluto matrimonio, non ideo liberaretur, quin legitimam dare teneretur,nisi eam stipulationem remisisset.l.vxorem. §.pater naturalis.de leg.3.Bald.l.quoniam nouella,num.10.inf. eod. Fa-
6 bian.hic num.99.versi.& prædicta. † Hinc & fideicommisso grauari le-
7 gitima non potest.l.ex tribus.infr.eo. † ita quidem, ut quibus in casibus filii legitima,grauari potest, in fideicommisso tamen vniuersali non includatur legitima,glo.quam ibi sic obseruat Angel.in l. precibus; in glo.fin.inf. de impube.Oldrad.consi.107.quam tamen glossam declarat Ruin.in consil. 97.num.8.lib.1.dicens,intelligi eam debere in milite,prout loquitur, qui filium legitima nondum quæsita priuare quidem potest,sed, cum ad eam iã peruenerit, quia hæres patris fuerit, tamquã iure quæsito priuare eum non potest,quamuis alioqui miles priuilegio fruatur, ex Imola in l.Centurio.ff. de uulga.in colum.2.& in c.Raynutius. propterea (inquit Ruin.) glossam loqui eo casu, quo onus in tempus hæreditatis iam quæsitæ confertur, quo tempore non potest filius iure iam quæsito etiam à milite patre priuari, &
8 Alexan.etiam in d.l.Centurio. † Hinc etiam fideicommissi onus filiæ impositum dotem nõ comprehendet.l.a filia.l.mulier.§.cum proponeretur, Ad
9 Trebel. † quòd, si specialiter de dote etiam testator dixerit, id tantùm restituendum erit,quod legitimam transcendet. l.fin.§.filiæ.vbi Bart. de leg. 2. Alcia.in l.cum proponas.supra de pact. Mantua in singula. 443.
10 † Si tamen statutum disponeret, vt filia esset dote contenta, poterit substitutio fideicõmissaria etiam in dote fieri Georg.Nata.in c.quamuis. de pact. in 6.Port. Imol. in d. reg.42.limita.19.quod tamen ego haud ita facilè
11 admiserim. † Atq; hoc fideicommissi onus tam graue estimatur, ut non

minus

minus prohibeatur in legitima,& si piæ causæ restituenda esset per fideicommissum Paul.Castr.in consi.111.incip.substitutio colum.2.in princ. uersic. nunc ergo uidendum lib.1.Benedic.Capra in cons.66.incip.Punctus Dec. in consi.8 (.col.1.& consi.688.Port.Imol.in d.reg.42.in 6.ampliat.

Nec minus procedet,quanuis filius testamentum approbasset, generalis enim approbatio filio non oberit, quin fideicommisso legitimam deducere possit, Ancharan.in cons.151.plura sunt dubia,colum.4.quæ fuit sententia Gulielmi de Cuneo in l.si quando.§.& generaliter,vbi cæteri, quam receptam testatur,multisq; in hoc citatis probat Port.Imol.in d.reg.42.in 4.amplia. id tamen negans procedere, si iuramentum esset adhibitum ex Decio consil. 26.colum.1.Alex.in consi.43.colum.3.& seq.Ripa.in 6.respon.nu.13.

12 lib.1. † Si tamen fideicommissum à potestate grauati penderet,nequaquam reiiceretur,Ruin.in consi.113.num.13.lib.3.

13 Sed dubitatur ad hæc,an, † quemadmodum filius in legitima onus respuit, sic & hæredes ei ab intestato succedentes possint idem onus respuere, & Castren.in l.ex tribus.infr.eod.sentit,posse eiuscemodi onus fideicommissi in legitimis hæredibus valere, si filius in pupillari ætate decesserit, si verò pubes factus decesserit,fideicommissum euanescere,redditq; hanc rationē, quia legitimi hæredes dum succedunt pupillo decedenti, eam successionem patri pupilli acceptam ferre debent, cum Pater potuisset filio pupillariter substituere, & hæredes ab intestato uenientes, atque adeò ipsam matrem summouere, quod, cum non fecerit, perinde haberi debet, ac si ab ipso patre hæreditatem illam consequuti fuissent. argum. l. conficiuntur .ff. de iur. codicil. meritò igitur hæredes legitimi, veluti à patre pupilli honorati ab eodem onerari potuerunt, quamuis filius ipse grauari non potuisset, quòd si pubes factus filius decessisset, cui fideicommissum iniunctum est, cum eo casu non potuisset pater intestati successionem filio interuertere, propterea que non uideantur legitimi hæredes aliquid à Patre consequuti, non potuerunt à Patre ipso pupilli onerari, sequuntur ibi scribentes,præsertim Iason,qui preterea tractat,an in dubio fideicommissum videatur iniunctum filio,an hæredi.

14 Quæritur † item, quid in hac specie dicendum sit, si Pater duos filios habens, alterum puberem, alterum verò Impuberem, eos æqualiter instituerit, substitueritque eos inuicem vulgariter pupillariter, & per fideicōmissum,ultimo autē eorū decedēti substituerit (puta) Titium, priorq; impubes decesserit,cui pubes,ex pupillari substitutione successerit, mox & pubes

ipse decesserit, instituto sibi hærede sempronio, an, cum titius à patre vltimo loco substitutus fideicommissum a Sempronio hærede petit, possit Sẽpronius legitimam vtriusq; filii una cum Trebellianica detrahere, & Castren. quidem, qui hanc speciem proponit in d.l.ex tribus, tradit, posse legitimam, & Trebellianicam deduci de ea portione, in qua fuit institutus pubes, Illi autem portioni, in qua impubes institutus fuit, legitimam detrahi non posse, sed Trebellianicam dumtaxat, siue fideicommissum fuerit ab vltimo moriente relictum, seu post amborum mortem, quod idem esse ait, l.codicillis.ff.de usu fruc.lega.sin testator dixisset, relinquo eis, et cuilibet eorum, tunc portio, quo que impuberis legitimæ deductionem, & Trebellianicæ pateretur, quia fidei commissum censeretur a pupillo relictum, cuius legitima onerari fideicommisso non potuisset, idq; etiam ante Castrensem quamuis obscurius ibi Bal. dixerat, sequitur Iason ibi, & alii, quos ipse Iason citat & Alexan. in d.l. planè.§.si duobus.col.pe.in fi.Ruin.in consi. 118.nu.22.lib.3.

15 *Hac quoq; ratione, quòd legitimam immunem esse oportet, fit, † quòd pater filium prohibere non potest, legitimam alienare. Stephan. Bertran.in consil. 197.in fi.lib.1.& consi.173.col.3.lib.3.Port.Imol.vbi sup.in 7.amplia. Iason in d.l.filiusfamilias.§.Diui nu.116.in 1.lectura.& nu. 117.in 2. lectu.& ibi etiam Alba.nu.80.*

Nonnullis tamen casibus legitima fideicommisso subiici, eiusq; alienatio prohiberi potest; Primus casus est, cum fideicommissum ideo factum est, aut alienandi probibitio, vt filio consulatur. Docto.in d.l.filiusfam.§.Diui.de lega.1.Castren.in consi.234. lib.1. Berous in quæst.87.nume.4.Bossius in
17 *pract.crimi.in tit.de Bono.publicat.nu.41. † vt (exempli gratia) si vsq; ad*
18 *certũ ætatis tempus alienare, † vel inconsultis agnatis prohibeatur. Alba. consi.7.nu.21.Io. Lupus Hispa.in d.c.per vestras fo.40.col. 4. de donatio. inter vir.& vxo.Port.Imol.in d.reg.42.limitat.22.ad quod facit.l. multi*
19 *non notæ.ff.de libe.& posthu. † quinimo, si filium generaliter vsq; ad certã ætatem alienare pater prohiberet, simul etiam prohibita legitimæ alienatio intelligeretur, adeò huiusmodi, & ad hunc effectum facta prohibitio fauorabilis habetur, Iason.in d.l.filiusfam.§.Diui.nu.116.in 1.lectu.etnu.117. in 2.lectu. & ibi Alba.& idem Alba.in d.consi.57.col.2.num.9.& 10.*
20 *Berous.in quæst.87.nu.4. Rolan.à Valle in consil. 198. † Ambigi tamen hic solet, an huiusmodi prohibitio, vt filio consulatur, facta, quia forte indicii ipsius imbecillitas suspecta sit, valeat, imbecillitate ipsius non probata*

Alcia.

Alcia.enim in l.cum proponas,sup.de pact.censuit,non esse assertioni Patris standum,qua se à legis iussu colore quęsito eximeret, arg.l.si donatione vbi glo.infr.de donatio.&,quod dicit Bart.in l.si forte.ff.de Castren.pecul. nisi patris affirmationi aliqua probabilis coniectura iungeretur, argum. l. etiam.§.1.ff.de manumis.vindic.Docto.in c.quàmuis,primo.de re iudi. in eademq; sententia perstitit idem Alciat.consulendo in responso 635.Contrariam verò,quod Patris attestatio sufficiat,absq; vlla probatiõe,tradit Picus in l.in quartam nu.123.ff. ad l.falcid. admonens, hoc veluti alio loco non scriptum memoriæ esse commendandum,& Ferdinã. Loaz. in d.§.Diui. nu.22.& idem Alcia.sibi non constans contra morem suum in respõ.522. Rolan.à valle in consi.198.nu.29.lib. 2. Huiusmodi enim hunc ad finem facta prohibitio fauorem filio potius, quàm onus importat; quapropter, & ego hanc posteriorem sententiam magis audacter sequor, cum præsertim nulla subest causa,quare patris in filium fraus suspecta sit: si tamen filius apud omnes integri saniq; iudicii haberetur,talisq; esset,crederem,prohibitionem illam etiam ante completam ætatem à testatore præscriptam,cessare,præser-
21 tim post ætatem legitimam.† Additq; idem Rolan.à Valle,quòd data Alcia.opinione in d.l.cum proponas, non tamen admissa,ita demum procederet,si ob id filius damnatus conquereretur, neq;enim fiscus, qui propter filii delictum loco eius succederet,in hoc quoq; ius filio inuito succederet, quod speciali fauore filii introductum est,nec ad alium transfertur ex Castren.in d.l.quoniam in prioribus,vers.sed tertio queritur.infr.eo. & in l.1.versic.
22 sed contra hoc.C.de bon.lib.† Ius enim proprium liberorum ad fiscum transire non solet l.eorum.ff.ad l.Iul.Maiest.l. iura libertorum ff. de iu.patron. Alciat.in his terminis in d.consi.522.col.fi.ex Bal.in l. si qua pena. ff. de his,qui sunt sui vel alie.iu. Alciatus verò in d.l. cum proponas,ait,non obesse fisco eiuscemodi prohibitionem,cum filii bona ob eius delictum publicantur,quia filii fauore ea prohibitio in legitima ualét,qui fauor delicto extin-
23 guitur,ex Bart.in l.si quis in tantã.col.2. inf.vnde ui.†Huic casui admodũ similis quoq; erit ille,cum mater viri prodigalitatem timens, filium sub ea conditione instituit,si pater eum emanciparit,vt l.,filiis matrem,vbi glo.Bal. Salyc.& Ias.l.si quis in suo §.1.infr.eo.l. scire oportet. ff. de tut.& curat. da.ab his.l.quidam cum filium.ff.de her.instituen.glo.l.sancimus ver. celebrari.inf.eo.l.si emancipatus.ff.de Bono.possess.cont.tab. l.si patronus. §.si quis non mala.ff.de bon.liberto. & Bart. Bald.& alii in l. cum ex filio.ff.

de vulga. Bal. in l. si pater col. 2. infr. de instit. & subst. & l. filiæ cuius infr. famil. hærc. & Imol. Roderi. in d. l. quoniam in prioribus. lim. 1. quæ sententia à pluribus recepta est, quàm sententia contraria, ut testatur Portius Imola. in d. reg. 42. 1. limitat. Contrariam quidem opinionem asseruerunt Bald. in l. si pater in 3. opposi. infr. de insti. & substi. & in Authen. ex causa vers. quarto pono. infr. de libe. preter. Iason in d. l. filiis matrem. infr. eo. tit. Bal. enim ait, quòd, si pater filium excommunicatum instituat sub hac conditione, si petierit absolutionem, est in filii arbitrio, hoc consilium sequi uel non, modò sit sanæ mentis, at in d. Authentica ex causa, sic ait, Et scias, quod licet dicam fauorabilem Exhæredationem tenere, si tamen filius vult purè, & liberè bonorum subsidium, potest ipsum petere, cum in eo filius sit creditor, qua propter non tenetur acceptare dilationem etiam fauorabilem, & Iason in d. l. filiis matrem col. 2. in princ. verś. licet omnes, dicit, quod, quò ad legitimam, quum absq; onere esse debeat, putat eam legem correctam esse a l. quoniam in prioribus; Tu tamen a priori sententia ne discesseris, in quam idem Iason videtur inclinasse in d. l. quoniam in prioribus. col. 2. in princi. in 1. limitat. Nec te moueant rationes ex aduerso adductæ, neq; enim l. quoniam in prioribus corrigendæ eius legis causa factam credendum est, alteriusue legis, sed addendi potius, & supplendi gratia, vt ex illis verbis patet (hoc addendum censemus) & l. illa quoniam in prioribus, solum grauamen reiicit; hoc uerò non est grauamen, sed fauor, & prouisio, & quàmuis sit creditor, non tamen suo credito ex hac prouisione fraudatur, nec obest, quòd hæc conditio (si a patre fuerit emancipatus) possit damnum afferre filio, si moriatur, antequam emancipetur, vt dicit Iason in d. l. filiis matrem, attento præsertim, quòd pater non potest ob hanc causam cogi, filiam emancipare, vt dicit glo. ibi ver. obtemperauit, vbi Bar. Bal. Salyc. Castr. & Ias. nam respondeo, quòd fortè non præsumit lex, quòd pater sit recusaturus emancipare, & hæc obiectio (caue) in aliis conditionibus non militat extra conditionem emancipationis.

Neq; etiam te moueat, quòd testamentum videatur irritum esse eo, quia filius non sit institutus, neq; exhæredatus aliqua inserta causa ex his, quæ recensentur in. l. multi non notæ. ff. de liber. & posth. † nam respondet Barto. in d. l. cum ex filio, quod dicitur filius cum causa exhæredatus, cum ad propriũ ipsius filii commodum exhæredatus est, quamuis enim hæc causa ex illis non sit, quæ recensentur in §. aliud quoq;. & in §. causa. in Auth. vt cum de appellat.

appellat. cognoscit, hoc tamen nihil interest, loquitur enim illa Authentica de exhæredatione, quæ fit in odium filii, nos de ea, quæ ad commodum & fauorem ipsius fit, & consequenter ibi enumerantur causæ, quæ meritò odiũ Paternum irritare potuerunt, ingratitudinemq; ipsius filii patefacere, quod in negocio & casu nostro minimè erat necessarium, propterea dixit Guliel. Cun. in Authen. non licet. infr. de lib. preterit. Vnum dari casum, quo ualet exhæredatio filii, etiam si non fiat inserta una ex causis positis in d. §. causas, uidelicet, cum mater, filium exhæredat, ut eius indemnitati, & utilitati consulat, ut quia uideat, eum esse prodigum, & dilapidatorem bonorum, quamuis non rectè ab ipso Gulielmo dissentiat Salyc. ibi, Bartho. tamen qui semper tutas doctrinas tradere curat, ait, quòd, ut omne dubium euitetur, consultius erit his casibus, filium in quinq; solidis instituere, & reliquũ ei legare in tempus pubertatis, nam tunc filius non posset testamentum dicere nullum, cum institutus sit, nec posset statim agere ad supplementum, quũ nulla hoc casu quærela competat, d. l. multi non notæ. & d. l. cum ex filio, ergo
25 nec ius supplementi, quia loco quærelæ succedit, ut aliàs diximus. † Non erit certè admittenda eorum opinio, qui credunt, d. l. multi non notæ, correctam esse per. l. quoniam in prioribus. quamuis enim lex illa, quoniam in prioribus omnem moram, omnemq; dilationem de legitima tollat, illud tamẽ sic intelligendum est, si certum sit, eam dilationem, uel moram filio oneri, & grauamini futuram, uerùm si certum sit, commodo filii eam dilationem futuram, aliud erit, ut d. l. multi non notet glo. d. l. si Pater puellæ. inf. eo. Bar. d. l. cum ex filio, quin etiam traditum est, & si dubium sit, vtrùm dilatio uel conditio sit in fauorem filii, uel grauamen, vbi tamen aliquibus coniecturis depræhendi, posset eam prouisionem ad commodum filii factam, idem fore dicendum, quod si certa res esset, ualereq; talem prouisionem Salyc. in d. l. quoniam in prioribus colum. 2. quem sequitur ibi Rodric. prima limit. Si verò iustè metui posset, ne posset quandoq; ea conditio damnum filio apportare, quamuis fauore ipsius apposita videretur, reiicienda esset, quæ in specie intelligenda est. l. si Pater puellæ, & ita loquuntur Doct. in d. l. filiis matrem, & in d. l. cum ex filio. Hinc etiam fit, quòd potest Pater in legitima filio pupillariter substituere, quia ea prouisio filii fauore facta censetur, l. ex tribus. infr. eo. quod procedit etiam codicillos faciendo. l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti de leg. 1. ubi gl. & Bart. Bald. Ias. in l. si arrogator. ff. de adopt.

Alius

26 Alius † casus est, quo potest legitima subiici fideicommisso, cum scilicet, fideicommissum iniunctum esset non ipsi filio, sed hæredibus ei ab intestato successuris, puta, dicendo sic, instituo filium meum in legitima, & rogo eos, qui illi ab intestato succedent, ut eam portionem Sempronio restituant, ad qđ est text. elegantissimus in l. si fundum per fideicommissum. §. sicuti. vbi Bart. Bald. & Ange. & alii, de leg. 1. & idem Bar. Castr Ias. & alii in d. l. ex tribus. & in l. 1. in fin. ff. de uulgari. Imol. in c. Raynutius de testamen. Paris. in consi. 55. colum. 2. lib. 3. Rodric. in d. l. quoniam in prioribus. in prima limit. num. 15. Port. Imol. in primo libro communium opinionum reg. 42. in limit. 8. quamuis (nescio quo consilio) aliud senserit Raphael in d. l. ex tribus. & in d. l. Papinianus. § sed nec impuberis. ff. eo. & in l. cohæred. §. cum filiæ. ff. de vulgari, quem etiam refert Angel. Aret. inst. de pup subst. in prin. cuius Fulgosii rationibus respondet tamen Rodericus vbi suprà. Et præfati Doctores idem aiunt etiam in substituto pupillariter, ut is quoq; in legitima grauari possit, quamuis idem Raphael ubi suprà contrarium tenuerit, cui pariter idem Rodricus ibi Respondet.

Et ratio redditur supradictorum, quia succedentes ex substitutione pupillari, uel ab intestato habent hæreditatem ex voluntate Patris, qui testamento eos uocauit per substitutionem, vel saltem eos non exclusit, quod potuisset facere, si uoluisset, sed hic tamen casus non est exceptionis a reg. nostra loco adducendus, cum ex regula non sit, nam regula nostra est, legitimam filii fideicõmisso, aut alio onere grauari non posse, sed; cum mortuus est filius, iam non est amplius legitima, sed legitimæ nomen amittit, nec tunc dicitur filius ullo modo grauamen sentire, sed uenientes ab intestato, quod si filius ad eum, quem Pater nominauit, bona sua peruenire nolit, potest alium hæredem instituere, & non permittere, ut perueniant ad hæredes legitimos grauatos fideicommisso, unde patet, non sentire eum aliquod grauamen. Non tamen omnino sine effectu, & grauaminis odore est tale fideicommissum, nam remoto fideicommisso hoc specialiter in legitima facto posset legitimus hæres legitimam ex persona filii detrahere, stante autem tali fideicommisso non posset eam detrahere ex persona filii, cum filius non fuerit grauatus, neq; etiam ex sua ipsius persona grauati, cum ei non debeatur legitima in bonis Testatoris, quod docent Bald. & Angel. in l. 1. §. substituere. ff. de vulgari. Rodric. in d. limit. prima num. 17. uersi. ex prædictis potest dari consilium. ad l. quoniam in prioribus. qui tamen dicit articulum hũc egere declaratione. uel

exacta

exacta quadam disputatione. Additq; idem Rodric. ibi, Tale fideicommissum appositum uenientibus ab intestato expirare pubertate ipsius filii, ex .l. quod fideicommissum. de leg. 1. quamuis alioqui fideicommissariæ substitutiones expirare non soleant pubertate, ratio est differentiæ, quia legitimi hæredes post pubertatem non succedunt puberi ex testantis prouisione, quapropter, cum ab eo honorati in eiuscemodi successione non censeantur, nec grauari ab eo possunt, quare in milite aliud uidetur dicẽdũ qui potest directò filiis etiam post pubertatem substituere. Rodricus. vbi supra ex Angelo in d. §. sicuti

Alius casus est, quo legitimæ impositum fideicommissum tenet, cum filius legitimam respuit, uel decedit, priusquam ipsam agnoscat, tunc enim legitima transit ad substitutum, ipseque substitutus fideicommissi onere adstringitur, quamuis non ipsi sed impuberi iniunctum fideicommissum sit, Ias. in l. si arrogator, colum. 15. uersi. secundo principaliter limita. num. 19. ff. de adop. per text. in l. cum patronus. de leg. 2. vbi Bald. Angel. & Alex. in apostil. Bart. & Castren. Rodric. in d. l. quoniam in prioribus. in prima limit. num. 19. & in 4. limit. per totam.

7 Alius † erit casus, quo legitimæ alienatio interdici, fideicommissòue subiici potest, cùm à lucro alio, puta, maioris partis hæreditatis perceptione filius excluditur, nisi illi grauamini fideicommissi consenserit, vel prohibitionem alienandi seruauerit, si enim filius eam portionem legitimam excedentem acceptarit, legitimam quoq; onere imposito affectam accipere eum oportebit, ita, ut neq; alienare eam possit, nec fideicommissi restitutionem effugere, nec legata imposita detrectare Dec. consi. 687. colum. 2. Cor. consi. 303. num. 1. lib. 1. ideoq; dicit Ruin. in consi. 136. num. 13. & num. 17. lib. 2. prohiberi etiam posse alienationem legitimæ ad hoc, ut alienans à lucro, & fideicommissi spe excludatur, ex Raphaele in §. diui. & Paul. Castr. in consil. 23. Marian. iun. consi. 122. colum. 2. lib. 1. Port. Imol. in lib. 1. Com. opin. reg. 42. limita. 26. Io. Cephalus in consi. 16. num. 56. lib. 1. qui citat etiam in hoc Baldum in l. scimus. §. repletionem. q. 5. infr. eo. Angel. in l. 2. ff. de acquir. hæred. & glo. in l. cohæredi. §. cum filiæ. in versi. tenebuntur, ff. de vulgari. qui tamen Baldus ex contrario sensu hoc quidem videtur sensisse, directò verò hoc non elicio ex eo, neq; vllo modo ex Angelo, neq, ex glo. in d. §. cum filiæ uer. tenebuntur. Nec absimilis proposito nostro est decisio quædam eiusdem Cumani in consi. 25. colum. vlt. incipien. Franciscus. & in

consi.

consi.52.incipien.ad primum quæsitum,& in l.in fideicommisso.ff.ad Treb.
28 dicentis, † quod, si testator instituerit filium in maiori portione legitima, Omniaq; etiam cum legitima restituere iusserit, Huius dispositionis hæc vis erit,quòd,si fructus ex maiori portione percepti legitimæ portionē expleāt, non poterit filius effugere,quin omnia quæcunq; à Patre acceperit, & legitimam quoq; ipsam simul restituat. Pro qua decis.Port.Imol.in d.reg.42. limita.11.allegat etiam ad Cepollam in cautela 21.Francis. Curt. in consil. 54.colum.4.& in consi.120.colum.5.& in consi.159.colum.2.aliaq; ut per eum. Sed ipse tamen Port.Imol.quàmuis neminem dicat huic decisioni repugnantem se inuenire, eam tamen non recipit rationibus ab eo adductis,ad quem te allego.

Huic tamen suprà conclusæ decisioni obesse videtur,quod habes in l.seius & Augerius.ff.ad l.falcid.vbi Seius & Augerius hæredes instituti sunt hac conditione,vt,si dixerint, se fore contentos tot aureis,legis falcidiæ beneficio ommisso,eos caperent,alioquin exhæredes essent, Deciditur autem, posse eos perinde adire, ac si ea conditio, quæ fraudis causa adscripta est, adiecta nō esset, Vnde sumitur, conditionem in fraudem legis adiectam pro non adiecta haberi, & illius legis decisione motus Ruin.in consi.149.colum.antepe.
29 in fin.lib.3.hoc videtur supposuisse, & sensisse, † quòd extante testatoris dispositione, quòd si filius vellet legitimam deducere,& à fideicommisso immunem eam esse, ex eo instituebat eum in legitima tantùm,non nocebit hoc filio, ne per obliquum legitima quodammodò grauetur, quare poterit totum id, in quo fuerit institutus,habere, nec tamen legitima oneri subiecta censebitur,&,licet ipse Ruin. postmodùm in decisione illius consilii aliud respondeat, non tamen inficiatur, quin ea lex hoc probet, ac, nisi aliud in ea facti specie, super qua ipse respondit, supponeretur, non ita fortasse consultori suo respondisset, verùm, si memoria tenes, paulò suprà finximus, quòd filius illam portionem, quæ supra legitimam sub conditione illa onerante legitimam relicta erat, acceptasset, vnde videbatur etiam onus legitimæ iniunctum agnouisse, quod etiam in responso Ruini erat. Nec tamen omitto,eam l.Seius & Augerius, etiam semoto hoc, quod agnitum fuisset onus, ad rem tamen nostram minimè pertinere, cum ea in lege etiam falcidia ipsa debita minueretur, vel aufferretur per testatorem, at nostra in specie supponamus, legitimam ipsam, vbi onus iniunctum non accepisset, solam quidem, sed integram tamen, ac sine aliquo onere fuisse relictam, atq;

boc

hoc pacto intelligas etiam, quod dicit Castren. in l. fin. colum. prima. ff. de condi. instit. dum ait, filium institutum insolidùm, uel pro maiori parte sub conditione potestatiua, recipere grauamen conditionis, nec debere compensari, quod supra legitimam relictum est, cum grauamine conditionis, nam, & cum legatus est (inquit) usus fructus omnium bonorum, licet in solidùm institutus sit, reiicitur nihilominus grauamen de legitima, & habet eam pleno iure cum proprietate, & usufructu, de quo paulò suprà nos diximus, hoc inquàm Pauli dictum iuxta ea, quæ proximè dixi, accipiendum est, cum scilicet, reliquum hæreditatis, quod est suprà legitimam, filius non acceptauit, sed solam legitimam immunem detrahere mauult, quàm totam, et uniuersam hæreditatem cum eo onere consequi. ad quod est tex. in l. scimus. §. cum autem. inf. eo. quem ibi not. Fulgos. & Castren. in hoc & Iason in d. l. quoniam in prioribus. in 2. ampliat. vel melius fortè dicetur, legem illam in diuersa specie versari, neq; enim in d. l. scimus. §. cum autem, illud, quod legitimam excedebat, sub ea cõditione relictum erat, si legitimæ onus acceptasset, ut in specie, quàm suprà exposui, sed tota hæreditas sub eadem grauaminis, vel conditionis, aut dilationis determinatione relicta erat, puta sic, filium mihi hæredem instituo insolidùm, si nauis ex Asia venerit, poterit enim tunc legitimam purè ac statim mortuo patre habere, reliquum verò hæreditatis, conditione purificata, itaq; sic constituas, quòd tota, vel saltem legitimam excedente hæreditate relicta simpliciter cum dilatione, conditione, uel grauamine quouis, potest filius legitimam statim absq; aliquo onere consequi, ac reliquum adueniente post modum conditione, vel die, quo pacto loquitur d. l. scimus. §. cum autem. infr. eo. Si uerò sit relicta quidem hæreditas tota, vel pars supra legitimam ascendens, vt suprà, & grauata fideicommisso, uel alio onere, sed præterea adiectum sit, vt, nisi filius acceptarit onus etiam in legitima, solam legitimã percipiat, isq; acceptet, quod supra legitimam erat, non poterit legitimæ onus recusare, & hoc est, quod diximus supra ex Castrensi Decio, Raphaele, Corneo, Ruino, & aliis suprà à me initio huius speciei relatis, quòd si onere adiecto vniuersæ hæreditati, adiectum sit, vt nisi onus acceptet, tota hæreditate priuatus sit, non valebit. d. l. Seius. & Augerius; diuersus enim hic casus à superiore est, cum in superiore filius conditioni, seu grauamini non parens legitimam tamen suam percipiat integram, & immunem, ac præsentem, Eòque duntaxat priuetur, quod supra legitimam est, at in d. l. Seius & Augerius, in pœnam, cum non

obtemperat conditioni, vel grauamini, tota hæreditate etiam falcidia, vel legitima priuetur à testatore, Vnde apparet manifesta fraus legitimæ, quod in superiore casu non est, quare vides, perperam à Ruino hanc .l.Seius & Augerius, citatam in d.consi.149.neq; eum rectè perpendisse, quantùm inter hos casus discrimen sit, sed in æquiuoco laborasse, vide etiam Beroum in sua quæst.86.num.10.qui ad hoc pertinentes quæstiones ponit, sed à distinctione tamen supradicta non esse discedendum opinor, qua multæ, quæ videbantur inuicem pugnare, decisiones conciliantur.

30 Conditiones † quoq; omnes legitima respicit.d.l.quoniam in prioribus, nec immeritò, cum dilationem moràmq; causentur, nec sine onere esse possint, Cauere tamen te moneo, quod dictum est; Omnes dilationes, & conditiones; de legitima reiici, non pari modo in omnibus conditionibus procedere, aliæ enim sunt conditiones, quæ reiiciuntur de legitima, ita ut legitima ipsa quidem purè debeatur, sed conditiones tamen ipsæ non omninò abbolcantur, sed in reliquo patrimonio vim suam exequantur, ita fit, vt legitima conditiones illas non pertimescat, nec tamen conditiones ipsæ irritæ fiant, eiusce modi sunt conditiones omnes honestæ & possibiles, de quibus intelligendus est textus in d.l.scimus.§.cum autem. Aliæ vero sunt conditiones, quæ turpes, impossibilesue de iure habentur, ut in l.filius.ff.de condi.instit.Vbi glo.quæ ponit exemplum in conditione, si eam in vxorem duxeris, quam de sacro fonte leuasti, vel aliam conditionem contra leges Christianas, vel etiã contra leges humanas, contra existimationem, & verecundiam, puta, si senator libertinam vxorem duxerit, si libertus Patronum non aluerit, si Curator adultam sibi coniunxerit, huiusmodi enim conditiones vitiant omninò odio Patris, qui veluti demens eas apponere non erubuit, vt dicit Bald. in l.si pater.colum.2.versi.ex hoc sequitur, quod lex nostra in 5.oppo.infr. de instit.& substit.& Castren.in l.conditiones.quam legit cum d.l.filius.ff. de condit.instit.reddit hanc rationem, nam alias conditiones licitas (inquit) filius potest adimplere, si vult, & ita facere, quòd non reiiciantur, sed conditiones turpes, impossibilesue de iure implere non potest, Ergo l. quoniam in prioribus, generaliter disponens, ut conditiones omnes de legitima reiiciantur, de conditionibus huiusmodi turpibus non intelligetur, quia hæ non habentur, veluti non appositæ, sed potius institutionem ipsam vitiant. sequitur Iason, in d.l.quoniam in prioribus colum.2.in 2.not.Decius in d.l.si pater. de instit.& substi.Soci.in l.non dubitamus, ff. de condit. & demonstrat.

aliiq;

aliiq; etiam; quos citat Port.Imol.in d.reg.42.limita.2. qui etiam ait, contrarium tenere Ioannem Crotum in cap. Raynutius.colum.3.in fin.de testamen.

31 † Sed & conditiones, quæ à casu pendent, mixtæue sunt, eæ quoq; perhibentur testamentum æquè uitiare Paternum, atq; à conditionibus turpibus, uel impossibilibus uitiatur, non autem reiici, neque in his locum habere.d. l.quoniam in prioribus. quapropter testamentum, in quo filius sub conditione casuali, vel mista institutus fuerit, non secus labascet, nullumq; erit, quàm si præteritus in eo filius omninò fuisset, quæ fuit sententia priscorum, qui ante Bartholum fuerunt, & à Baldo relata, & probata in l.quoniã in prioribus, & in l.scimus.§.cum autem.infr.eo.& in l.suus quoq;.ff.de hæred. instit.& in l.si pater.infr.de instit.& substit.& num.4.ibi. oppo.& quarto, quòd possit institui sub conditione casuali. qui Bald. in d. l. quoniam in prioribus, amplius dicit, nempe esse in filii arbitrio, an quasi præteritus testamẽtum nullum dicere velit, vti conditionis casualis adiectione uitiatum, an verò legitimam purè absq; conditione habere velit, quo casu testamentum non irritetur, sed potius sustineretur in cæteris omnibus perinde ac si conditio apposita non esset, quod non memini crebris in locis me legisse, ac summo studio obseruandum memoriæque comendandum est.

Et hanc eandem opinionem, quòd casualis conditio vitiet omnino testamentum, nec in ea locum sibi vendicet.d.l. quoniam in prioribus, tenuit etiam Bartholus ex facto consultus in consi.12.incip.ex facto proposito plura dubia oriuntur, in 2.dub..Angel. in l.suus quoq; de hæred.insti.& in d.l.si pater Fulgos. pariter in d.l.si pater. Item Angel.in consi.120.incipien. Domina Antonia quondam Blasii.colum.2.num.3.qui etiam allegat Bartholum, in d.l.si pater de instit.& substit. Vbi tamen dicit Bart.quòd in concursu lectionum processit secundùm opinionem Modernorum, postea, cum casus sibi occurrisset de facto, volens melius, & subtilius videre adhæsit opinioni glossæ Soci.in consi.93.& seq.lib.3.& alii, quos citat Port.Imol. d.reg. 42.in 9.limita.& Andreas Barbatia in Apostil.ad Bart.in d.l.suus quoque.ff.de hæred.institnen.dicit, quòd omnes doctores antiqui, & moderni tenent contra Bartholum, idest, quod tenent hanc eandem opinionem proximè relatam, quia in diuersa opinione magis constans fuit Bart. nempè in d.l.suus quoq; & in l.quoniam in prioribus.

[illegible]d contrarium tenuerunt Paul.Castren. Alexan.Imol.in d.l.suus quoque &

in l.si.C.de institu.& substi.Socin.consil.234.in 2.lib. Bertran. in consil. 63.col. 1.& seq.lib. 1.& idem Bertran. in consil. 146.colum.2.lib. 1.& consil. 171. eo. lib. 1.vbi hanc magis receptam ait, aliiq; quos idem Port. Imol.citat in d.reg.42. limitat. 11. quare vides vtrinq; multis, magnisq; authoritatibus decertari, & vtrinq; maioris, frequentiorisq; partis suffragia aduocari multaq; in hoc articulo scripsit Roderic. Xuarez in d.l.quoniam in prioribus.in 1.ampliat:quem,vt breuitati studeam,non referre uolui.ego verò sententiã illam vti veriorẽ amplector,qua receptum est, Conditiones casuales,seu mixtas non vitiare institutionem;sed vsq; ad legitimam reiici,& in reliquo patrimonio operari;cum d.l.scimus.§.cum autem, quã Bar.in suam sententiam aduocat,hoc satis concludenter probet,nec quisquã hactenus non solùm eorũ,qui Pau. Cas.antiquiores fuerũt,de quibus ipse testatur,sed nec eorum,qui postea extiterunt,rectè illi legi responderint, Nec
32 *video rationem,quare † lex.quoniam in prioribus, quæ generaliter conditiones omnes,& indefinitè reiicit, non etiam in conditionibus casualibus, vel mixtis intelligenda sit,quinimo in conditionibus huiusmodi certius veriusq, intelligenda,quàm in aliis videtur,quæ in potestate nostra sunt,quãdoquidem eæ,quæ in potestate nostra conditiones sunt,dilationem vllam aut moram sustinere non possunt,nisi ex facto nostro,& culpa;aliæ vero, quæ à casu pendent etiam nobis ingratis moram afferunt,& dilationem, porrò d. l. quoniam in prioribus de his conditionibus loquitur, quæ dilationis moræq, causam præstant,nec quicquam interesse puto,quod obiicitur, fauore filii statutum esse, quòd conditio habeatur pro non apposita in legitima,& quòd reiiciatur, qui fauor nullus esset, imò odium damnumque inueheret, si in conditionibus quoq; casualibus locum habere crederetur,cum longè maior sit filii fauor, qui ante eam legem erat, quod institutione filii sub conditione facta,testamentum nullum irritumq; esset d.l. suus quoq;. ff. de hæred.instit.d.l.si pater filium.infr.de insti.& substi. nisi in defectu conditionis exhæredatus esset, quare potius damno, quàm commodo filii esset, quòd conditio subduceretur,cum subducta conditione legitimam tantùm haberet,at dicto nullo testamento totam consequeretur. Ad hoc enim respondeo,quod,licet fauore filii hoc statutum sit, ut conditio reiiciatur de legitima,absolutè loquendo,non tamen filii fauore,si ad antiquam legem referatur,statutum dici potest,vt l.ipsa testatur,imò statutum hoc creditur, vt testamentum non subuertatur. Quemadmodum enim l. omnimodo .statuerat, vt,*

vt, quod deerat. ad legitimam, suppleretur testamenti sustinendi gratia, sic in eodem casu & l. nostram. quoniam in prioribus, quæ addit ad l. omnimodò, intelligendam esse fateri oportet; pondera enim verba d. l. quoniam in prioribus, quæ ita se habent; Hoc præsenti addendum esse censemus, vt si conditionibus &c. *Et prius quidem illa l. fecerat mentione de dispositione legis, omnimodo, & legis, quæ nuper, quarum utramq; conseruandorum testamentorum gratia factam esse constat, nam d. l. omnimodo sic præfatur. Omnimodo voluntatibus defunctorum prospicientes, magnam, & innumerabilem occasionem subuertendæ eorum dispositionis amputare censemus. At l. quæ nuper, sic initiat. Quæ nuper ad testamenta conseruanda nec facilè retractāda sanciuimus &c. De quibus quidem legibus intelligit d. l. quoniam in prioribus, cum illis addendum esse existimauit, Ergo ut additio eius materiæ sit, cuius est res, cui additur, necesse est additionem ipsam seruandorum testamentorum gratia pariterpotẽam interpretari, quemadmodum illæ quoq; superiores leges, quibus additur, huius rei gratia factæ sūt, Ergo non filii fauore principaliter actum est. Neq; parem esse rationem credas conditionis turpis, & de iure impossibilis, cum ea conditione, quæ a casu pendet, cum prior illa (vt diximus) amentiam testatoris indicet. l. quidam in suo. versic. sed hoc prius inspiciendum. ff. de condit. instit. qua ratione institutio meritò nutare debet. In his igitur conditionibus procul dubio l. quoniam in prioribus intelligenda non est, ne credamus, Imperatorem voluisse amentis dispositioni stolidæ fauere, at illam, quam sensu omnino carere dici non potest, dispositionem, non iniuria Imperator tuetur, sic tamen, vt nec filio debitum bonorum subsidium desit, nec testatoris voluntas prorsus irritetur; Sic igitur statuendum, quod iure quidem pandectarum filius erat purè instituendus, ac, si institutus sub conditione fuisset, seu ea à filii potestate pependisset, seu eius implementum à casu, & forte expectandum fuisset, ea institutio nulla, irritaq; erat, testamentumq; pari iure vitiabatur, nisi in defectum conditionis exhæredatus filius fuisset, vel aliqua in re minima institutus, hodie verò, vt testamenta, quàm maximè fieri potest, sustineantur, statuendum esse duxit Imperator, vt, quemadmodum in re ipsa supplendum esse testatoris dispositioni censuerat, ne testamentum subuerteretur, & quamuis in modica re institutus filius fuisset, etiam longè infra legitimam, sic tamen haberetur, quasi in tota integraq, legitima institutus foret, &, quod ad legitimam deerat, suppleretur. d. l. omnimodo, Idem censuit, æquū esse in ea quoq,*

dispositio

dispositione, quæ non in summa et quantitatis relicto peccabat, sed in tempore, & ambiguitate, Ideoq; d.l. quoniam in prioribus, promulgata est, cur enim maiore fauore dignum iudicaremus eum, qui tam auarus impiusq; erga filium fuisset, vt tam modicam partem ei reliquisset, omnemq; spem maioris portionis consequendæ abstulisset, quàm eum, qui saltem spem integram reliquisset, quemadmodum igitur in priore casu quantitatem ipsam Patrimonii supplet, ita in posteriore temporis incertum remouendo, diem ipsum supplet. Vides igitur, quòd omnis Conditio de legitima reiicitur, nam turpes & impossibiles sic reiiciuntur ut quippe institutionē ipsam prorsus vitient, reiiciuntur quippe a lege, idest, quod lex eas prohibet apponi, si quis validè velit testari, neq; enim sic reiiciuntur, vt habeantur quasi non appositæ, & institutio valeat, conditiones verò, quæ vel in potestate filii sint, vel a casu pendeant, vel quæ mixtæ sint, partim a potestate, partim a casu pendentes, non sic reiiciuntur, quia omnino apponi prohibeantur, sed quia, quò ad legitimam pro non appositis habentur, & legitima purè, statimq; debeatur, non secus, ac si nulla conditio ipsi legitimæ apposita foret, in reliquo vero patrimonio vires suas habeat, quod etiam in ea conditione receptum est, quam facilè ac nullo ferè negotio implere filius potuisset, Bald. & Iason, & cæteri in dicta l. quoniam in prioribus. Imol. dict. reg. 42. in 1. ampliat.

33 † Illud vero certum habeas, substitutionem vulgarem a legitima filii non reiici, quia nullum onus affert, vt est text. in l. si posthumus. §. quod vulgo. ff. de liber. & posthum. vbi Paul. Castrens. Alexan. Aret. Iason in l. si filius hæres. eod. titu. ff. de liber. & posthum. Non quidem me preterit, nescio quos recentiores in hoc hallucinatos, scriptum reliquisse, legitimam neque substitutionem vulgarem admittere. Cum enim filius adeūdo excludere eam possit, patet nullum eam onus filio inferre, Idem etiam videtur in pupillari substitutione traditum, vt per Castrens. in dicto. §. quod vulgo.

34 Eadem † ratione quoq; substitutio fideicommissaria tunc admittetur in legitima, cum filii in potestate conditio relicta fuerit, puta hoc modo, si filius meus intestatus mortuus fuerit, substituo ei Titium per fideicommissum, vel similibus exemplis, cum et tunc possit testando fideicommissum excludere, vt respondit Ruin. ex facto rogatus in consi. 113. col. 4. nu. 16. vers. ne enim facio vtrùm substitutio sit directa, scilicet vulgaris an fideicommissaria dummodo sub cōditione a potestate grauati pendente, quia est eadem ratio

(inquit)

(inquit) quæ in vulgari, sequitur simpliciter Imola portius in d. reg. 42. limita. 14. in fi. illius limitationis.

35 Generaliter verò scias, † quòd, vbicunq; filius appositũ onus, vel grauamẽ, dilationem, moram, conditionemue in legitima appositam prudens, sciensq; acceptarit, non poterit deinde illud detractare l. si quando §. & generaliter. infr. eo. per quem textum ita respondit de fideicommissi onere. Ripa in li. 3. responsorum cap. 5. sequitur Port. Imol in d. reg. 42. limitat. 21.

Tu tamen de hoc articulo videas Didacum Coaruuies diffusissime tractantem in cap. Raynutius. §. 12. nume. 2. & seq. qui ait Io. Lup. in repetit. rubr. de donati. inter vir. & vxo. §. 47. col. 2. non fuisse ausum hanc assertionem affirmare, quod possit legitimæ portioni consentiente filio grauamen addi, nec Rodericum Xuarez in d. l. quoniam in prioribus. in 10. ampliat. Ipse verò Didacus aliquot casus colligit, quibus nihil hæsitandum opinatur, sed cer-
36 tos esse ait, quòd onus consensu filii imponi poterit † Primus est casus, cum inter ipsos fratres pactum super grauamine patre consentiente iuxta testamenti paterni dispositionem, appositum fuit, non reuocato Patris consensu ante eius mortem. Alter casus est, cum filius iuramento consensum suum roborauit, etiam si post testamentum is consensus præstitus fuisset. cap. quamuis. de pact. in 6. Tertius, si post mortem patris hunc consensum adhibuerit, per l. si quando. §. & generaliter. infr. eod. Quartus etiam Patre viuente, modò id grauamen descendentium ipsius patris vel filii consentientis in vtilitatem tendat, quare traditum est, posse in legitima consentiente filio ius Primogenii constitui, quòd illud ius ad descendentium vtilitatem spectet, citatq; in hoc Ioannem Lupi. in dict. §. 47. quem tamen ait, ausum non fuisse hoc diffinire, & fortassis meliori consilio, nam, si grauamen, quod descendentium vtilitatem concernit, vt in legitima admitteretur, fideicommissa pariter in descendentes facta numquã filii consensu accedente de legitima reiicerentur, quæ tamen reiici nemo non confitetur, vt suprà ostendimus, plurimùm tamen consensus filii certè operari debet. Quintus est casus, cum filius aliquid supra legitimam a patre quasi in premium consensus accepit. Sextus, si grauamen illud nullum filiis eius, qui consentit, præiuditium afferat, Ille autem casus ambiguus est, an filius, cui plus legitima datum est, possit consentire grauamini addito legitime in fauorem extraneorum non descendentium a testatore, hoc enim in aliorum fratrum præiudicium fieri videtur, quare credidit ipse Didacus, consensum hunc minime

nime officere, ne hoc pacto fraudibus fenestra aperiatur, quia (inquit) pater cupiens auferre hanc partem à filiis ad extraneos, facile filiorum vnum ad consentiendum alliceret spe maioris illius portionis, quod tamē ego nunquā probari credò, si de consensu (vt opinor) post mortem patris præstando intellexit, cum ius quæsitum facilè possit vnusquisq; arbitrio suo a se abdicare, sin de consensu patre viuente præstito intellexit, res omni prorsus ambiguitate vacat, quia pactum de hæreditate viuentis exploditur. d. l. si quando. §. 1. & & l. pe. inf. de pact. In dubio autem dicendum videtur, filium non posse cōsentire grauamini apposito portioni legitimæ in præiudicium liberorum, sed si consensus præstitus fuerit, ab eius filiis reuocabitur, ex titulo inofficiosæ donationis, vel ex ratione l. si vnquam. infr. de reuocan. donat. cum non secus reuocari debeat inofficiosa remissio, vel renunciatio (inquit) quàm inofficiosa donatio, ex Baldo consil. 183. lib. 4. Tiraquello in l. si vnquam vers. donatione largitus. nu. 142. quod planè veluti nō vulgare dictum summopere commendandum est menti.

Plures autem alios casus, quibus legitimæ onus imponi posse videtur, vel quibus imponi non potest, licet prima facie videtur imponi posse, colligit Port. Imola in d. reg. 42. lib. 2. Commun. opin. & diffusius Roderic. Xuarez. in d. l. quoniam in prioribus per totam illam repetitionem.

37 *An † verò legitima per testamentum auferri, aut minui vllo casu possit, al*
38 *tera inspectio est. Qua in re primò scias, † testamentum militis armatæ militiæ de peculio Castrensi conditum quærelæ non subiacere, neq; ideo legitimam filio relinquere militem teneri. l. fin. eo. quo exemplo & cœlestis aulæ milites, idest, clerici, eodem priuilegio vtuntur. l. sacrosanctæ. supra. de Epi-*
39 *sco. & cleri. † Hodie tamen & clericorum testamenta quærelæ subiacere statutum est. Authen. presbiteros, prima, suprà de Episcopo. & Cleric. ac pari exemplo idem esse atq; in militibus interpretatum est. Bart. Iason. & cæteri in d. l. si. infr. eo. & passim hoc testantur Doctores, vt ait Coaruui. in ca.*
40 *Raynutius. §. 9. nu. 10. † Vnde & sequitur, militem neq; ex directa militari posse filium in legitima onerare, neq; militarem directam ad legitimā extendi. §. & hæc quidem de parentum. in Authen. vt cum de appellat. cognos. Paul. Alex. Ias. in l. precibus. Cum. Alex. Ias. in d. l. centurio, quāuis enim Bart. post glossam in l. precibus. C. de impub. aliiq; post eos tradiderint, militarem directam etiam ad legitimam extendi, & Ripa; in l. Cēturio. nume. 43. Id tamen iure veteri, non autem iure nouo procedere credas, vt*

ait

ait Coarru. vbi suprà citatus.

41 Sic † neq; legatis, aut fideicommissis in piam causam factis legitimam tolli, aut mi tui credas, quamuis enim fauorabilis semper causa pia sit, non tamen legitima potior esse debet, glo. Bart. & Docto. in l. si quis ad declinandam sup. de epis. & cleric. per tex. in c. quicunq; vult. 17. quæst. vltima.

42 † Quinimo, & si filius legata in causam piam facta soluere contumax fuerit, non tamen legitima sua priuabitur, vt docuerunt Cardin. Abb. Imola. in cap. si hæredes. de testamen. Bal. in Authen. hoc amplius. nume. 7. vers. modò respondeo ad c. si hæres. infra de fideicōmiss. aduersus glossæ opinionem in d. c. si hæredes. in glo. vltima, dum videtur ea glossa in hoc psistere, quòd ea decretalis priuans hæredem non adimplentem hæreditate, interpretari debeat, vt etiam legitima priuet, cum relictum id, quod adimplere neglexit, ad piam causam erat, quam Glossam Hostiensis ibi sequutus est, sed tamen priorem opinionem sic tutatur Panormitanus ibi col. fi. quia (inquit) portio legitima filio debita est iure naturæ, non ex testamento, at iura filium legata non adimplentem priuant his tantùm, quæ testamento relicta sunt defuncti beneficio, quasi indignum ea consequi beneficio testatoris quæ obueniunt, quandoquidem onus sentire noluit; quæ ratio in legitima iure naturæ debita locum non habet, tum etiam, quia rem dubiam esse negari non potest, quare veluti humanior hæc sententia amplectenda est, & huic sententiæ adstipulatur etiam Siluester in summa. vers. testamentum. 2. q. 10. Didacus Coarru. in d. c. si hæredes. nu. 9. vers. egregia verò dubitatio. Videbatur quidem prima facie aliud suadere text. in c. licet ex. de voto. vbi filius votum transmarinæ peregrinationis a patre defuncto sibi iniunctum adimplere negligēs priuatur tota hæreditate simul, & primogenio. Cui tamen Canoni respondet Bal. in d. Authen. hoc amplius, speciale esse in regno, quod diuidi non potest, quod corona corpus sphericum indicat, cuius figura destrueretur, si in partes diuideretur. sequuntur Docto. in d. cap. si hæredes. num. 9. quæ tamen respōsio a Didaco non probatur ibi, nam ratio, quòd regnum sit indiuiduum, non debet inquam operari priuationem totius sed potius, quod tota filio relinquatur, cum hoc sit fauorabilius; Ad hæc, cur Primogenio (subdit) priuatur filius negligens pium patris votum exequi, si nullum potuit Primogenio iniungi onus; ipse igitur sic interpretatur, in priore eius Canonis parte, legitimam filio non auferri, cum nihil de ea Canon loquatur, quòd vero in posteriori parte regno priuetur, eò prouenit; quia filius votum paternum adim-

plere promiserat, et monitis S. Pontificis, vt adimpleret, non paruerat, quia potest S. Pontifex aliquem ex causa Regno priuare, cap. grandi. de suplen. negl. Vel potes aliter respondere, quòd loquitur ille textus de voto, ad quod implendum cum defunctus teneretur, vt ibi S. Pontifex præfatur, filiusque defuncti Patris conscientiam exonerare cum deberet, si id facere nō curet, meritò veluti ingratus filius, & qui patrem ab æterna captiuitate redimere non curet, est a tota hæreditate omnino excludendus, vt in Authen. vt cum de appellat. cogno. §. si quis verò de prædictis. Videbatur quoq; obstare tex. in d. c. si hæredes. de testamen. in sui generalitate, et in c. siluester. 11. quæst. 1. ad quæ respondet idem Bal. vbi supra, intelligenda esse ea capitula, salua legitima, & distinguenda per ius ciuile. nempe ab Authen. hoc amplius, quod sic declarari oportet, nam in d. Authen. hoc amplius, supponitur, legitimam seruari filio non implenti, etiam, quòd legata libertas esset, at certè notum est, libertatis legatum pium esse, l. 1. §. si autem. Vbi Bald. infr. de commu. seruo. manumi. Iason in l. 1. §. si quis ita nume. 15. ff. de verbo. obliga. Quibus adde, quod lex hæredem in soluendis legatis contumacem puniens de lucris ei auferendis semper mentionem habet, legitimam verò non lucrum esse, sed naturale debitum sepius dictum est. Quare puto, posse hanc sententiam veluti iure probabiliorem tutissimè defendi, quàm & puto magis receptam, licet Imola in d. cap. si hæredes opinetur, in aliam frequentioribus calculis itum esse, quod Archidiacon. & Domin. in capit. siluester. 11. quæstio. 1. et Ioan. Andr. Hostien. Ancharan. in d. ca. si hæredes eam asseruerint, aut certè ambiguam esse fateri oportet. Dicit tamen Hostien. relatus etiam ab Abbate in dict. cap. si hæredes, quòd, si filium contumaciæ suæ in exoluendis huiusmodi legatis admissæ, pœniteret, posset ecclesia erga eum aliqua eleemosina benignè agere. Non minuitur etiam legitima legatis factis ob restitutionem malè ablatorum, nisi aliter de malè ablatis cōstet. Alex. consil. 45. col. 6. li. 1. & consi. 18. li. 4. neq; ob legata causa remunerandi facta, nisi de obsequiis acceptis constet. Crauet. consi. 141. nu. 4. quinimo scias, quod, etsi benemerita sint probata, nisi tamē causam habeant necessariam, nihil legitimæ deducent. Paul. Castren. consil. 82. incip. in hoc negotio, in prin. lib. 1. & cons. 354. incip. dicta Catherina, lib. 2. Socin. consi. 148. col. 6. lib. 2. Corn. consi. 15. col. 6. lib. 1. & consi. 190. col. 7. lib. 12. Rip. lib. 3. respon. c. 10. de donat. reuoc. Crauet. consil. 141. nu. 5. & consi. 165. col. 2. nu. 5. & 6.

43 Cadit etiã quæstio hic non ineptè,† An filius, qui inuentarium nõ confecerit, legitimam quoq; amittat. In quo articulo Accursius constans in eadem sententia perpetuò fuit, non priuari filium legitima, etsi inuentarium nõ confecerit. glo. in Authen. hoc amplius, verſ. naturale. in fi. infr. de fideicomm. arguendo ex eo textu, quum legitima non priuetur ex eo, quòd legatum in causam piam soluere neglexerit. Idem Accurſ. in Authen. sed cũ testator. inf. ad l. falcid. in verſ. excedant, ad fi. quæ ait, quod, licet filius non conficiens inuentarium priuetur lucro, quartam tamen debitam iure naturæ retinet, cum tantùm contra legem faciat, nam & vbi contra legem, & contra defuncti uoluntatem facit, eam tamen retinet, & eodem modo etiam arguit glo. in eadem sententia perseuerans. in Authen. de hæred. & falcid. §. si verò non fecerit. in versic. lucrari, & glo. in l. fin. §. penult. in verbo. sacramento. in fin. infr. de iu. deliberan. sequuntur Doctor. in l. scimus. §. vltimo. & pen. nempè Alexand. & Iason ibi. infr. de Iure deliberan. post Saly. & Castren. qui etiam hac ratione probant, nã, si Patronus nõ priuatur legitima in bonis liberti, quamuis omiserit facere inuentarium, vt. §. pe. in Authen. de hæred. & falcid. Decis. pedemon. 30. longe minus priuari debet filius, cui iure naturæ debetur, cum illa patroni iure ciuili tantùm debita sit, & satis recepta probataq; a Doctoribus hæc est conclusio, tam in dict. Authen. sed cum testator, quàm hic, vt per Fabian. hic quæstio. 14. & per Docto. in dict. Authen. hoc amplius, & in d. l. fin. infr. de iure deliberan. Specul. in titu. de instrum. de edit. §. dicto versic. quid de suo hærede, qui inuentarium non confecit; vbi Ioan. Andr. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, col. 6. vbi etiam Imola, qui testatur, hanc opinionem in praxi præualere, & non facilè a communi hac opinione recedendum esse, quamuis alia opinio fortè magis iuri consona videri posset. Bal. in. l. filium quem habentē col. pen. nume. 37. versic. Ego breuiter in ista quæstione dico. in illis verbis. videlicet, de quibus tamen filius posset detrahere legitimam debitam iure naturæ, & in l. 1. C. de bonis auth. iudic. possiden. ac denique plures, ac propè infinitos alios, qui huius sententiæ fuerunt, citat Didacus in dict. capit. si hæredes. nume. 9. col. 4. versic. item illud ad notandum est. de testamen. Decis. pedemon. 30. Rolan. a valle in tract. de inuentarii confectione. §. Dubitatio oritur, vbi latissime.

Contraria tamen sententia vno illo argumento (vt cætera veluti leuiora missa faciam) præsertim inniti videtur, quod Iason mouet, nec tamen remouere se

præsumit in d.l.scimus.§.fi.infr.de iu.deliberan. Nempe videri multò magis filium ob non confectum inuentarium legitima priuandum, quàm creditorem suo credito, quem tamen creditorem constat creditum suum amittere, si inuentarium non confecerat. dict. l. scimus. §. incomputatione. & tamen legitima non propriè, sed quasi debitum dicitur, & causa quodammodo lucratiua, vt supra diximus in princip. ac soleat causa creditorum magis fauorabilis esse, quàm filii in legitima, cum legitima non deducatur, nec eius ratio ineatur, n.si soluto prius ære alieno, l. Papinianus. §. quoniam autem. ff.eod.Et, quamquam ipse Iason hanc solutionem afferat, quòd credita aditione hæreditatis confunduntur, non sic legitima, quæ debetur filio ex legis dispositione, non ex contractu inito cum defuncto, quemadmodùm credita, ipse idem tamen monet, cogitandam esse aliam solutionem, quia hæc non satisfacit, ac meritò quidem non satisfacit, quia, si confusione tollantur credita, non ergo ex eo auferuntur, quia inuentarium non sit confectum, & non minus confunderentur, etiam si inuentarium confectum ritè ab hærede fuisset, verùm nos non agimus de credito amittendo propter confusionem actionum, sed propter ommissionem inuentarii, & non videtur, quòd hæredis credita minus confundantur, cum hæreditatem adiuit cum beneficio inuentarii, quia ipso iure sit confusio simul atque hæreditas adita est, inuentarium autem non conficitur nisi hæreditate adita. l.fin. §.fin autem dubius, & §. donec. & §.si postquam adierint.infr.de iur. deliberan.talisq; confusio non mutatur, aut reuocatur inuentario, quod speratur, cum eius incertus sit euentus, vt dicit Decius in l. debitori.col 3.in princip.super glo.in versic.confusa.suprà de pact. quapropter ea prohibitio, ne hæres suum creditum deducere possit, nõ videtur omnino ommissioni inuentarii tribuenda, cum inuentarii confectio postea sequuta facere non possit, vt, quod confusum iam erat, separetur, & discernatur.

Tu verò ab ea conclusione te dimoueri ne permittas, quæ habet, filiũ legitima non priuari, quãuis inuentariũ nõ cõfecerit quã etiã prolixè tuetur Roder. Xuar. in l.quoniã amp. 2.nec te argu.Iasonis moueat, nihil.n. omninò huic cõclusioni obest, veraq; illius nodi solutio est, quòd lõgè diuersa ratio est inter legitimã & credita hæredis, siquidẽ per deductionẽ creditorum hæredis aliis creditoribus p̃iudicari posset, et eorũ credita minui, quãto.n.plures creditores sunt, tãtò minor portio superest omnibus satisfaciendi; at p deductionem

nem legitimæ nihil creditoribus deperit, cũ ante omnia æs aliẽnũ deducatur, deinde legitima. d. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. nocebit ergo legitimæ deductio solis legatariis, & fideicommissariis, quòd si hæres etiam credita sua consequi possct, etiam si cum cæteris creditoribus similem fortunam habeat, vt dicitur in d. l. fin. §. in computatione, in fin. non possct tamen non cæteris obesse, presertim si hypothecam anteriorem haberet, quod maximè spectandum erat, legitimæ vero deductione nullum ipsis creditoribus damnum inferri potest, meritò deduci potest, quàmuis legatariis, vel fideicommissariis detrahatur, illi enim de lucro tantùm amittendo agunt. sed creditores de damno uitando. l. fin. inf. commu. de lega. Non est igitur par ratio creditorum cum filio ratione suæ legitimæ, si quidem filio suam legitimam integram deducente legatis duntaxat, ac fideicommissis detrahitur, quod non admodum est curandum, quia (vt dictum est) lucrum affectant, creditores verò si integra credita sua consequerentur, non legatariis, & fideicommissariis tantùm, sed etiam creditoribus aliis præiudicarent, ubi hæreditas omnibus insolidum soluendo non esset, quod ferendum non erat, quàmuis enim in omnem casum hæres credita sua integrè consequi non possit, si hæreditas soluendo non sit, sed pro rata facta aliorum creditorum distributione, ubi inuentarium confectum est. d. §. in computatione, cum tamen loco defuncti succedendo, eiusque personam referendo, cum creditoribus & legatariis, & fideicommissariis quasi contraxisse videatur, erat propterea legatariis & fideicommissariis omnibus, & creditoribus in solidùm obligatus per aditionem hæreditatis, sed confectio inuentarii hoc ipsi creditori attulit, quod neq; creditum suum censebitur confusione sublatum, & ipse cum cæteris creditoribus hæreditariis numerabitur, similemq; cum eis fortunam sustinebit, ut dicit text. in d. §. in computatione, quæ tamen inuentarii confectio nihil legitimæ proderit, quò minus ex creditis etiam in totum & omnino auferri possit legitima, cum igitur confecto inuentario, legitimæ plus depereat, quàm creditis, quæ hæres contra defunctum habet, consonum fuit, ut nõ confecto Inuentario eadem legitima in eodem statu esset, Sic uides, quàm facilis hæc solutio sit, in qua tantopere Excelsi Doctores laborarunt querenda, nec eam tamen inuenerunt; In quo Deo gratiæ agendæ.

Aliter tamen soluit Ruin. in consi. 56. colum. 2. num. 6. uersic. non obstat quòd uerum debitum. lib. 2. his uerbis vtens, quæ subiicio, videlicet, Quod de legitima onus legatorum, & fideicommissi ipso iure reiicitur, ab initio. d. l.

Ruin. 2 quoniam

quoniã in prioribus, quapropter onus legatorum, quatenus legitimã minuit, ab initio non valet, ideoq; , licet postea inuentarium non conficiatur, nihilominus legitima remanet salua, ut, quæ iam deducta est ipso iure, hæres. n. legata quidem ea, quæ ualida sunt, integrè prestare cogitur non confectò inuentario, at illa, quæ uel ex parte, vel omninò inualida ab initio fuerunt; Cuiusmodi etiam sunt hæc, quæ diminutionem per legitimam passa fuerunt, prestare non cogitur in ea parte, dum diminutionem passa sunt, sed onus legatorum, uel fideicommissi non deducitur ipso iure ab initio de ære alieno, imo tollitur ipso iure confusione, quamuis inuentario confecto confusio non fiat, quemadmodum etiam olim, licet nullum Inuentarium confectum esset, confusio nulla fieret, l. in imponenda. l. irritum. infr. ad l. falcid. l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. vbi no. ff. ad Trebellia. & no. in d. l. fin. §. in computatione. inf. de iur. deliberan. Cum igitur ex supradictis appareat, quòd legatum, uel fideicommissum à principio non minuatur per æs alienum, quippe cum potius æs alienum sublatum sit, Hinc factum est, ut non deducatur, ubi inuentarium nullum confectum est, sed æs alienum omnino etiam quò ad effectum confusum remaneat, ita fit, ut hoc casu odio hæredis negligentis inuentarium conficere, legatum ab initio ualidum totum conseruetur, non tamen augetur, aut de nouo validatur legatum à principio omnino, aut ex parte inualidum, sicut de nouo ualidaretur, si omisso Inuentario legitima amitteretur, quam responsionem sensisse etiam quosdam ait, quos refert Angel. in d. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per l. falcid. Et subdit Ruin. quamuis Angelus eam non approbet, quia secundùm eum potentior est defalcatio, quæ fit per æs alienum, quàm per legitimam. d. l. in imponenda, tamen ex præmissis, satis ait responsum, quia æs alienum aditione fuit ipso iure confusione sublatum, Vnde non est verum, quòd ipso iure minuat legata in substantia, uel in quota, sed in rerum legatarum duntaxat, valore, uel æstimatione, quia tantò minus æstimantur, sed integra remanent in substantia, ita quod tota res in legato remanet, ac si debitum non subesset, sicut dicto modo æs alienum dicitur hæreditatem minuere vel peculium, ut no. in l. mutius. ff. pro socio, Declarat Paul. Castren. in consi. 65. legitima verò legata minuit in quota, & in substantia (ita quòd tantò minus dicitur esse in legato) instar falcidiæ, quæ sic legata resecat. l. Plautius. l. linea margaritarũ. ff. ad l. falcid. Et hanc quidem Ruini rationem sequuntur D. Rolan. à Valle in d. suo tracta. de confect. Inuenta. & Sen. Pedemon. in d. sua Decis. 30. Qua

tamen

tamen haud ita plenè omnibus fortassis satisfaciet, cum hic principium petere quis posit, videlicet, Cur nam legitima à principio ipso iure in fauorem filii deducatur, & in præiudicium legatariorum, & fideicommissariorum, non sic in fauorem creditoris, quum hæreditatem adit, qui solum agit de dãno uitando, credita sua ipso iure de hæreditate censeantur separata. Deinde non ita facilè admittendum est, legata ultra uires hæreditarias facta ipso iure non resecari: neq; obstat. si dixeris, hinc apparere, quòd ualeant legata, vel fideicommissa etiam ultra uires hæreditarias, quia non confecto inuentario nihilominus integra soluentur, quod non fieret, si ipso iure diminuerentur propter æs alienum, nam respondeo, quod imo etiam per falcidiam, & Trebellianicam ipso iure minuuntur & resecantur, l. linea margaritarum & in. l. in. l. falcidia si interuenerit. ff. ad l. falcid. & tamen satis notum est, inuentario non confecto nullam falcidiam, aut Trebellianicam deduci. d. l. fin. §. sin verò postquam infr. de iur. deliberan. Nec ulla lex ad hoc citatur, quòd legata ære alieno diminutionem non patiantur ipso iure, nec quicquam facit, quòd per aditionem confundantur, id enim respectu aliorum creditorum, non respectu legatariorum, qui lucrum affectent, procedit; Quare melior fortè ratio erit suprà à me allata, cui etiam congruit conclusio illa, quã posuit Specul. & post eum Io. Andr. in tit. de instr. edit. §. fin. uersi. quod de suo hærede. Angel. in d. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per leg. falc. colum. 7. Paul. Castr. in consi. 188. Corn. consi. 168. lib. 3. Ruin. d. consi. 57. num. 8. & 9. lib. 1. quòd legitima non confecto inuentario non detrahitur contra creditores, cuius rei hanc reddit rationem. d. decis. 30. Pedemon. nu. 1-2. quia (inquit) etiam si inuentarium confecisset, non tamen aduersus creditores legitima detraheretur, quandoquidem legitima non est, nec debetur nisi deducto ære alieno. d. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. imò, si totam hæreditatem absorberet æs alienum, nulla omnino deberetur legitima, Bald. in d. l. fin. §. in computatione. infr. de iur. deliberan. Sed finge extare legata, & fideicommissa tantùm, nullumq; æs alienum subesse, certe inuentario non confecto, filius nihilominus saltem suam legitimam deducet, ac, si legata excedant, resecabitur per legitimam, cum tamen alius hæres, qui creditor fuisset testatoris defuncti integra legata & fideicommissa persoluere inuentario non confecto teneatur, neq; suo credito, quod contra defunctum testatorem habet, legata, aut fideicommissa quicquam imminuat, itaq; fiat, ut etsi legata tot sint, ut eis solutis non remaneat, vnde hæres suum creditum consequatur,

quatur, nihilominus integra legata soluere cogatur, creditumq; suum amittere, & hoc est, quod mouet, nec solutionem ex suprà allatis habuisse videtur, absurdumq; videretur, hoc casu filium quidem suam legitimam integram consequi, creditorem verò sui æris decessionem ex legatis, aut fideicommissis pati, hic certè ratio allata uigere non potest, sed dicas, id considerari, quod frequentius contingit, cum enim hæreditates vt plurimùm credita, & debita contineant, ad id, quod frequentius contingit, habita ratio est, visumque fuit æquius, generaliter concludere, legitimam, quia etiam vbi inuentarium confectum fuit, ex ære alieno diminutionem patitur, in cæteris integrã seruare, non sic credita hæredis, & quàmuis contingere possit, ut etiam nulla quandoq; extent debita, id tamen habitum in consideratione non fuit; Creditor uero confecto inuentario creditum suum pro rata cum cæteris creditoribus seruat. d. § in computatione; quod filius facere non potest, cum (ut supradixi) contingere possit, totam hæreditatem ære alieno exhauriri, quo casu filius quidem nihil, sed creditores aliquid consequerentur, qui ergo in vno grauatus fuit, æquum erat, in alio eum exonerari, quod nulli præiudicium affert, sed lucrum tantummodò aufert; satisq; est, si hic legitimæ fauor nulli ius suum adimat, neq; auferat, Hæres verò, qui creditor est, si totũ suum creditum seruaret integrum, quemadmodùm filius totam legitimam deducit, nihil periclitaretur, sic igitur concludendo est dicendum, quòd, cum filius in legitima deducenda ferre damnum etiam confecto inuentario possit, in totum, ubi æs alienum magnum imminet, quod prius soluendum est, quod creditoribus non potest contingere, propterea in hoc compensatur hoc damnum quia, si creditores legitimæ totum detrahere possunt confecto inuentario, saltem legatarii, & fideicommissarii non confecto inuentario nihil ei detrahent, at creditores nihil legatariis aut fideicommissariis detrahent, cum inuentarium non confecerunt, quia confecto inuentario poterant non solùm à creditoribus, sed etiam à legatariis ius suum seruare. Hinc etiam resultabit quòd legitima non minus deducetur, etiam si fideicommissũ vel legatum sit in quantitate, aut in genere, quàm si consisteret in corporibus hæreditariis, quod etiam sensit iuridicum esse, Sen. Pedemon. d. decis. 30. licet Angel. vbi supra post dictos Specul. & Io. And. & Rum. in d. consil. 57. lib. 2. docuerit, quando legata consistunt in quantitate, aut in genere, tunc legitimam non confecto Inuentario minimè deduci, eò quòd prædicta ratione suprà adducta per eos inniterentur, quia secundùm eos corpora minuuntur,

per

per legitimam in substantia, sicut per falcidiam, sed non quantitas legata, quia non detrahit filius legitimam, nisi de substantia bonorum testatoris, genus autem non est de substantia bonorum eius, licet ex venditione rerum hæreditariarum posit percipi. d. l. scimus. §. repletionem. iunct. l. cum pater in princ. de lega. 2. & l. deducta. §. nummis ad Trebel. declarat Bald. in d. l. omnimodo. in fine. Paul. Castrensis & Alexand. in d. l. in quartam in fine: quæ defalcatio in substantia non fit per æs alienum, cum vniuersum patrimonium respiciat. l. fideicommissum. §. tractatum. de iudic. et non fundum, vel res singulares. l. fin. §. fin. de contrahen. emptio. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. quare non est mirum (subdit Ruin.) si legitima est alterius conditionis, & alterius effectus, nam & hoc alias contingit (inquit) quoniam fructus percepti iudicio testatoris compensantur cum eo, quod debetur hæredi. l. quod de bonis. §. quod auus. ad l. falcid. l. cum pater. §. titio. de leg. 2. & tamen non compensantur cum legitima, nec in ea imputantur, nisi uolente testatore. d. §. repletionem, quod est mirabile, (inquit) ac extraneum secundùm Paul. de Castr. in d. §. quod auus, quia si imputantur in uerum debitum, facilius deberent imputari in legitimam. d. l. Papinianus. §. quarta. ad quod Alexander respondit, quòd illud est in legitima, quia de ipsa deducitur ipso iure omne grauamen, ita ut eam pleno iure statim consequatur d. l. quoniam in prioribus, & d. §. repletionem, & §. prohibemus. in Authen. de trien. & semi. Et subdit idem Ruin. quòd propterea, etiam si testator fructus uoluerit in legitimam imputari, non tamen imputabuntur, quia filius simpliciter adeundo, non uidetur onus ipso iure à lege reiectum agnouisse. d. l. si quando. §. generaliter. cum ibi no. per Bald. & alios: quæ ratio secundùm eum cessat in alio debito, eo quòd de alio debito lex ipso iure grauamen non reiicit; Et hæc quidem Ruini dicta referre, operepratium duxi, quia plurimùm materiæ nostræ, consentanea sunt. Verùm, ut ad rem nostram ipsam reuertamur, dico, quòd legitima pariter deducetur de legato, aut fideicommisso in genere, uel quantitate facto, sicuti deduceretur, ex legato, vel fideicommisso specierum, & corporum, cum in his eadem ipsa ratio militet non confecto inuentario, quia scilicet, cum legitima etiam confecto inuentario per creditores hæreditarios minuatur, æquum fuit, vt, licet inuētarium omiserit, legatariis omnibus, seu fideicommissariis etiam in quantitate, & genere non teneretur eatenus, quin suam legitimam deducere posset, & quia rationes, quibus præfati Doctores moti sunt, ut sic distinguerent, non omnino vnde-

quaq; ualidæ probantur; Quare sic statuendum mihi videtur, legitimam etiã non confecto inuentario per filium detrahi tam de fideicommisso uniuersali, quàm particulari & de legatis consistentibus in genere, aut in quantitate, Aduersus creditores verò hæreditarios, et in præiuditium eorum constat, satisq; abundè diximus non detrahi.

Sed ad hanc principalem cõclusionem reuertendo, an scilicet filius legitima priuetur, si inuentarium non confecerit, alia quoq; huic conclusioni videbantur obstare, quia tam text. in d. l. fin. infr. de iur. deliber. quàm in Authen. de hæred. & falcid. §. si uerò postquàm, loquuntur mixtim de filiis & extraneis simul, vnde videbantur eandem determinationem pariter admittere, sed respondetur, distinguendas esse eas leges ab aliis, quæ disponunt, legitimam non amitti, nisi ex causis expreßis in §. aliud quoq; capitulum. in Authen. ut cum de appellat. cognos. inter quas hæc non connumeratur. Et quamuis Authentica, sed cum testator, disponat, filium non conficientem Inuentarium ad integra legata & fideicommissa teneri, ad eam tamen Authenticam respondetur, integra solui, quatenus debeantur, idest post deductionem legitimæ reliqua, nam ante legitimæ deductionem non debentur, Bart. in d. Authen. sed cum testator. Castren. in d. l. fin. §. pen. in fin. de iur. deliberan. Vbi etiam Corn. in §. si verò postquam, quam tamen solutionem non probat d. Decisio Pedemon. nec fortassis ab re, sed alia tamen solutio afferenda erat, si eam non probat, cum probet conclusionem, cui argumentum illud obstare videtur; Quare dicas, dictam Authenticam, licet de filiis etiam loquatur, ut hi quoq; teneantur integra legata soluere, intelligendam esse tamen ratione legis falcidiæ, idest, quòd falcidiam deducere non poterunt, sed non tamen legitimæ deductionẽ prohibet. Cum igitur Bar. in d. Authen. sed cum testator, num. 11. hanc dubitandi causam mouet, dicens, quid releuat, quòd debitum iure naturæ non amittat filius ob confectionem Inuentarii ommissam, cum ipse debeat præstare integra legata? Respondeas tu negãdo, præsuppositũ, quod nõ tenetur præstare integra legata diminuẽdo legitimam, sed in falcidiæ diminutionem tantùm de qua falcidia ille tex. loquitur, non autem de legitima, neq; enim legitimæ præiudicatum intelligi debet, nisi exprimatur, ut etiam suprà diximus, cum tractaremus de c. licet. extra de voto. illa igitur verba posita in d. Authen. sed cum testator, videlicet. Et si fines hæreditarios excedant, *rellationem ad falcidiam habere debent, quod sic etiam glo. ibi intellexisse videtur in ver. excedant.*

cedant, dum quęstionem mouet, quid de quarta debita iure naturę &c. soluet igitur legata integra ratione falcidię, quia scilicet nullam falcidiā deducet, non tamen omnino integra, adeò, ut neq; legitimam saluam habeat, Verba enim legis eo respectu intelligenda sunt, quo proferuntur, vulga.l.debitor.§.fin.ff.ad Trebellia.l.si quis domum.§.quod tamen.ff.locati.l.profectitia.§.fin.ff.de iur.dot. Et hoc clarius etiam apparebit ex corpore vnde prędicta Authentica desumpta est, in.§.hinc nobis. in Authen.de hęred.& falcid. Quę solutio poterit etiam tollere nodum dictę legis.fin.§.fin uerò postquam.infr.de iur.deliberan. Quòd uerò legitima non minuatur legatis, licet inuentarium nullum confectum sit, potest etiam suaderi plerisq; argumentis ex his quę adducit Craueta in consil. 17.dum aduersus communem opinionem disputat Trebellianicam per hęredem detrahi posse, licet nullum inuentarium confecerit, cuius opinionem multis authoritatibus comprobat Didac. in cap.Rainutius.§.11.num. 10.de testamen.

44 † Hanc tamen conclusionem, quòd legitima possit per filium etiā non confecto inuentario detrahi, sic declarat prędictus Didac.in d.c.si hęredes versi.quamobrem, ni fallor, de testamen. ut ita demum procedat, si hęres filius legitimis probationibus probauerit, hęreditatem non esse legatis, ac legitimę exsoluendę parem, si vero filius non probarit, sed allegarit tantùm, non parem esse hęreditatem vtriq; oneri legitimę & legatorū ferendo, quia huiusmodi allegationi non creditur, sed opulenta hęreditas pręsumitur. arg.l.cum de lege falcidia.ff. de probat. legitimam integram non seruabit, sed legata in primis integra exoluet; quam declarationem idcirco necessariam duxit Didacus, quòd ei videretur, sententiam hanc ex eo mutare, quia hoc modo locus filio daretur legata defraudandi, nam, si etiam non confecto inuentario legitimam integram nihilominus deducere posset; posset etiam duplicatam, secretò quidem, & clam primō, mox in rationibus soluendorum legatorum ineundis iterum palàm habere, cuius fraudis remouendę causa inuentarii auxilium recusantes, & negligentes fauore nullo prosequi leges dignantur, quasi suppillatę hęreditatis suspectos. §. Sancimus.in Authen.de hęred.& falcid.cui tamen obici in hunc modum occurrit clarissimus ille meritissimusq; Montisfer.Pręses Rolan. à Valle in d.tractatu de Inuentario.§.dubitatio oritur.versi. ad secundum respondetur, dicens.occultationis subtractionisq; rerum hęreditariarum suspitionē in filio ratione legitimę cessare, cum iure naturę quasi debita sit, sed hanc

tamen solutionem præuidens, ac præsentiens idem Didacus ei occurrit dicens, ex hoc apertè conuinci, hanc præsumptionem etiam in filio locum habere, quòd etiam in filio loquatur text. in §. hinc nobis. in Authen. de hæred.& falcid. tum quia Bart. & cæteri hoc supponunt, filium legata soluturum etiam ultra vires hæreditarias, quod quidem ex prædicta præsumptione causatur, eapropter Didacus in prædictam declarationem transiit, & nulla alia solutione obiectum recte sublatum iudicaret; Tu tamen cogita, an ea suspitio occultatorum, subtractorumq; bonorum, quæ ex inuentarii omissione elicitur, fuerit omnino vera causa hæredem ad debita, legataq; omnia integra inuentario non confecto soluenda cogendum, nam, si hæc causa fuisset, hæresq; ommisso inuentario causam ommissionis aliam probasset, dispositio cessare uideretur. Item d. §. hinc nobis. loquitur de falcidia, non de legitima, quapropter, cum nulla lex occultationis suspitionem hanc de filio circa legitimam habeat, nec nos eam inducere debemus: Eodemq; modo etiam intelligi oportet, quod Bart. cæteriq; Docto. aiunt, filium non confecto inuentario legata integra soluturum, nempe id verum est eatenus, ut nullam falcidiam deducere possit, non autem, ut etiam legitima priuatus, vel diminutus sit, nam ratio alicuius dispositionis tradita, ad eam ipsam dispositionem restringenda est, non ad alias etiam extendenda.

45 Nunc † videndum, Vtrùm Pater filiæ dotem assignando infra legitimæ quantitatem iustam ei causam querelæ prebeat, videtur enim. quòd dos minor legitima esse non debeat, cuius sententiæ fuit origo Salycet. frequentissimis calculis probatus in Authen. res quæ. infra. commun. de legat. & tradiderunt Ias. hic colum. fin. & in d. Authen. res quæ. 7. not. inf. comu. de legat. Paul. de Castro in consi. 362. incip. si statutum. lib. 1. & Alex. consi. 69. in primo dub. lib. 1. & consi. 7. colum. 2. lib. 2. & plures alii quos refert & sequitur D. Craueta in consi. 236. num. 3. cum simil. cum legitimæ loco subrogetur dos. l. quoniam nouella. infr. eo. Bart. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonstr. Iason in. l. voluntatis. infr. de fideicom. Alexan. consi. 7. visis. colum. 3. num. 16. lib. 2. Dec. consil. 106. nume. 3. versi. decimo & vltimo. adeò quidem legitimæ loco succedit dos, vt legitimæ nomen adhuc retineat, tametsi in dotem conuersa fuerit. Ruin. cõs. 26. num. 17. lib. 3. citans ad hoc text. in d. l. quoniam nouella. infr. eo. sequitur D. Cephal. in consi. 245. num. 32. quod tamen idem Craue. ibi declarat, nisi aliud loci consuetudo haberet, quia tunc pro regionis more dos maior uel

minor

minor legitima constituenda esset, ex Corneo in consi. 197. col. 3. in consil. 210. circa fin. in consil. 316. colum. 4. lib. 1. Bald. nouellus in tractatu de dote in 6. parte, priuilegio 16. colum. 8. uersic. communiter tamen mos regionis.

Constituendum est igitur, quòd etiam in dote assignanda filia non possit legitima sua priuari ex proximè adductis, quæ regula sic extendi prorogarique potest, vt, licet constitutæ dotis tempore legitima tota expleta sit, si tamen postea ratione facultatum paternarum, quæ auctæ sint mortis eius tempore, dos legitima inferior reperiatur, poterit etiam, quod ad supplementum legitimæ illius temporis deesse reperietur, filia consequi. Paul. de Castro in consi. 265. incip. licet ista Domina Lisa. ad fin. lib. 1. Bald. nouell. in tract. de dote in 6. parte, priuilegio 15. colum. 8. Dec. consil. 276. colum. 2. circa med. quam tamen questionem valde difficilem esse ait Craueta in consi. 11. col. 4. nu. 13.

Secundò amplia, quòd licet filia dotata excludatur à successione per statutum; non tamen à legitima censetur exclusa, quin dos legitimæ æquilibranda sit, nec ea minor constitui debeat, quod quidem ex æquitate, & boni uiri arbitrio procedere aiunt, Cuman. in consi. 46. incip. Pater filiis in fin. Dec. in d. consi. 276. colum. pe. in princ. nam ex stricto iure aliud esset, quia statutum à successione excludens filium, à legitima quoq; excludere censetur, ut diximus suprà ex recepta frequentius sententia, quam tamen nos non admodùm gratè probauimus.

Tertio amplia, etiam quod à Patre dotata fuisset, cum enormissimè læsa fuisset. Dec. d. consi. 180. quamuis enim dicatur, illam rationem dotis constituendæ ad legitimam tunc esse faciendam, quando ab alio, quàm à Patre dotatur. Decius vbi supra Ruin. consi. 56. num. 11. lib. 3. Alba. consil. 23. num. 3. Cephal. d. Consi. 281. num. 29. Id tamen est intelligendum, nisi enormissima læsio interuenisset. Dec. d. consi. 180. qui etiam Dec. declarat, quomodo, & quando filia enormissimè læsa dicatur, nempe, si longè infrà dimidiã sit læsa & habita etiam ratione dignitatis. Sequitur Alba. d. consil. 23. num. 3. & 4.

Quartò Amplia, quòd nedum vsq; ad legitimam, sed quandoq; etiam suprà legitimam constituenda erit, si pro more, & consuetudine regionis, ac pro familiæ dignitate legitima doti congrua satis non sit. ex text. in §. quamobrem. in Authen. de restit. & ea quæ parit, Salycet. in d. Auth. res quæ. inf.

commun.de lega. Decius qui alios allegat in d.consi.180.colum. 2. ad fin. quod multò magis procedere certum erit, si non à Patre, sed à fratre, vel Patruo, alioue dos constitueretur ex facultate fortè ei data à Patre, in testamento uel à lege municipali.

Quintò amplia, etiam, quòd Pater, cum testamento aliquid filiæ pro dote reliquit, plus eam petere probibuerit, nam supplementum legitimæ petere nihilominus poterit. Alex.in consi.69.lib.1.& consi.165.lib.2.Paul. Castren.in d.consi.275.incip.ista Domina Lisa. Dec.consi.280.col.2. in fin. Bal.nouell.vbi supra Ruin.cons.26.nu.17.lib.3.D.Cephal.in cons.281. nu.36.& seq.

Sextò amplia, quòd, quamuis aliam filiam maiore dote, legitimamq; excedente honorauerit, non poterit propterea cogi eandem summam aliis filiabus in dotem relinquere, vbi congruè etiam ipsæ dotatæ fuissent, & ita ait D. Cephal.in d.consi.282.num.27.sicq; declarat intellexisse D. Albam.d.cõsi. 23. dummodò tamen prædictæ filiæ, quæ minorem dotem perceperunt, legitimam saltem consequutæ sint, nam, si minorem legitima habuissent, supplementum ad legitimam petere possent, licet non vsq; ad portionem aliis relictam, quæ legitimam excedat. Cephal.vbi supra num. 21. in ambiguo tamen, ubi filiam vnam pater dotasset (etiam si legitimam dos excessisset) aliis verò filiabus dotem non assignasset, censeretur non uoluisse minorem dotem aliis, quàm illi dari. Socin.in l.1.num.39.infr.solu.matri.uersi. puto etiam quod pater. Ias. in l. parentibus infr.eod. Cephal.in d.consi.281. num.19.& 20.

Limitantur hæc tamen non procedere, vbicumq; statuto cautum esset, ne filia dotata in bonis paternis succedere posset, sed quacumq; dote eam iussisset contentam esse, tunc enim non posset legitimam petere, sed dote assignata contentam esse eam oporteret iuxta ea, quæ aliàs tradidimus, ex Angel. consi.105.statuto cauetur.colum.fin. Alex.l.Gallus. §. & quid si tantùm. de libe.& posthu. Dec.consi.26.num.4.& consil. 180.& 196. vbi hanc ait communem.& consil. 505.& 181. Cephal.d.cons. 281.nu.38. Ruin. consi.162.num.5.lib.3. Aliud enim est, quod statutum filiam dotatam à successione simpliciter excludat, aliud quod disponat, ut dote filia contenta sit, Priore siquidem casu dos legitimam totam capiet, posteriore secus. Corn.in consi.197.colum.3.num.9.lib.1. Ruin.consi.62.num.5.lib.3. & in consi.52.num.9.& 10.lib.2. sequitur D.Cephal.in consi.245.nu. 29 lib.

lib. 2. quæ sententia hausta est è Baldo omnium insignium sententiarum perpetuo promptuario; Baldo inquam. in d. Authen. res quæ. uersic. pone statuto cauetur. & in l. fin. infr. de dot. promiss. Alex. in l. gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. Nec prior huius distinctionis pars his tamen aduersatur, quæ olim diximus ex recepta sententia, filiam à statuto exclusam etiam à legitima exclusam censeri, ea enim de statuto simpliciter loquente intelligenda sunt, non de eo, quod dotatam summouet, ac scias obiter, quod huiusmodi lex municipalis filiam dotatam ab hæreditate patris summouens, illi filiæ non nocebit, quæ non ex paternis, sed maternis bonis dotata sit. Bald. in l. supra citata. Mater pro filia. infr. de iur. dot. Ias. in d. l. si quando nu. 8. inf. eo.

Limitatur non procedere, vbi à patre competentem dotem habuisset, tunc enim ut supra diximus, non posset plus petere, etiam quòd legitimam non habuisset, modò læsio enormis non fuisset Dec. d. consil. 26. & in aliis suprascriptis Ruin. consi. supracitato. 56. nume. 11. lib. 3. Alba. d. consi. 33. Clarissimus D. Cephal. d. consi. 281.

Succedit alia questio satis quottidiana, & in forensi usu frequens, et propterea diligenter excutienda, ut dicit text. in l. legaui. ff. de liber. legat.

46 † An scilicet, quomodo & quibus casibus per pactum aut renuntiationē filius à legitima supplementoue ipsius arceri possit.

Et primò, quid si patre viuente Pactum initum sit. Deinde quid si post eius mortem. Tertius quid si nullo pacto inito relictam sibi rem legitima inferiorem simpliciter agnouerit, acceptaritq; filius; Sic enim tribus hisce casibus distinctis, & separatis clarior leniorq; doctrina fluet, quàm hactenus fluxerit, nisi fallor.

47 Primò † igitur sic statuas, per pactum initum inter Patrem & filium minimè auferri legitimam, eiusue repletionem, aut quærelam filio. l. si quando. §. 1. infr. eod. cuius rei hæc redditur ratio, quia pactum de futura successione uiuentis, veluti periculosum ei, de cuius hæreditate sit pactum, ac ueluti contra bonos mores reicitur. l. pactum quod dotali. inf. de pact. l. pactum dotali. infr. de collat. siue sit de succedendo siue de non succedendo, ut Accursius ait in d. l. si quando. §. 1. inf. eo. & in d. l. pactum dotali, quapropter, si in tota hæreditate reiicitur huiusmodi pactum, multò minus legitimā capere & deuincire debet.

48 Quod † limitatur per Doctores omnes in d. l. si quando, vbi Iason, presertim

tim nõ procedere, vbi Iureiurãdo filius eiuscemodi actũ roboraſſet ꝑ tex. in c. quamuis. de iureiuran. in 6. quod iuramentum amplius traditum eſt hoc etiam efficere, ut licet nominatim legitimæ renuntiatum non ſit, ſeu pactum ſuper ea appoſitum, ſed generalis facta renuntiatio, ſeu pactum ſit, perinde ſit tamen, ac ſi de legitima nominatim non petenda pactũ cõuentum esset, ex Ludouico Romano in .l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerbo. obliga. quia generalis renuntiatio cum iureiurando facta eandem ipſam uim habet, quam ſpecialis renuntiatio. Baldus in l. 1. colum. pen. 2. quæſt. infr. commodati. Dec. conſi. 345. colum. 2. qui alios citat in conſi. 180. Iaſ. in d. l. ſi quando, qui tamen Iaſon ad ea relegat, quæ dixit in l. ſed. & ſi quis. §. quæſitum. ff.
49 ſi quis caut. quod tamen dictum eſt, vbi verum eſſet, declaratur, † tunc locum non habere, cum filius enormiſſimè læſus fuit, ut dixit D. Alba. in cõſi. 66. in fin. ex Decio in d. conſi. 180. Vt cum filius nihil omnino accepiſſet pro ſua legitima. Dec. in l. pactum dotali colum. 2. ad fin. inf. de colla. vnde vides eam diſtinctionem, quam nonnulli afferebant, an ſcilicet filius in renuntiatione uel pacto aliquid renuntiationis uel pacti faciendi gratia accepiſſet, an minus, ad id reſtringi, an ſcilicet enormiſſimam læſionẽ paſſus in renuntiatione fuerit, ut hoc caſu iuramentum nullum filio in legitima præiudicium pariat, aliàs ſecus, quæ erat diſtinctio veterum, de qua per Alex. in conſi. 180. & ſeq. lib. 5. Vtcunque tamen ego lubens in hanc ſententiam ire non poſſum, quòd iuramentum vim ſpecialis renuntiationis
50 ſeu pacti circa legitimam habeat, † iuramentum enim efficacius quidem enixiuſque reddit pactum vel contractum, ſuper quo apponitur, non tamen extendendi, aut ampliandi poteſtatem habere dicendum eſt, & facere, ut ad incogitata diſpoſitio trahatur. Abb. c. cum contingat, ubi cæteri de iureiuran. Bart. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. quòd ſi etiam de legitima cogitatum autumare velimus, cum ſuper hæreditate non petenda generaliter cum iuramento actum eſt, cur non idem dicamus & cum nullum iuramentum interceſſit, aut enim conſenſum filii circa legitimam quoq; adfuiſſe interpretamur, aut non, ſi adfuiſſe credimus, cur non & abſq; iuriſiurandi religione hoc interpretamur? ſi conſenſum abeſſe dicimus, Cur iuramentum in eo
51 operari dicamus, cui conſenſus abeſt? † diſpoſitio enim generalis eas ſpecies non includit, quibus conſenſus nullus adeſt, etiam iuramento accedente, ſic Baldi dictum in d. l. 1. infr. commodati. declarat ibi Salycet. & Alex. in conſi. 18. colum. fin. lib. 1. & in conſi. 31. colum. pen. lib. 2. & ſic

inter-

interpretantur ferè omnes Doctores loquentes de hoc casu, videlicet Alex. Aret. Ias. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerbo. obliga. ex text. in l. fin. inf. de non num. pecu. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. Abb. in c. cum contingat. de iureiuran. text. cum glo. in c. ad nostram 2. c. veniens. c. pe. de iureiur. & ita dicit Boer. decis. 3. num. 7. 8. & seq. Rum. consi. 6. colum. fi. lib. 2. Bauer. in tract. de iuramen. colum. 2. Portius Imol. qui hæc & alia allegat in reg. seu conclus. 2. lib. 3. commu. opin. quapropter concludendum videtur, renuntiationem seu pactum filii cum Patre initum super hæreditate paterna non petēda non comprehendere legitimam, etiam quòd Pactum vel renuntiationem
72 *iuramento uallasset, nisi de legitima nominatim egisset, † quandocunque enim lex pro forma actum vult nominatim exprimi, ea forma iuramento nō suppletur, renuntiatio autem, ut specificè fiat legitimæ, pro forma traditum est. d. l. si quando. §. & generaliter, hanc rationem reddit Boer. in d. decis.*
73 *3. num. 9. † quod tamen ego facilè non consenserim, videlicet pro forma traditum esse, ut renuntiatio legitimæ specificè fiat, nullum enim ibi uerbū est, quod formam inducat, nec aliquid ex his, quibus forma præscribi solet, de quib. Felin. in c. cum dilecta de rescript. Ias. in l. vniuersa. sup. de prec. Imp. offeren. Extant pleni iustiq; tractatus recentiorum de forma, non ideo tamen minus credo aliis rationibus, quam posui conclusionem ueram esse, ut scilicet renuntiatio generalis, vel pactum super hæreditate cum iuramē-*
74 *to per filium facta legitimam non includant. † Pacti igitur vel renunciationis huiusmodi cum iuramento factæ hoc erit opus, quod, etsi iuramento nullo adhibito nulla in parte valeret, neq; in reliqua hæreditate nedum in legitima, iurisiurandi tamen virtute à reliqua hæreditate filius excludetur, quāmuis à legitima non semoueatur, quod si de legitima quoq; nominatim sit cum iureiurando conuentum, à legitima quoq; excludetur.*

Ad hunc primum casum, quando Pactum initum est Patre uiuente duæ species pertinent, altera, quā modò absoluimus, cum scilicet pactum cum ipso patre initum est. Altera verò est species, si non cum ipsomet patre, sed cum aliis puta fratribus pactum factum est, vel cuiuscumq; hæreditati
75 *renuntiat, & Ancharan. Imola. Dominicus. in d. c. quamuis dicunt † talem renuntiationem vel pactū nullius esse momenti per l. fin. supra de pact. Alex. Alciat. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verbo. obliga. Fulg. & Dec. in d. l. pactum dotali. 6. limitat. de Collat. Socin. consi. 73. colum. 2. lib. 3. post Bart. d. l. stipulatio ista, quod quidem generaliter de tota hæreditate*

Doctores tradunt,& non solùm de filio paciscente, aut renuntiante hæreditati patris, sed etiam de quocumq; alio, qui alterius hæreditati ad se spectanti renuntiet,quia plenæ sunt huiusmodi pactiones tristissimi,& periculosi euentus, quare veluti contra bonos mores initæ reiiciuntur, sic enim generaliter loquitur text.in d.l.fin.supra de pact.quare uides, quantò magis hæc procedere debeant in filio circa legitimam,quinimò id procedit etiam, quod is qui hæreditati renuntiauit integram suam legitimam consecutus esset. Aret.in l.qui superfluis.de acq.hæred.Dec.in d.l.pactum dotali.col.
56 6. versi.& hoc intelligitur.de collat. † Si tamen ille, de cuius hæreditate agitur,huiusmodi pactioni consenserit,tenebit,vt eadem ipsa. l.fin. dicit expresse & consuluit Crau.consi.11.col.1.& 2. quem tamen consensum expressum esse oportet Craue.consi.42.colum.fi.in fin.nume. 5. & in
57 consi.127.colum.2.num.5. † si verò consensus illius non accesserit,adeo erit nulla huiusmodi pactio, ut neq; iuramento validari queat, Crauet.qui
58 alios allegat in d.consi. 127. num. 5. † quodcunq; vero pactum inierit, Legitimam non includet ex supradictis, nisi id expresserit,Cuman.tamen in
59 consil.183.relatus à Decio in consil.299.colum.3.in prin.dicit, † quod, cum filius viuente patre super hæreditate paterna paciscitur, à legitima excluditur, quia tunc nondum ei legitima debetur. Cephal. consil. 153. num.79.& seq.lib.2.

60 Alter † principalis est casus,cum post patris mortem filius de hæreditate ipsius non petenda pactum facit,uel ei renuntiat,quod quidem pactum ualet ac tenet.d.l.si quando.§.1.in fin.quo casu, ut etiam in superiori casu, dicendum est,generale pactum,uel renunciationem legitimam non continere.d.l.si quando.§.illud.qui est.§.1.in fi.uersi.sed hoc ita admittitur. Docto.in d.l.si quando.§.& generaliter.vbi Bald. Salycet. Paulus de Castro & Iason, & iidem Bald.& Castren.in d.l.omnimodo.in princ. supra eod. vt,si pater aliquid filio reliquisset pro sua legitima,ac defuncto patre id filius simpliciter acceptarit,generalemq, renuntiationem hæredibus fecerit, non tamen legitimæ supplementum petere prohibebitur, quod amplius aiũt procedere etiam si pater hanc legem in testamento dixisset,vt filius eo,quod relictum ei fuisset, contentus foret, nec aliquid amplius petere etiam legitimæ titulo posset,aliaue quauis occasione,& in hoc citant textum.in.§.cæterum.in authen. Vt cum de appella.cogno.hanc etiam reddẽtes rationem, quod eiusmodi clausulæ onus de legitima est ipso iure expungendum,& sequuntur

quuntur hanc sententiam frequentissimis cohortibus Docto.tam in d.l. si quando,quàm in quibuslibet aliis locis,quibus de hoc negocio incidit mentio. Sed & generaliter traditum est tam à Gullielmo de Cuneo. in.l.de bis.ff.de transac. quàm à Iasone in d.l.si quando.§.& generaliter. Vbi Iason num.5.& 6.quod generalis renuntiatio hæreditatis nec legitimam, nec suplendæ legitimæ ius includit, nisi mentio de ea specialis sit facta.

61 † quapropter fœmina, quæ à fratre certo fundo accepto dotata se contentam dicit,nihilq; amplius petere promittit,poterit nihilominus cõsequi, vt legitima sibi repleatur, nisi legitimam quoq; expresse renuntiarit, idq; ex supradictis Baldo. Salyceto. Angelo. Castrensi, & Alberico; Angelo Paulo in d.l.de his. sic vides longè magis, filio nocere pactum, quod Patre viuente super ipsius hæreditate fecit,cum etiam à legitima eũ summoueat, quàmuis expressum nihil de legitima sit, quàm pactum post Patris mortem initum,cum hoc in legitima,nisi expressum sit, ei præiudicium non faciat, cuius rei ratio est, quia facilius futurum ius auferri,quam ius præsens potest, dum Pater enim viuit (vt sæpe diximus) non dicitur filius certum præsensue ius in legitima habere, at defuncto eo habet,ut in hac ipsa specie hanc rationem reddit Eccel.D.Cephal.consi.153.à num.79. usque ad

62 num.83.lib.2. † quamuis igitur facilius admittatur,recipiaturq; pactum seu renuntiatio post Patris mortem, eo quod suspitionibus careat,quàm uiuente Patre, ubi tamen recepta est hæc, quæ viuente Patre facta est, renuntiatio vel pactum, latius extẽditur,cum legitimam quoq; ipsam,quamuis de ea nominatim dictum non sit,comprehendat.

63 Tertius † erat casus, si filius nullum pactum, nullamq; hæreditatis, nec legitimæ renuntiationem fecerit, sed rem legitima inferiorem simpliciter acceptarit,an huiuscemodi acceptatio ei obsit, ne plus petere possit, quasi videatur hoc facto testamentum probasse, qui tamen casus mihi satis clarus indubiusq; videtur,nam, si neq; pactum expressum,uel renuntiatio expressa hæreditatis legitimam includit, minus acceptatio hæc simplex circa legitimam,de qua nil dictum,est,præiudicare debet,& hoc satis apertè decidit text.in d.l.si quando.§.& generaliter.inf.eo.vbi Bald. Cephal.consi.148. nu.25.Ruin.consi.57.lib.2.

64 An † verò pater vni ex filiis, uel nepotibus donando,uel alteri extraneo possit filio in legitima præiudicare?certa res est, non posse præiudicare.l.1. & per tot.infr.de inof.donat.& Authen.vnde si parens.infr.eo.& in cor-

pore, unde sumpta est, quod hoc quidem ordine fit, nam, si filius nihil ex hæreditate paterna consequeretur propter inofficiosas donationes, eam quæream inofficiosæ donationis intentaret, sin aliquid esset consequutus, ad supplementum ageret legitimæ condictione ex lege, ut declarat Corneus in cōs. 15. colum. 6. uers. c sed hic inest. lib. 1. Hinc dubitari solet, quid si plures diuersis temporibus Pater donationes fecerit, an filius legitimam de omnibus, an de postrema tantùm detrahere debeat, & quamuis glo. in d. l. 1. uers. onciis. circa fin. uers. idem ergo in septima ac post eam Bald. hoc sentire videantur, quòd, si plures donationes factæ sint, quæ singulæ non fuissēt inofficiosæ, sed iunctæ cum postrema inofficiosæ redderentur omnes unà quærelam paterentur, Bartholusq; in l. Titia. §. Imperator. in 2. colum. de legat. 2. idem uidetur innuere, dum illam glossam citat, ueritas tamen aliter se habet, hoc nempe modo, quòd, si omnes donationes, licet diuersis temporibus factæ, eodem tamen tempore confirmentur, omnes pariter veluti inofficiosæ quærelam patientur, cum scilicet donationes ab initio inualidæ fuerunt, ut, quia filio in potestate, vel coniugi factæ, quæ confirmationem à morte expectant, sin donatio prior statim ualida fuit, nec ullam à morte confirmationem expectabat, ea stabit, posteriorq; sola veluti inofficiosa reuocabitur, ut idem ipse Accursius declarat in d. l. Titia scio. §. Imperator. in fin. illius glo. quæ est vn. in eo. §. quem & sequitur Imola ibi, ad quod & Bart ibi & in d. l. 1. inf. de inof. donat. & uide Corneū in consi. supra citato. 15. colum. 6. ad fin. lib. 1. facultates autem eius temporis metientur, quo donatio facta est in ratione legitimæ ineunda; & hac quidem inofficiosæ donationis quærela etiam ab intestato competit. l. precibus. Vbi glo. pen. infr. de inof.

65 dona. † & reuocat solùm legitimam, non totam donationem rescindit, glo. in. l. 1. C. eod. de inof. do. & in d. l. pracibus, quamuis aliud sit in quarcla inofficiosi testamenti.

66 An † verò pater viuens aliquod commentum adstruere possit fraudandi filium legitima? Et traditum est suprà, posse id fieri, bona sua dissipando l. 1. C. si quis in frau. patr. l. non vsque adeo. ff. si quis à Paren. fue. mam mi. Aret. consi. 2. colum. 2. uel si quem contractum faciat onerosum, quo alteri post mortem bona sua promittat. Bart. in l. 1. ff. de Bon. auth. Iud. possiden. quod tamen commentum suprà diximus animæ Patris intertrimentum allaturum, si eo vtatur. † Quid verò si pater confiteatur, quempiam pecuniā

67 apud se deposuisse, ut hac arte legitima filii, vel minuatur, vel auferratur?

Dic

hic eiuscemodi patris confessionem filio nullum inferre posse praeiudicium Bart.in l.cum quis decedens.§.codicillis.colum.2.nume 4.uersic. praeterea testator de lega.3.Alex.consi.26.colum.2.lib.2.& consil.57.per tot.lib. 5.quod quidem procedere ait,etiam,quod parte praesente eam confessionem pater emisisset,idest eo praesente,ad cuius fauorem illa confessio emanauit, nec aliter ait sensisse Bartholum ibi,licet postea subdat Bart. eam confessionem parte praesente factam reuocari non posse, Illud enim intelligendum nõ est in alterius praeiuditium; quin & traditum est, eiuscemodi confessionem filio non obesse, quamuis Patris iureiurando uallata esset, Butr.in d.c.quãuis. de iureiuran.in 3.colum.quae tamen declara, modò aliter de tali contractu, & confessionis ueritate non appareat, sed meris in terminis confessionis stet.Alex.d.consi.57.quae prius dicta sunt à Specul.in tit de confes. Vbi addit Io.And §.nunc uidendum. Et hoc repetit idem Alex. consi.45. colum.fin.lib.1.& in l.sepe. colum. pen.ff.de re iudic. & consil. 18.lib.4. Iason in l.si arrogator.ff.de adopt.num.25.in l.1.colum.1.ff.de eo per quẽ fact.in l.nam & postea.§.sed & si quis.de iureiuran.in Authen. vnde si parens.infr.eod. Bartholomaeus Veronen. caut. 36. quibus non impertinentia sunt, quae aliàs diximus, de legatis à patre factis testante sic legare, ut suam conscientiam purget, an tali testationi ad legitimae diminutionem credi oporteat.

68 Succedit nunc illa profunda quaestio, † vtrùm posit legitima lege municipali auferri,uel minui, quae (vt semper difficilis fuerit) eam tamẽn difficiliorem reddidisse videntur multi prolixiq; super ea Doctorum facti discursus, quorum tamen copiosà dicta ad breuem epilogum reduci possunt:de legitima autem filiis debita hic agimus, quamuis obiter non ommittam il-
69 lud, † videri legitimam Parentum difficilius auferri quàm liberorũ, quod uel ex eo dignosci potest, quòd latior uia aperta sit filiis excludendis à legitima, quàm parentibus, cum filii ex quatuordecim ingratitudinis causis, Parentes verò ex septem duntaxat legitima priuari possint.§.aliud quoque capitulum,& § hac quidem in Authen. vt cum de appellat. cognos. & in Authen. in testamento. C.ad Tertullia & ratio huius rei redditur,quia haereditas filiorum parentibus delata est luctuosa.l.fin.C.de inst. & subst.quare videtur quaedam quasi compensatio immensi doloris ex filiorum amissione fieri, Ita quidem ait D.Cephal.in d.consi.278.num.50.& seq.lib.2.quam tamen rationem non procedere ait in statutorum dispositione,cum in eis nihil

bil ambigant doctores, an Parentum legitima auferri possit, sed sine controuersia concludant, posse, licet in filiorum legitima non parum dubitẽt quod procedere credit, quia legitima filiorũ ratiõe naturali debita uidetur. An igitur liberorum legitima lege municipali omnino tolli possit, vide Dyn. in c.indultum.de reg.iu.in 6.Dec.in l.iura sanguinis.vbi apost. Hisp. ff.de reg.iu.latissime Nicolaum Arelatan. apost.ad Alciat. in trac.de presump. in 1.reg.in 8. presump. in litera. A. incip.vide Ioannem de Anania Be-
70 roum in cap.Raynutius.nu.194.de testamen. post Abbatem ibi, †qui Abbas ponit quatuor principales opiniones, Cæsarei autẽ iuris interpretes hãc quæstionem versant in l.titio centum.§.fi.ff.de condi.& demonstr. vbi Bar. Paulus de Castro & Imola, & in l.quod de bonis.§.fi.ff.ad l.falcid.& quatuor illæ principales opiniones hæ fuerunt. Prima, quod possit minui quidẽ legitima, omnino autem tolli nequeat, quæ fuit Ricar.malumb.antiquissimi Iuriscon.relati a Cyno in l.sancimus.C.de nupt. Altera Cyni in d. l.sancimus, probata a Bart. cæterisq; suprà relatis Doctoribus in d.l.titio centum. §.fin.& Dyn.in d.cap.indultum, nempe vt tota legitima statuto possit tolli. tertia fuit opinio D.de rota. in decisio.18.in noui.. incip. fuit dubitatum; quod non possit omnino per statutum tolli, sed ad priscam iuris antiqui metam, idest, quartam restringi. Quarta fuit opinio Abbatis ibi in d.cap.Raynutius.vt videlicet ex iusta causa etiam tota legitima statuto abrogari possit, iustaq; causa censeatur ea, quam statutum ipsum iustam duxerit. Doctorum verò cateruas, qui hanc vel illam sententiam sunt sequuti non recenseo, vel qui de communi opinione sunt testati, sed ad prædictos remitto, apud quos longo ordine censentur, apparetq; hinc & hinc extitisse, qui alteram, & alteram sententiam magis receptam proclamarint, vt dicti apost.ad Dec. in l.iura sanguinis.& Alciat.in d.præsump.8.& Berous indicant.

Quòd enim indistinctè possit penitus legitima filiis statuto auferri, communem dixit Corn.in consil.150.col.fi.lib.1.& consil. 210. in hac consultatione col.1.lib.1.& consil.107. lib.2. & consil.105. lib.3. & consil.1.col.3. lib.4.Angel.Imol.& Alex.in l.quod de bonis. §.fi.ff.ad l.falcid.Ripa lib. 1.respon.cap.7.Cephal.dict. consil.268.nume.50. lib.2.Contrarium verò sententiam, quòd absolutè legitima in totum tolli non possit, communem esse testantur Ias.in l.quoniam in prioribus col.2.infr.eod. & in hac nostra Authen.col.pen.nume.54. Andr.sicul. in cap. Raynutius.col.12. & 13.de testam.& consil.24.lib.1.Alberi.in secunda par. statutorum. quæst.103. & 104.

& 104.& in l.quoniam in prioribus.in col.penul.& fin.Rodric.Xuarez. in d.l.quoniam in prioribus.in declaratione legis Regni nu.6.

Tu verò sic discernas hanc materiam,infrascriptos casus separando. Primus casus est,cum nulla ex causa rationabili,sed simpliciter,atq; testatoris arbitrio legitimam tolli permittit lex municipalis concedendo, vt pater non adstringatur eam filio relinquere,sed possit eum a tota hæreditate atq; etiam a legitima,si uoluerit,summouere, & hæc quidem lex veluti ratione carens; quæ legis est anima.l.cum ratio.de bon.damnat.) videtur prima facie,non valere.cap.erit autem lex.distinct.4. cum legitima iure naturali fundata sit,

71 vt no.in d.l.iura sanguinis,sed tamen,quod valeat,suadetur,† quia quod legitima ad certam summam, vel quotam(vt dicitur)aut metam debeatur, atq; ad necessitatis terminos sit reducta,id videtur ex iure ciuili,non ex iure naturali inductum,ex naturali tamen ratione, quare videtur, quòd formalis legitima,vti formale iuris Cæsarei inuentum tolli possit, & ita procedet p̃dicta sentẽtia Dyni a frequẽtissimis iuris Cæs. interpretibus recepta,sic enim & Dyn.& alii,qui eum sectantur,loquuntur de legitima, veluti iuris ciuilis titulo,quòd si statutum nihil omninò filio relinqui vellet, aliud esset

72 decidendum,†alimenta etenim filio adimi lege, vel consuetudine nullo pacto possunt. Abb.in cap.fin.nume.22.de consuetudine,vbi Rochus Curtius, qui neminem discrepare affirmat, hacq; ratione satis temperatur hæc sententia,quæ prima fronte immensum rigorem continere videbatur, dum filiũ etiam legitima per statutum priuari posse censebat. Hinc etiam Didacus Coarrui.in 2.par.Epithome cap.8.§.6.col.3.in princ.num.4.censet,prædictã hanc opinionem sic declarandam, quatenus legitima non sit ad alimenta necessaria,ita vt minimè alimenta subtrahantur.

Secundus est casus,cum iusta ex causa lex municipalis tolli eam concedit,qui casus ex prædicta decisione indubius redditur, nam,si nulla subsistente causa tolli potest,dubiò procul tolli multò magis poterit cum causa, quam sententiam neq; Abbas,neq; cæteri canonistæ ausi sunt refellere in d.c.Raynu

73 tius.† Sed tunc quidem magis ambigi poterit,an saltem alimentorum ratio habenda erit,sed dicas hoc casu nec alimenta ipsa esse filio suppeditãda, cum filius iustam causam culpa sua,vt a legitima excluderetur,præstitisset. arg.glo.quam nemo non probat in cap.cum haberet.Extra de eo.qui dux.in matrim.vers.secundùm facultates.in l.si quis a liberis.§. idem iudex, vers. detulerit.ff.de lib.agnos.Bar.in l.diuus.ff.ad leg.Põpe.de Paricid. Ias. in

l.Ius

l. Ius autem ciuile. col. pen. ff. de iusti. & iu. Cremens. singul 39. Gerard. Pe-
74 *tra sancta sing. 1.* † *quibus in locis dicitur, filio alimenta præstanda non es-se, qui ex iustis causis enumeratis a iure exheredatus sit, quare & ego in aliis similibus causis a statuto consideratis, quæ crimen filii sapiant, idē dicen dū opinor. Si verò aliqua alia ex causa legitima priuari permittatur, quæ ex hæredationi tamen satis non sit, eiue similis, non poterit propterea alimentis defraudari: finge enim filium (exempli gratia) vxorem honestam quidem, sed indotatam absq; patris venia duxisse, non iniusta quidem erit causa hæc sta-tuto. insti. de nup. in prin. sed nō idcirco tamē, ut alimētis filiū priuare possit. Dec. consil. 231. col. pen. quem sequitur Didac. vbi supra. num. 5. versic. 3.*
75 *subinfertur.* † *qui præterea subdit, non tantùm filio, verùm & eius vxori alimenta per patrem præstari debere, citatq; Ioannem Crotum in l. si constā te in 2. lectu. col. pen. & fin. ff. solut. matrim. quæ licet in patre viuente sint per præfatos Doctores tradita, non alia tamen ratio in alimentis a defuncto*
76 *relinquendis esse creditur.* † *Nec omittam, iustam fortè rationem visum iri filio penitus excludendo per legem municipalem, si filius diues sit, puta bo-nis aduentitiis, vel sacerdotiis, vel exercitio, aut arte, cum nec eo casu ali eū oporteat. d. l. si. quis a liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnoscen. Abb. d. c. cum haberet.*

77 *Non* † *ita facilè tamen consenserim Abbati Panormitano, cum dixit, iu-stam causam existimandam eam, quam statutum iustam iudicarit, si alimen-tis quoq; denegandis sufficere eam quis existimet, quid enim, si lex munici-palis aliquo factionis odio municipii partem aliquam prosequatur, vt tur-bidis illis factionum Guelfæ, & Gibellinæ tempestatibus aliisue similibus, temerè ac malignè quandoq; fiebat, vel finge, in fauorem agnatorum hanc legem factam. non profectò tanti esse debet agnationis fauor, vt ab alimen-tis filium excludat. Cauere propterea filium moneo, vt, si alimenta sibi debe ri cōtendat legitimæ loco, ne legitimam petat, sed officium iudicis imploret,*
78 *nam, si legitimam peteret, succumberet, veluti ineptè agens,* † *alimenta. n. officio iudicis petuntur. l. solent. ff. de alimen. lega. similem quæstionem ita diffinit Crauet. in consi. 236. col. pe. de filia, quæ petiit supplementum legi-timæ, cum petere dotem debuisset, quia a statuto exclusa erat ab hæreditate, multò magis Principi legis condendæ potestatem habenti licebit, quod legi municipali permissum in legitima minuenda, vel tollenda docuimus. Rodri. Xuarez in d. l. quoniā in prioribus in declaratione legis Regni. nu. 6. et 7.*

Cum ergò & filii a parentibus legitima priuari ex legis municipalis dispositio-
79 ne possint,† multò magis Parentes a liberis poterunt, vt dictum est supra:
Item, cum tolli in totum possit, longè facilius minui poterit, sic clarè distinctā
80 hanc doctrinam habes.† An verò statutum excludens ab hæreditate filium, censeatur etiam a legitima excludere, diximus supra, conclusimusq; etiam legitimam videri ademptam ex magis communi opinione; licet nos libētius in diuersam sententiam transituros dixerimus, nisi communis obstaret; quin-
81 imo traditū est, † legem municipalem disponentem, vt coniux superstes lucretur dotem in præiuditium filiorum primi matrimonii, adeò valere, vt etiā filiorum legitimam tollere possit. Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. Paul. Castr. l. 1. C. de inof. do. Dec. in consil. 19. col. 2. Alciat. in tract. præsump. in 1. reg. præsump. 8. nume. 5. Paris. consil. 91. col. 3. lib. 3. Rolan. valle in trac. Dot. quæst. 24. numero. 6.
82 Sed elegantissima hic quæstio oriri potest.† Quid, si lex municipalis filiam simpliciter ab intestato excludat, quo casu dictum est suprà, crebrioribus calculis concludi, etiam a legitima exclusam censeri, quid ergo, si a Patre sit instituta in minori portione legitima, poteritne vsq; ad legitimam repleri sibi portionem consequi? nam quod petere id non possit, suadetur, quia statutum eam ab intestato succere vetat, quare et a legitima eam arcere videtur, vt diximus, contenta igitur sit eo, quod testamento accepit, nec aliquid præter testamentum petat, Contrà verò, hæc non dicitur causa intestati, sed testati, cum Pater testamentum fecerit, de qua causa nihil statutum loquitur, debet ergo in terminis iuris communis relinqui. l. si cum dotem. sol. matrim. cum simil. præterea repletio ad legitimam portionem, vbi quid relictum est in testamento, fit ex eodem testamento, quasi minus scriptum, quàm dictum, vt in principio huius commentarii nos docuisse meminimus, ergo non potest dici, ab intestato hæc repletio fieri, sed ex testamento, quæ quæstio subtiliter disputata est, per Marianum Socin. in consil. 30. incip. Quamuis ex his; fusiusq; per alterum Socin. Bartholomeum, & diffusissimè per Ioan. Baptistam Cacialupum in consil. 150 inter prædicta consilia Mariani Socini, quos etiam refert Ruin. in consil. 62. num 6. lib. 3. & longè acutius tractata est ab eodem Ruin. in consil. 27. col. 6. & 7. nu. 15. & seq. vers. sed an ad supplementū legitimæ li. 3. vbi cōcludit, nō posse ad sup-
83 plemētū agi, pulcherrimis quidē rationibus, inter quas illa est, † quòd legitimæ supplementum is demum petere, & consequi potest, cui concessum est te-
 stamentum

stamentum impugnare, Filiæ vero à statuto exclusæ querela non datur, ergo nec supplementi petendi facultas, maiorem probat ex notatis per Bartolũ in l. si pater. C. de instit. & substi. dum vult, conditionem casualem è legitima non reiici, cum filius præteritus paternum testamentum irritare non potest, cum tunc à supplemento legitimæ dicatur exclusus magis, quàm si legitima aliquo modo, per statutum, puta, in aliqua portionis debitæ parte esset in quãtitate diminuta, cum igitur preterita non possct Patris testamentum impugnare, quia à statuto exclusa sit, consequenter nec debet posse legitimæ re-
84 *pletionem consequi, † Et subdit Ruin. non obstare, quòd testamentum impugnare is non videatur, qui supplementum petit. l. cum lege. vbi Bald. supra de episcop. & cleri. & idem Bald. in l. hac edictali in prin. infr. de secun. nup. quia illud (inquit) procedit, quando preteritus testamentum impugnare potest, eo enim casu supplementũ seruandi testamenti gratia introductum est, uerùm, ubi supplementum petit is, qui preteriri poterat, ut in proposita facti questione, tunc impugnare testamentum dicitur, quia aduersus testatoris uoluntatem innititur, & præterea (inquit) etiam si non impugnare diceretur, supplementum tamen non competit, nisi ei, qui tamquam preteritus impugnare potuisset, qua ratione remoueri ait unum, quod obstare uidebatur, quod scilicet statutum huiusmodi, veluti exorbitans & odiosum fœminarum ratione loquens de causa intestati nõ debeat ad causam testati extendi ex not. in Authen. quas actiones, suprà de sacrosan. eccle.*
85 *† quia non agitur hoc casu de extensione actiua, sed de passiua, quæ permissa est. l. 1. §. lex falcidia. vbi no. ff. ad l. falcid. nec quicquam refert, quòd causa testati repugnet causæ intestati. l. generaliter, in prin. infr. de instit. & subst. quamuis enim concurrere non possint, non ideo tamen fit, quin possit*
86 *quandoq; causa testati regi ab intestati causa, † non etiam officit, quod repletio hæc à lege fiat, neq; ex testamento, neq; ab intestato propriè dicatur deberi, & propterea tanquam casus à lege municipali omissus, in terminis iuris communis sit. l. commodissime. de liber. & posthum. quocumq; enim iure petatur repletio, prohibita censetur virtute prædictæ regulæ, quæ se extendit, nec quid mouere debet, quòd iura, quæ in causa intestati corriguntur, non sint in causa testati correcta, ex Bart. in l. 1. ff. de coniungen. cum eman. lib. glo. & Bart. in §. & quid si tantùm. l. gallus. de liber. & posthum. quia loquitur Bart. de extensione actiua, non de passiua. Nec obstat, quòd illa uerba (ab intestato) conditionem inferant, & quòd sumpto argumen-*

to à contrario sensu colligatur, quod facto testamento filiæ non excludantur argumentum enim eatenus procedit, quatenus ex testamento vocantur, tunc enim certè admitterentur, nec dicerentur exclusæ.

Addit aliud argumentum Idem Ruin. dicens sic. filiæ ab intestato exclusæ legitima non debetur, ut iam sepe repetitum est. Legitima uerò est tertia eius, quod ab intestato debetur. Cum nihil igitur ab intestato debeatur vigore statuti, nihil est, ad quod legitimæ referri mensura possit, qua ratione motum Angelum idem ait consuluisse in consi. suo Incip. statuto cauetur. 105. & Petrum de Anchar. in consi. 229. & Paulum de Castro consi. 232. & cons. 348. Et hanc certè sententiam verißimam existimo, nam, si statuentium mentem spectes, dum fœminas ab intestato excluserunt, & rationem eorũ, nulla profectò alia fuit, quàm hæc, ut filiæ eatenus Patri succedant tantùm, quatenus ipse Pater eas succedere velit, propterea q; eas ab intestato duntaxat excludit, ex testamento quidem eas non excludit, quia aduersus testatoris uoluntatem id esset. Non ergo debet ultra ipsius testatoris uoluntatem extendi, sicq; in eo tantùm permittere censetur succeßionem, in quo à testatore vocatæ sunt, quasi dixerit statutum si quid Pater filiæ reliquerit, id capere eam concedimus, si verò nihil sit relictum, exclusa ea sit, quo enim ad supplementum ipsum legitimæ, quod à patre non fuit relictum, satis censetur intestatus pater deceßisse & res ad intestati causam deducitur uerè & propriè loquendo, licet impropriè & fictè supplementum quoq; ipsũ videatur testamento relictum, ut olim diximus. statuta autem non dubium est in casibus ueris, & propriis, non fictis aut impropriis intelligi debere. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Deinde num cuiquam uideatur verisimile, statutum voluisse eas excludere, quando nihil eis relictum est, sed quando aliquid relictum est, addendum eis etiam esse ultra id, quod à Patre est relictum, & quasi ut dicitur in Euãgelio, Nihil habenti, quod habet, ac quod uidetur habere ei adimere, omnia autem habenti superaddere, quæ verba mysticum quendam alium sensũ recipiunt, vt apud diuini eloquii interpretes legitur. His igitur puto posse hanc sententiam intrepidè amplecti, contentum esse debere filiam eo, quod sibi à Patre relictum est, nec supplementum petere posse vsq; ad legitimam, cum statutum eam ab intestato succedere prohibet, quicquid aliis alter uisum sit.

87 *Non † ommittam breuißimè perstringere, an legata, uel fideicommissa ad*

pias causas facta legitimam diminuant, quæ quæstio tamen suprà uidetur obiter decisa, dum diximus fideicommissi etiam in piam causam facti onus de legitima reici, quemadmodum & cætera grauamina, sed quamuis tamen eadem ratione utraque quæstio terminetur, non omnino eadem est species, aliud est enim, quod fideicommissi grauamen de legitima reiiciatur, aliud, quod legitima per fideicommissum non minuatur, nam altera quæstio circa præsentia uersatur, quæ est nostra, altera superior circa futura, cum enim de imminutione agimus, præsentem imminutionem intelligimus, sed cum tractamus de restitutione fideicommissi, an tale onus apponi possit, de futura quoq; restitutione, puta cum morietur, vel, si sine liberis decesserit, uel alia conditione, aut temporis adiectione intelligi potest, nedum de præsenti restitutione facienda.

In vtraq; autem quæstione præmittendum est, quòd (ut aliàs quoq; dictum est) licet Ecclesia valde fauorabilis sit, multò tamen magis fauorem meretur liberorum legitima, glo. d. l. si quis ad declinandam supra de Episc. & cleri.

88 uer. simili modo. Abb. in c. cum esses. colum. 6. de testamen. † Hinc traditum est, quod, si liberorum portio legitima aliquo statuto, ad dimidiam, puta, aucta esset, quo statuto non motus quis filio suo tertiam tantùm reliquerit; residuum verò totum Ecclesiæ, non poterit tamen filius sua dimidia per statutum aucta hoc pretextu fraudari, quia portio trientem excedens, Ecclesiæ relicta sit, quod egregiè respondit Consultus Federic. de Senis in consi. 35. incip. statuto ciuitatis Perusinæ, in fin. quem refert & sequitur Felyn. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 27. num. 91. uersic. limitatur secundò dicta communis. extra, de constitut. qua ex decisione colligis, adeò legitimam esse Ecclesia fauorabiliorem, ut non solùm legitimæ à iure communi proditæ, sed etiam legitimæ à statuto auctæ hic fauor competat, quod ueluti rarum inuentu pronuntiatum est summopere annotandum. At caue, quia non de quacumq; causa pia loquimur, sed de Ecclesia tantùm, sed

89 & in reliquis causis piis fortè procedet, † salua causa libertatis, ea enim videtur fauorabilior esse legitima. l. Papinianus. §. quarta autem. vbi Castren. & Raphael Fulgos. in 3. not. ff. eo. Ias. in l. si fundum sub conditione. §. stichum. num. 6. colum. 2. in princ. de lega. 1. & in l. si cui legetur. §. hoc autem. colum. fin. eod. titul. de legat. primo. Decius. in .l. quoties dubia. de reg. iur.

Excepta autem libertatis causa (si modo ea excipienda est) legitima fauorabilior

bilior est quacumq; alia causa pia Dec.consi.495.nume. 28. Excepta uero legitima fauorabilior est quacumq, causa pia ipsis filiis. Dec. vbi supra, & consi.26. num.3.& de communi testatur Alber.Brun.in tracta.stat.uer.pia causa.Tiraquel.in l.si vmquam uer. donatione largitus. num. 326. infr. de reuocan.donat.& in tract.de priuileg.piæ causæ,in priuilegio 8.Neuiza. in fil.nup.lib.6.tit.quomodo iudicandum pro communi opinione,pagina mihi.
90 589.uersic. item limita ut procedat, † quamquam Decius idem in consil. 391. colum.fin. dixerit, liberorum causam piæ causæ indistinctè præferendã non solùm in legitima, quia (inquit ipse) iura absolutè dicunt, quòd hæreditas Patris debetur filiis instinctu naturæ.d.l.fin.ff.de bon. damna. & l. scripto hærede.ff.vnde liberi; Et quia (inquit) consilium Augustini in cap. quicunq; 17.quest.prima dicentis, potiorem esse debere causam filiorum, quàm Ecclesiæ, non est ad legitimam restringendum, quæ ex necessitate debetur, sed Augustinus de consilio loquitur, quicquid enim dixerit Decius, aliter se habet communis sententia, nec quem moueat, quod iura indistinctè dicant, Naturali iure. seu instinctu legitimam esse filiis debitam quia non proprie debitam esse diximus supra, nec quod Augustinus ex consilio loquatur, quod consilium in vniuersa hæreditate est intelligendum, nam respondeo, quòd si consulendo Augustinus loquitur,non est ergo ad iuris necessitatem trahendum, necessitas uerò in legitima ex iuris dispositione est deinde introducta.

Dicas igitur, nec legata, nec fideicommissa Ecclesiæ, alteriue causæ piæ facta posse filiorum legitimam diminuere. Docto.in d.l.si quis ad declinandam. Ruin.consi.140.num.11.lib.5.& idem Ruin.in consi.89.num 7.lib.3.ait hoc nullam prorsus dubitationem habere,quod verissimam est, quare nec ope repretium esse existimo amplius super hoc immorari.

91 Sed † an legitima eiusue petendæ ius, item supplementi ad hæredes transmittetur? an verò, cum persona extinguetur? Et certum est transmitti.l. quamquam. infr.ad leg.falcid.vbi glo.quod uerum est, etiam si agnita non fuisset per filium, & quidem ad quoscumq; hæredes transmittitur.M.Anto.Nata.in consi.199.num.5.lib.1.ut prius etiam dixerat Castren.in cons. 341.colum.2.lib.1.qui ait,hoc eatenus procedere,ut præferatur hæc legitimæ non agnitæ transmissio etiam iuri accrescendi, probatq. his rationibus legitimam etiam non agnitam transmitti, quia (inquit) cum existentia sui hæredis operetur, ut hæreditas Patris etiam non agnita transmittatur, quia

filius

stius immediatè post mortem patris est hæres, licet beneficio Prætoris abstinere possit. l. ex militari. §. fin. cum l. seq. ff. de milit. testamen. l. uentrem. ff. de acq. hæred. l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omis. cau. testam. nulla ratio est, cur idem non dicamus, ubi in legitima tantùm filius institutus est, neg ari enim non potest, in filium institutum in legitima sola continuari dominium, si quidem absurdum esset, relictum necessarium portionis debitæ peiori loco esse, quàm id, quod nulla necessitate iuris esset relictum, quãuis enim Iacobus Butrigarius crediderit, suum hæredem in legitima sola nõ dari, quia bonorum portio sit, non hæreditatis, dicaturq; ære alieno deducto, Existentia autem sui hæredis fauore patris inuenta est, ne sine hærede, qui à creditoribus conueniri possit, decedat, quod Institutio in legitima tantum facta beneficium præstare non potest; Ad hoc tamen respondet ibi Castren. quod, licet necessarius hæres Patri filius in legitima sola institutus dici non possit, non ideo tamen fit, quin suus dici possit, sui ipsius filii ratione, ut dominium in eum continuari possit. l. in suis. ff. de liber. & posthu. et certum esse debet, etiam in filium pro legitima sola institutum continuari dominium, ut diximus, hæc igitur sola ratio suitatis, licet nulla necessitatis ratio militet, satis ad transmittendam legitimam esse debet, quapropter rectè dictum, cõclusum, receptumq; à Doctoribus puto, legitimã etiã nõ agnitã ad quoscũq; hæredes per filiũ transmitti, cum in ea possit dici suus hæres, quod satis est, quãuis nõ sit necessarius, imò, cũ suus sit, cõsequens est, & necessariũ esse eũ, quia hæc sunt inseparabilia, &, quod legitimæ etiã non agnitæ, eiusue supplementi petendi ius ad hæredes etiam extraneos transmittatur, dixit Salycet. in l. scimus in princ. in 1. quest. infr. eod. vbi etiam Iason col. 1. & idem Ias. in l. emancipata. colum. 2. versi. eodem modo. infr. qui admitti. Alex. consi. 55. colum. 3. & in consi. 150. colum. fin. lib. 2. Dec. in cõs. 81. colum. 1. circa med. in consi. 303. in princ. & in consi. 218. colum. 2. num. 4. & consi. 238. colum. fin. in princ. & consi. 279. colum. pen. nu. 14. & in l. si maritus. num. 4. C. de collat. & Socin. in consi. 92. incip. circa primum versic. circa secundam dubitationem. lib. 1. Ripa in l. si umquam. q. 42. infr. de reuocan. donat. Paris. consi. 81. colum. 2. lib. 2. Crauet. consil. 142. num. 2. & consi. 312. colum. fin. in princ. num. 14. proceditque hoc etiam in Matre, nam & ipsa transmittit etiam ad extraneos. Crau. d. consil.
92 312. colum fin. in princ. † Ius tamen querelæ competentis ex l. hac edictali. infr. de secun. nupt. non transmittitur, ut dicit Craueta in suprà citato consi.

consi. 142. num. 2. quia ad liberos tantùm, non etiam ad extraneos hoc ius transmittitur, vt ibi dicit Crauet.

Non defuerunt quidem, qui opinati sint, nec legitimæ, supplementiue eius petendi ius ad hæredes transmitti, quia conclusio infra scribenda obstare videatur, quæ habet, triginta annis ius replendæ legitimæ auferri, nam si ad hæredes tale ius non agnitum transmitteretur, etiam nulla facta prius petitione (quod eo prouenire aiunt quia ipso iure talis repletio fieret) non possei triginta annorum spatio tolli, ad quod Rodric. Xuarez in d. l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni vers. 3. limita. col. antepenul. & nos paulò infra.

93 An verò confiscatione † bonorum legitima pariter amittatur, seu in patris præiudicium dicamus filio damnato legitimam fisco applicandam, seu paternis bonis publicatis, legitima pariter filii id iacturæ faciat, latè examinat Fabian. nume. 260. in quæst. 25. & nos in priore casu diximus supra, cum filius patre uiuente nullũ in legitima ius habeat; non posse legitimã eius in cõfiscatiõe includi, & fisco addici ex Baldo & Alberico in l. si qua pena. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Bar. Alex. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ff. de damno infecto Ruin. in cõsi. 149. nu. 13. lib. 3. & Dec. consi. 438. nu. 8. ait fiscum non posse legitimã nomine filii dãnati in ære & persona petere: in posteriore quoq; specie, dictum est suprà, iure cõmuni publicatis bonis paternis suam legitimam filiis serua ri, Authen. bona damnatorũ. vbi glos. inf. de Bon. proscri. atq; etiam quod postea nati sint filii. Bart. in l. 1. in fi. ff. de bon. damnat. cur. sen. consi. 1. nu. 3. cõtra tamen Tiraquel. in l. si ũquã de re uoc. donat. nu. 333. sed & extante statuto, ut bona publicentur, idem seruabitur, nã a iure communi interpretationem sumet statutũ. l. 2. infr. de noxal. actio. quod Fab. quinq; rationibus probat, nu. 260. & seq.

94 Questio † alia erit in hac materia, an legitimæ petendæ, uel supplementi ius præscribi possit, quantòue tempore, in qua Bart. in l. si quis filium. in fi. infr. eo. & in consi. 14. Incip. an ius agendi ad supplementum, quem sequitur Roman. in l. certi conditio. in prin. si cert. peta. scriptum reliquit, finiri hoc ius quinquennio. Contra quem tamen frequentiores pugnant Doctorum sententiæ, quod quinquennio tale ius non finiatur, sed triginta annis tãtùm, quemadmodum & cæteræ personales actiones. Angel. in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de in of. testam. & in l. certi condictio. in prĩ. ff. si cert. pet. Alex. in consil. 8. incip. visis subtilissimis dubitationibus. lib. 3. col. 4. nume. 15.

Corn.

Corn.in consil.275.incip.in hac videtur.col.2.circa med.lib. 3.Iason,qui latè hanc quæstionem disputat in d.l.si quis filium.col.2.& 3.post Bald.& Salycet.ibi.& idem Iason in d.l.certi condictio.in princ.col.2.Dec. consil. 303.in prin.M.Anto.Nata.in consil.156.nume.5.lib.1. Et certè rationes,quibus hæc sententia innititur,sunt validissimæ,siue enim legitimæ supplementum condictione ex lege peti dicamus, quod verissimum est, constat cõdictiones omnes personales esse, omnesq; actiones personales non minori spatio triginta annorum finiri l.2.sup.de const. pecun.l.sicut.l.omnes infr. de præscrip.30.annorum,siue petitione hæreditatis, illa pariter triginta annorum vitam uiuit.l.hæreditatis petitio.infr.de petit.hæred. quod fundamentum,meo iudicio tale est,ut concuti non possit,qua propter hoc contentus alia fundamenta missa facio, quæ adstruit ibi Salycet.nec quæ aduersus hãc sententiam iniiciuntur,eam propterea conuellere possunt,nam in primis textum in d.l.si quis filium,in quo Bartholus potissimum suæ sententiæ fundamentum locauit,euitare non difficile admodùm fuerit, si perpendatur,quidnam principaliter ea in lege decidatur,deciditur quippe ibi,querelã ẽt non agnitam,vel non præparatam ad liberos transmitti, hoc igitur est. ad quod ea verba(nisi pater adhuc superstes vel repudiauit querelam,vel quinquennio tacuit)referenda sunt, nempe ad querelam,nam quod de legitimæ supplemento ibi est dictum,incidenter obiterq; pronunciatum fuit,ac parenthesi figura includenda erant ea verba (nisi certa quantitas patri eius minor parte legitima relicta est,tunc enim secundùm nouellam nostri numinis constitutionem repletio quartæ partis nepoti superest, si quæ patri eius competebat)Ex quo sequetur,quòd verba subsequentia sint referenda ad id, quod principaliter agitur dumtaxat,non ad id,quod incidenter probatum est, & enunciatiuè.l.fin.§.titia.ff.de libera.lega.liberatio enim illa d.§.titia non pertinet ad Lucium Titium cõtutorem,sed ad publium Meuium dumtaxat, quia facta est mentio Lucii titii incidenter,cum sic testator dixisset. Rationẽ tutelæ meæ,quam egit P. Meuius cũ L.Titio ab eo reposci nolo, quem textũ in hoc perpendit Bart.ibi dicens,relationem ad id fieri, quod principaliter in oratione ponitur.Alex.in l.sicut 2.§.si a filio in fi.de leg.2.Ruin.cons. 136.nume.9.lib.3.quæ solutio a me cogitata fuerat, antequam uidissem eam ab vllo positam,sed vidi postmodùm allatam etiã per Ias.in d. l.si quis filium,& credo verissimam esse,nec immoror recensendis aliis solutionibus, quas refert,meritòq; confutat Iason ibi,ac,quæ hic scripsit Mãtua in fi.quæque

que dixit Alex.in consi.8.col.3.li.3. iuri aduersantur. Alii autē credide rūt,neq; triginta annis tale ius præscribi,hoc nēpe argumēto, quia repletio fiat ipso iure,qua propter nullam petitionem desiderari videatur,cui tamen rationi sic respondetur, quòd licet repletio fiat ipso iure,sic tamen fit, modò filius declaret,id se velle,glo. in l.scimus.in princ.infr.eod. vers.ipso iure Corn.in consi.126.nume.9.lib.2.& consil.170.num.19.lib.2.quæ solutio melior est ea,quā attulit Rodric.Xuar.in d.l.quoniā in prioribus,in declarat.legis regni vers.3.limita hanc legē.in fin. qui dicit, impossibile esse repletionem fieri quò ad acquisitionem effectualem, nisi petatur ius tamen integram legitimam petendi quinquennio tolli traditum est,vt ait idem Rodric.ubi sup.quod ait mirandum ex Angel.in §.1.in Authen.de Trien.& semis.vt deterioris conditionis ille sit, cui nihil relictum est, eo, cui aliquid sit relictum,tu tamen cogita,quo pacto possit is,cui,nihil relictum est, solam legitimam petere ex his,quæ alio loco diximus.

95 Addam nunc antequam paruo huic ædificio fastigium imponam, † legitimā alimentis interdum comparari, & pari modo in utrisq; statui; interdum & legitimam magis præcipuam esse, maioribusq; priuilegiis perfrui, Quandoque uero è contra magis præcipuam esse alimentorum quàm legitimæ causam.

Imprimis enim legitimam alimentis æquiparari hoc probatur, quòd ratione alimentorum, & in alimenta deberi dicitur legitima, ut ex text.in §.prohibemus.in Authen. de trien.& semis.in illis verbis(Si uult filiorum nō repente fame morientium,sed viuere valentium uocari Pater) loquitur enim ibi de legitima à Patre filiis relinquenda.

Sed tamen Abb.in c.Raynutius.de testamentis, negat argumentum à legitima ad alimenta validum esse, quem cæteri sequuntur, & confirmat Berous ibi num.221.infrascriptis enim argumentis alimentorum, quàm legitimæ potior causa censetur, nam alimenta filio uel Patri etiam à Patre viuente, uel filio debentur.l.si quis à liberis.ff.delibe.agnos. Cum legitima non nisi post mortem debeatur, ut diximus supra; Item legitima non debetur spuriis, & naturalibus,sed legitimis duntaxat,ut in Authen.de trien & semis.in prin. alimenta verò neq; ipsis spuriis deneganda sunt.c.cum haberet. Extra de eo qui dux.in vx.quam pol.per adul.d.l.si quis liberis.§.idem in liberis. Authen.non licet.C.de nat.libe.in Authen.ex complexu.cod.tit.de incest.nup. quod etiam in filiis natis ex incestu procedere ex iuris Pontificii dispositio-

ne receptißimum est; sed non ita certum est de iure ciuili, an spuriis alimẽta sint suppeditanda etiam ex coitu minimè incestuoso natis, nam ex incestu progenitos utiq; ius ciuile prorsus expellit, & ab omni alimentorum spe exturbat. d. Authen. ex complexu. Coarru. in d. c. Raynutius cap. 8. num. 6. qui Coarrui. subdit, rigidam nimis eam constitutionem esse, quæ nec alimenta filiis ex incestu & nefario coitu ortis permittit, proptereaque Pontificiam Constitutionem uti magis æquam & benignam etiam in foro Cæsareo esse seruandam ex Glo. Car. & Abbate in d. c. cum haberet. Ab. in consil. 115. & consi. 150. lib. 2. Aret. insti. de iure natur. in princ. colum. ult. Deci. in cap. clerici. de iudic. colum. 2. Ripa in rub. de verb. oblig. in fin. & in l. si vnquã C. de reuoc. donat. q. 27. Alcia. lib. 4. parer. cap. 5. et aliis quampluribus ab eo citatis, & adeò quidem spuriis alimenta debentur, ut etiam aduersus Patris uoluntatem ea prestari in testamento probibentis nihilominus suppeditari ea oporteat. Bald. in d. l. id quod Pauperibus. C. de episc. & cle. uers. ultimò quaro. Coarru. ubi supra num. 5. uersi. quinto infero; quare vides, quanto maiore priuilegio in hac specie perfruantur alimenta, quàm legitima. Adde etiam, quòd alimentorum causa pia censetur, diebusq; feriatis agi potest, quod in legitima seruari non videmus. Alex. & alii. in l. 1. ff. solut. matrim. l. si quis in suo. vbi Bald. & Ias. inf. eo. Item recepta est Doctorum sententia, filiam quæ à statuto excluditur, licet à legitima quoq; semota censeatur, non tamen sic exclusam esse, quin alimenta consequi ualeat, quod alias dixisse nos meminimus.

Rursus legitimæ potior censetur, quàm alimentorum causa, quia alimenta non debentur ei, qui se alere potest. l. si quis a liberis. §. sed & si quis. & §. seq. ff. de li. agno. legitima vero æque diuiti ac pauperi debetur. l. scimus §. repletionem infr. eo. ar. l. fi. infr. de do. promiss. item morte filii obligatio cessat alẽdi eius, & tamen legitima ad hæredes transmittitur, vt olim diximus, Item alimenta incerta sunt, nec eodẽ modo semp. sed iudicis arbitrio taxãtur; legitimam verò certam esse satis superq; constat. l. cum alimenta. ff. de alim. & cib. legat. dict. l. si quis a liberis. Berous in d. c. Raynutius. nu. 221. meritò Corn. in cons. 150. nu. 12. li. 2. & in cons. 1. nume. 13. li. 4. dicit, nusquam probari lege, alimentorum loco legitimam succedere, & quamuis tex. in d. §. probibemus hoc supponere videatur, non necessariò tamen hoc probat; Potest quidem legitima alimentorum necessitati occurrere, sed non tamen ea inter se comparari, & similima esse dicendum est; immò Corne. in dict. consil.

consil. 1. dicit, in pluribs differre, quàm inter se conferre, quod verum est Idemq; dicit Rodric. in d. l. quoniam in prioribus, in declaratione ad l. Regni in 2. limita. nume. 12. & sequen. & præter supradicta proximè hæc quoque subiici possunt, vt ecce, pro alimentis futuris transigi non potest in testamento, vel codicillis relictis. l. cum hi. ff. de transac. l. de alimentis. vbi fran. tigri. C. eo. de transac. qua ratione traditum est, nec super pensione alimentorum causa constituta interpositam transactionem ualere, & sine prælati authoritate remitti non posse. Hieron. Gig. in tractat. pensionum, quæst. 45. col. 2. nume. 9. Et, quamuis aliquo casu prohibitus esset quis legata relinquere, non tamen prohibitus censeretur in alimenta relinquere, ut dicit text. l. seruos. ff. de alimen. & cib. leg. Cuma. consi. 30. Ab consil. 27. col. fi. Alex. in l. 1. col. 8. de lega. 1. quæ tamen priuilegia legitimæ concessa non reperiuntur, & de priuilegiis alimentorum vide Cremē. in consi. 30. col. 1. & 2. & fran. tigri. in d. l. de alimentis Boss. in tit. de alimen. præstan. vxor. in pract. crimina. qui ait, quod Constitutio quæ facta bonorum Paternorum publicatione filiis suam legitimam seruat, longè magis eis alimenta seruare creditur, quamuis id non expresserit, quia alimenta magis debita sunt, nec vllo statuto aut pacto tolli possunt, additq;, Decretum seruans solā filiis legitimam de publicatiōe bonorū, intelligendū esse, modò legitima filiis alendis sufficiat, qua non sufficiente omnia bona eis filiis permittenda esse.

Contrà verò legitima hoc vtitur fauore, quòd, si quis eam soluere usque ad sententiam distulerit, duplam eam reddere cogeretur. l. si quis in suo. infr. eo. iuxta Bartholi intellectum, sed ex Iasonis sensu & aliorum, in pœna tertii pluris condemnabitur, quod tamen sic in alimentis non fuit expressum, quāuis alimentorum causa pia esse perhibeatur. l. Mela. §. 1. vers. sed & si generaliter pubertas. ff. de alimen. leg. & contumax soluendis legatis in piam causam factis in duplum mulctetur. §. item mixta est. inst. de action. His adde, quòd nullus ambigit, quin donatio a Patre facta filio in potestate alimentorum causa non valeat. Gl. & Bal. in l. 2. inf. de inof. donat. quāuis alioqui nullo iure viuente patre alimenta filio debeantur. At magna inter Doctores altercatio est, an legitimæ causa filio in potestate per patrem Donata valeant, cum hanc donationem valere dixerit Angel. per illum tex. in l. si non mortis causa. ff. de donat. cau. mor. Ias. in l. frater a fratre in 7. lim. nu. 44. in prima lect. sed nu. 27. in repet. & ibi etiam mantua. nume. 356. Paris. consil. 16. nu. 35. lib. 2. Rodric. Xuarez. in l. quoniam in prioribus, in prin. num. 4.

nu.4.infr.eo,& ante hos omnes, Bald.in l.cum oportet. §.non autem. infr. de Bo.quæ liber. sed è diametro repugnant, & aduersantur. Aretin.in l. placet nu.4.ff.de acq. hæred.Dec.consil.86.nume.8.Ferdin. Loaz. in l.filiusfam.§.Diui,nume.75.de leg.1.nonnulli uero concedunt quidem ualere donationem filio in potestate a patre in legitimæ causam factam, sed reuocari tam ab eodem patre posse,qua de re vide Petrum Duennam in reg. 223.vers.5.fallit.Tu verò aduerte,nam videtur prima facie quædam quasi repugnantia in hac quæstione resultare, cum certa sit conclusio,Donationes illas,quæ a patre factæ filio in potestate factæ valent, in legitimam imputandas non esse, de quo latè suprà: quo pacto igitur verum erit,Donationem legitimæ causa factam tenere,nam si tenebit,validaq; erit donatio, in legitimæ rationem non ponetur,sed responde,donationem a patre factam filio,etiam vbi ualida est,tunc legitimæ imputari,cum pater hanc legem donationi dixit,ut imputetur,quæ lex non potuit clarius dici, quàm vbi donatur in legitimæ causam.Vides itaq; ex his,quanti intersit inter alimenta,& legitimam.Sed hæc priuilegiorum,quæ alimentis conceduntur,materia,& de scriminum,quæ inter alimenta & legitimam intercedunt fusiorem explicationem desideraret,quod nõ est ex negocii præsentis ꝓposito.quapropter hæc satis fuerit breuiter delibasse. Quid uerò dicemus maiori fauore dignũ legibus censeri,Dotemne,an legitimã,nam,quod magis præcipua dotis causa, quàm legitimæ sit,eo suaderi videtur,quòd publicatis bonis paternis ob lesæ Maiestatis crimen, Dos seruatur, cum legitima tamen seruari non possit, l.quisquis.§.vxores.infr.ad l.Iul. Maiesta.Angel. in consil. 307.Lauden. in tract.de Principe. in tit. de Crim.lesæ Maiest. cap.2.Boss.in sua pract. Crim.eo.tit.de crim.lesæ Maiest. nume. 134. quod pariter in crimine lesæ Maiestatis Diuinæ,id est,in hæresis crimine procedit.c.decreuit. vbi glo.de hæret. in 6.& ibi doct. Alex.in l.si constante.ff.sol. matr. Carrer.in pract. crim.tit de hæret.nu.31.& 32.Caueas tamen,quia vxoribus quidem virorum crimine lesæ Maiestatis damnatorum dotes suæ saluæ, integræq; manent,non tamen eorum filiabus dotes constituuntur,sed Alimentorum causa tantùm aliquid conceditur, idq; ea ratione, quòd sexum fœmineum similia facinora non ausurum præsumatur.d.l.quisquis.§.ad filias, quare videtur,hoc non dotis priuilegio, sed sexus infirmitati condonari, nam si dotis priuilegio hoc statutum esset, filiæ quoq; suas dotes seruarent, non vxores solùm,nisi dixeris,uxoribus quidem seruari, tum quia dotes iam constitutæ

formateq;

formata, q; sunt, atq; alterius in praiudicium id vergeret, sed filiabus nondū constitutas dotes supponimus.

Item certum est, valere donationem filiæ a patre factam ex dotis causa, l. Pomponius Philadelfus. ff. fam. her. glo. in l. 2. infr. de inof. dona. Bart. in l. frater a fratre in vlt. quæstio. vbi etiam Ias. ff. de cond. indeb. Ias. in R. sol. matrim. col. pe. in fi. Dec. consil. 414. nume. 13. Socin. in reg. 103. vers. fallit fauore dotis, nume. 6. cum sim. & tamen vtrùm valeat donatio in legitimæ causam facta, diximus suprà controuersiam magnam inter Doctores verti. Sed quia nimiùm euagarer, si priuilegia Dotium cum priuilegiis legitimæ singula conferre vellem, missa facio, non tamen errabit, quisquis dixerit, nō posse a dote ad legitimam argumentum sumi, quemadmodum nec à causis reliquis piis, nec a studiorū causa, ut Euerar. ait quãuis Ias. in R. sol. matr. col. pen. dixerit bonum esse argumentum a dote filiæ ad legitimam filii, quãuis dotem legitimæ loco succedere dicatur, Bart. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. & demonst.

SVMMARIVM.

1 *Legitima qua actione petatur.*
2 *Legitimæ supplementum, an petatur actione ex testamento.*
3 *Legitima ab intestato non detrahitur.*
4 *Legitima per filium hæredem uniuersaliter institutum quomodo & quando detrahatur.*
5 *Libellus ualet quo petitur legitima non expressa quantitate.*
6 *Libellus valet, quo petitur Legitimam restitui.*

1 Q*Værendū † est nunc ex professo, qua actione legitima peti possit; de quo suprà aliquid obiter nos dixisse meminimus, Dico igitur tribus actionibus peti legitimam posse, videlicet, petitione hæreditatis, familiæ herciscundæ, condictione ex lege, Bald. l. non est: infr. famil. hercisc. in l. si quis in suo, num. 4. infr. eod. in l. Pater filium. in prima quæst. ff. de inof. testam. Bart. in l. si à milite. §. Patri. ff. de mil. testam. Nata consil. 156. num. 5. Craueta consil. 112. col.*

colum.pen. circa med. uersi. sed præmissis, qui dicit, peti actione ex testamento.

Sed distingue tu, an legitima integra sit in testamento relicta, an non. nã si in testamento sit relicta, non dubium est competere ad eam ex testamento actionem, competet etiam petitio hæreditatis, & familiæ herciscundæ, quemadmodum dixit Bald. in d.l.non est.fam.herciscun. & in l. si quis in suo. Si verò minor pars Legitima relicta sit, competere quidem condi-
2 ctionem ex lege certum est.l.omnimodo.infr.eo. † sed an competat actio ex testamento, ambigi potest, videtur enim competere, quasi plus dictum sit, quàm scriptum, de quo tamen suprà à nobis traditum est, in princip. huius
3 commentarii. † Si nihil filio relictum in testamento sit, non erit, quod de legitima agatur, quia testamentum præteritione irritato, res ad intestati causam deducitur, quapropter de uniuersa hæreditate non de legitima aget filius, quod pariter locum habebit, si nullum factum sit testamentum, quibus-
4 dã casibus exceptis, vt supra in principio diximus. † Si verò institutus quidẽ uniuersalis hæres filius fuisset, sed de legitimæ deductione idcirco ageretur, quia legatis vel fideicommissis supra modum grauatus esset, ipse autem filius hæreditatem possideret, per retentionem legitimam suam consequeretur, si alius autem hæreditatem haberet, non legitimam solam, sed totam hæreditatem, uel actione ex testamento, uel petitione hereditatis nancisceretur, nam de manu ipsius legata vel fideicommissa capienda essent.

Quòd si filius exhæredatus sit causa legitima inserta, quæ probari nequiuerit per hæredem, quo solo casu traditum est hodie querelam competere, querela quidem inofficiosi testamentum rescindetur, est enim hoc remedium rescindens, sed petitione hæreditatis, tota hæreditas auferretur, quod est rescissorium remedium: quare hoc casu non de legitima sola, sed de tota hæreditate agetur.

Illudq; non est prætermittendum, quod alio loco supra à nobis edoctum oppor-
5 tunè hic cadit, † valere libellũ, quo simpliciter legitima petatur nulla re uel quantitate expressa, nec ratione generalitatis, aut incertitudinis vitiari, quia quota à iure certa est, quantitatis verò certitudo in potestate petentis non est. Bald. post Innocen. in c. conquerente. colum. fin. de offic. ordin. Ias. in Rub. ff. solu. matri. colum. pen. ad fin. versi. & ultra scripta omnium, ac tantò magis procedet libellus, quo petat quis sibi tertiam, vel dimidiã partem pro legitima adiudicari, sententiaq; eo modo lata ualebit, in execu-

tione

tione autem sententia liquidabitur, ex quibus bonis legitima sit deducenda Fabia. hic. num. 77. ex glo. Bart. et Ang. in. l. 1. ff. de edendo. Innoc. in cap. conquerente. de offic. ordin. in c. tanta de excess. Prælat. in c. certificari. de
6 sepul. Bart. in l. ait prætor. §. 1. de re iudi. † Item valet libellus, quo petat quis sibi legitimam restitui. Bald. per illum text. in d. l. si quis in suo, in 3. no. infr. eod. quia illud verbum (restituere) actum facti, non modum succedendi significat, quapropter nihil refert (inquit) quòd legitima hodie iure directo, non per fideicommissum debeatur, sequitur Fabian. hic. nume. 55. qui tamen Fabian. in eo fallitur, dum credit inutilem esse hãc inspectionem, quanam actione petatur legitima, quamuis enim formulæ actionum hodie non sint conceptis verbis proponendæ, tamen diuersæ concludendi formæ sunt, & factum proponendi, plurimumq; refert cognoscere, quæ actio intentetur, vt sciamus, an sit bonæ fidei, an stricti iuris, nec rectè posset formari libellus, nec sententia, nisi cognito, quæ actio competat, Abb. c. tua nobis. nu. 11. de decim.

SVMMARIVM.

1 Filius qui suam legitimam Patre viuente dissipauit, an denuo sibi assignari petere possit.
2 Rebus in legitimam datis euictione amissis aliæ res in legitimam dandæ sunt.
3 Legitimæ rebus viuente Patre casu fortuito amissis aliæ dantur.
4 Legitima per filium luxuriosè uiuentem amissa, alia non constituetur.
5 Legitima licet denuò constituenda nõ sit filio, qui eam luxuriosè consumpsit, non tamen alimenta denegari poterunt.
6 Alimenta, quæ filio ob legitimam luxuriosè consumptam præstanda sunt, ad hæredes non transmittuntur, sed personalia sunt.
7 Alimenta, quæ suppeditantur filio per statutum à legitima excluso an transmittantur ad hæredes.
8 Alimenta, quæ præstantur filio, qui legitimam suam malè prodegit, qualia esse oporteat.

Potest

1 Potest preterea † nō ab re quæri, quid si filius suam à Patre viuente legitimam portionem acceperit, eiusq; iacturam fecerit, an sit ei denuò legitima constituenda: Qua in re distinguendum videtur, an luxuriosè pteruèq; uiuendo ludis comessationibus & meretriciis eam abligurierit more illius prodigi filii, an uerò citra culpam suam, sed fato iniquo, & fortuna aduersa, puta incendio, naufragio, ruina, rapinis, hostium incursionibus, furtis, similibusue casibus eam calamitatem tulerit, vel lite mota res in legitimam aßignatæ ei euictæ ablatæq; sint, Nam, vt ab ultimo casu, ordine retrogrado incipiam, si euictione res in legitimam datas filius amiserit, decisum est lege, constituendam esse iterum legitimam l. scimus. in princ. infr. eod. etiam si post mortem Patris euictio sequuta sit: data enim non videtur res, quæ ablata fuit, l. si pro parte. §. uersum. ff. de in rem verso, & idem, si falcidia minutæ essent, ut ibi dicitur, nisi tamen euictio culpa ipsius filii sequuta esset, ut dicit Bald. in d. l. scimus arg. l. si per imprudentiam. ff. de euic. sic † si res Patre viuente in legitimam filio traditæ, ipso Patre
2 viuente aliquo fortuito casu perierint, puta Domus incendio consumpta, secus tamen, si post mortem Patris consumpta esset. l. si Patronus ex debita. §. 1. ff. de Bon. liber. Bald. in d. l. scimus. colum. 4. versi tertiò quæritur nu. 10.
3 infr. eod. Fabian. hic num. 265. q. 26. † Vbi verò ineptiis suis veluti ludis, meretricando aliisue luxuriis eam prodegisset, non posset amplius filius consequi à Patre, ut legitima iterum constituatur. Bart. in l. si cum dotem. §. 1. solut. matr. Bald. & alii. in Authen. contra rogatus infr. ad Trebel. & idem Bald. in Authen. Si captiui. supra de Episcop. & cleri. Fabi. hic. nume. 265.
4 † Quo tamen casu, nō videtur propterea Patrem immunem esse ab onere alimenta suppeditandi filio Bald. in d. l. scimus. colum. pen. versicul. sexto quero num. 11. per text. in l. libertus. qui operarum. ff. de oper. lib. ubi Iacob. de Arena. & l. Imperator. in fin. ff. ad Trebel. sequitur Fabian. d. nume. 165.
5 in fi. † Et in his quidem alimētis nullus ambigendi locus superest, an ad hæredes transmittantur, personalia enim hæc sunt, imò potius (vt ita dicam)
6 personalißima, quare non transmittuntur † quamuis alioqui alimenta, quæ filiis loco legitimæ, qua exclusi sunt lege municipali, aut alia ratione, dari oportet, ad hæredes transmitti, aliqui censuerint, Rodricus Xuarez in l. 9. tit. 6. lib. 3. fori. 2. lim. num. 17. quem refert Dida.. Coarru. in cap. 8. 2. par. epitomen. num. 15. cuius tamen sententia aduersatur sententiæ Baldi. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. qui simpliciter censuit, alimēta, quæ filiis legitimis

gitimis præstanda sunt uice legitimæ qua à lege municipali priuati sunt, ad hæredes transire, quod militare certius credendum est in his alimentis, quæ filio consumpta legitima suggeruntur.

8 Nec † crederẽ hoc casu alimenta hæc omnino pro dignitate familiæ, & Patris constituenda esse, sed satis fore arbitror, si talia alimẽta ministrentur, quæ subsidio vitæ satis sint, ne frigus vel inedia eos absumat, aut paulò lautiora, si paternæ opes sufficiant, quemadmodum de spuriis alendis ex iuris Pontificii constitutione dicitur. d. c. cum haberet. de eo qui dux. in matrim. contra dispositionem Cæsaream, in Authen. ex complexu. infr. de natural. liber. & vide Didacum vbi supra num. 3. Cuius etiam Didaci sententiam illam huc transfero dum censuit, spuriis alimenta à nobili in Ptochotrophio prestari nõ oportere, nam & idem crederem, etsi legitimam suam dilapidasset filius legitimus. Caueant igitur filii, ne luxuriosæ cuiusdam licentiæ cupiditate more illius prodigi partem suam absumant, sperantes fortè alimenta sibi non defutura e domo Patris, cum non alimenta familiæ, & dignitati congrua, sed ea, quibus uitam potius cum pudore trahere, quàm uiuere possint, consecuturi sint, neq; enim vitulus saginatus illis semper apparatus erit: quamuis enim Paterna pietas numquam deficere possit, non tamen id periculi facere tutum est, frangitur enim sepe crebris irritationibus patientia, sed & Parentes ipsos monitos uolo, ut pudore, & liberalitate Christiana, optimisque exemplis (quod plurimùm interest) filios in officio contineant, meminerintque, se Patres esse, & Patrem nostrum cœlestem imitentur, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, nec omnem rigorem in filios exercere pium esse duco.

SVMMARIVM.

1 Legitima per statutum aucta an habeat priuilegia Legitimæ communis.

2 Legitimæ supplementum an peti possit, si pater minus legitima reliquerit, & plus petere prohibuerit, & num. 5.

3 Legitima capitur contra uoluntatem testatoris, quando plus peti prohibuit.

4 L. hac edictali, an intelligatur, quòd possit usq; ad legitimam percipi.

5 Legitimæ supplementum an contra voluntatem Patris peti possit.

6 Remedium petendi supplementum Legitimæ, cuius fauore sit introductum.

7 *Supplementum Legitimæ an detur etiam parentibus & aliis præter filios.*
8 *Turpi instituta persona an frater possit querelare, etiam quòd legitimam habuerit.*

1 *Queri etiã potest, † an legitima aucta per legem municipalẽ iisdẽ priuilegiis, quibus legitima a iure communi prodita, perfruatur, & traditum est, omnibus perfrui, quia lex municipalis interpretationem passiuam à iure communi extensionemque recipit. l. 1. §. item si lex. vbi Bart. ff. ad l. falcid. Bart. in l. omnes populi ff. de iust. & iure. Fabia. hic, qui citat Calderin. in consi. 14. de constit. & in consil. 32. tit. de testamen. quare & supradiximus, legitimã filiorum ecclesia fauorabiliorem esse etiam in augmento a lege municipali prodito, puta, si statutum liberorum legitimam ad semissem auxerit ex Feder. de Sen. in consi. 35. incip. statuto ciuitatis Perusii Felino. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 91. de constitut. & quod legitima a statuto aucta habeat omnes qualitates legitimæ iuris communis tradit etiam Fabian. hic. in quæst. 11. numero 53. qui & citat Calderin. in consil. 32. titulo de testamen.*

Videndum est etiam aliquid separatim de supplemento legitimæ an. scz. eodem iure cum legitima, & an cum querela vtatur, & quomodo, aut qua forma petatur, nam & si aliquando mixtim de eo supra egerimus, opportunius tamen credo nos facturos, si aliqua simul in vnam doctrinam hic collegerimus.

2 *Ac primo sciendũ est, † queri solere, vtrùm, si pater minus legitima filio in testamento reliquerit, ac prohibuerit ipsum filium plus petere, an idcirco testamentum ualiturum sit & an possit nihilominus filius repleri sibi legitimam consequi, an verò testamentum sit irritum futurum. & Bart. quidem in consi. suo 177. incip. Mathiolus colum. 1. cum in partem alteram disputasset prius, tandem concludit, institutionem hanc non valere, propriereaque testamentum irritum fieri, nam & si in re certa institutus loco vniuersalis hæredis sit, si cohæres ei datus non fuerit. l. 1. §. si ex fundo. l. ex facto. ff. de hæred. inst. l. quoties. C. eod. tit. de hær. inst. id tamen intelligendum est, nisi testatoris voluntas manifestè refragetur. l. quoties. §. si duo. ff. de hæredib. instit. quapropter cum de manifesta Patris voluntate constet, qui expressè plus peti prohibuit, dici non potest, uideri ipsum filium uniuersaliter institutum*

tutum, sicq; sequitur, ut institutio uitietur, atque irritetur Bart. in d. l. quoties. §. si duo. ff. de hæredib. instituen. Verùm in l. si adulta. C. de acq. hæred. & in l. omnimodo. inf. eod. & Ang. in d. l. quoties. §. si duo. de heredib. instituen. opinantur; non propterea irritum fieri testamentum, quia clausula illa pro non adiecta habetur, deq; legitima reiicitur, ex Bart. in l. 1. ff. de his quæ pœnæ nom. proptereaq; testamentum quidem sustineri, sed supplementum legitimæ peti posse, Bartholi tamen opinionem sequitur Corn. consi. 118. incip. Ante omnia. lib. 1. Mathesillan. in sing. 158. incip. nota ꝙ si Pater sed pro alia opinione contra Bart. est text. in §. cæterum. in Authen. vt cum de appel. cogno. ibi, etiam si certis reb. iussi fu. Rodric. vbi supra in euidential. num. 14. & 15.

3 *Illud † certè oēs admittunt, quòd quamuis alioqui ambigi posset, vtrùm legitimæ supplementum ex testatoris voluntate videatur prouenire, nã, ut alias diximus, alii existimarunt testatoris uoluntati non repugnare, sed uideri minus scriptum. quàm dictum. Bart. in l. humanitatis. C. de impub. in l. ex facto. ff. de vulgari. Ruin. consi. 42. num. 3. lib. 3. et alii supra citati, vbi tamen expresse prohibuit testator amplius peti eo, quod ipse testamento reliquit, nemo non consentit repletionem tunc aduersus testatoris uoluntatem fieri, Stefan. Bertrand. in repetit. l. hac edictali. in 1. q. uersicu. ita tamen. infr. de secun. nupt. Craueta. consi. 193. num. 12. quin etiam magis frequentibus calculis receptum videtur, ut etiam nulla facta probibitione de non petendo plus, supplementum tamen contra testatoris uoluntatem peti videatur, aut saltem præter uoluntatem, ut ait Corn. in consi. 302. lib. 3. nu. 3.*

4 *& consi. 118. lib. 2. † quæ quidẽ inspectio nõ paruũ prebet argumẽtum illi questioni, an l. hac edictali, quæ prohibet virũ plus relinquere uxori, quã qđ minimũ vni ex filiis primi matrimonii reliquerit, ita sit intelligenda, ut usq; ad legitimam relinquere permittat, quia, etsi minus legitima uni ex filiis reliquisset, ad legitimam tamen usq; supplendum esset, quasi id quoq; dictum fuisset, licet non esset scriptum, quapropter huius questionis decisio ex eo pendere videtur, an omnino hæc repletio facta ex mente testatoris videatur, ita quòd vxor superstes dicere possit, legitimam filio esse relictam, ideoq; nec minus legitima sibi deberi ex dicta lege hac edictali, & quidem, si testator filium minimè plus petere probibuerit, hoc casu frequentissimi Doctores opinantur, posse usq; ad legitimã uxori relinqui, quasi & filio uideatur legitima testamento relicta cum à lege suppleatur, sic dixit Baldus in d. l.*

hac edictali.in princ.colum.1.num.8.in versi.ita tamen. sequuntur quamplurimi alii.videlicet, Aretin.in l.ex facto.ff.de vulg.Dec. in l. 2. colum. fin.infr.de instit.& subst.& in l.fin.num.24.infr.de edicto Diui Hadr. tol. & in consi.235.colum.pen. ad fin.versi. nam primo non obstat, & consil. 407.num.16.Crau. consi.40.num.9.& consi.142.nu.5. qui plures alios citat, atq; inter cæteros Io.de Anan.consi.67.qui tamen prius citatus fuerat à Decio in locis supra adductis. & certè omni ratione & lege inniti uidetur hæc opinio, cum & eadem ipsa. l.hac edictali hoc suadeat, quæ in

5 consideratione habuit, quòd ad legitimam † usq; relinqui sufficiat, quamuis Corneus non satis constans sibi fuerit in hoc articulo, quod ipsemet fatetur in consi.33.in consi.118.col.fin.lib.1.& in consi.51.col.fi.lib.4. & refert.Crau.in d.consi.193.nu.12.& consi.194. Magis dubia est questio, an idem sit dicendum, vbi Pater expressè filio prohibuerit, ne plus petat, quàm ei relictum sit testamento, quo casu dictum est secundũ aliquorum opinionem, testamentum nullum irritumque fieri, ac secundùm aliorum opinionem repletionem ad legitimam usq; peti posse, quo in articulo Stefan. Bertrandi in d.l.hac edictali.in prima quest.nos ita tamen, tenet, quòd si testator relinquens minus Legitima filio prohibuerit eum plus petere, uel vsus sit dictione taxatiua, quia tunc supplementum capitur contra uoluntatem testatoris, non possit nouercæ plus relinqui, quàm illi filio ex primo matrimonio sit relictum, quamuis infra legitimam sit, nec supplementi ratio haberi debeat, sequitur Craueta consi.193.col.pe.in princ.nu. 12. qui etiã allegat Nicol.Arelat.& Io.Garron.& alios, si tamen admitteretur supradicta Bartholi sententia, ꝙ tali prohibitione plus petendi apposita irritum fieret testamentum, frustra ageretur fortassis de hoc articulo, an nouerca posset capere usque ad Legitimam tamquam repletam ex testatoris uoluntate.

6 Non etiam erit ab re inspicere, † an remedium proditum agendi ad Legitimæ supplementum filii fauorem, an potius filii odium, hæredis autem fauorem concernat. Et prima quidem facie uidetur hæredis fauore, & testamenti sustinendi causa inductum esse, nam filiorum causa inductum videri non potest, quia utilius eis fuisset testamentum subuerti, quàm sustineri, quippe testamento subuerso non solùm legitimam, sed uniuersam hæreditatem sibi ab intestato debitam perciperent. Text. tamen in d.l.omnimodo.principaliter sustinendorum testamentorum causa, sed secundariò etiã

in

in fauorem legitimæ filiorum inductum ait, in illis verbis (tam mortuis consuluisse, quàm liberis eorum) & quæ sequuntur, quem textum hoc modo perpendit Bald. in l. illud in prin. C. de collat. at, qui nullum filiorum fauorem credunt hic verti, ut Castren. in d. l. omnimodo. supradictis uerbis sic respondent, illis verbis minimè dici fauorem hunc filiorum esse. sed hoc quidem dici, consuli ipsis, consulitur quidem ipsis, dum prospicitur, ne sua legitima priuentur, Rodric. Xuarez. in d. l. quoniam in prioribus. in euidentialibus. nu. 10. 7 † *Sed an supplementum Legitimæ ex. d. l. omnimodo. æquè dabitur parentibus, et fratribus, aliisq; personis, quibus Legitima competit, atq; filiis datur? Responde, illis quoq; competere ius petendi supplementum. Gl. in d. l. Omnimodo, per illum text. ibi, uel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat, Paulus tamen Castren. post Gulielmum de Cuneo. in .l. fratres. infr. eo. senserunt. fratrem exhæredatum turpi instituta persona, posse testamentum querela inofficiosi rescindere, quamuis aliquid sibi relictum esset minus Legitima, & idem Castr. in d. l. omnimodo, per text. in d. l. Panthonius. ff. si quis à parente fuerit manu.* 8 † *quinimò Castren. ibi, aliud dicit medius fidius multum notabile: quòd scilicet frater, etiam si tota integraq; Legitima ei relicta fuisset turpi instituta persona, posset tamen quærelam intentare, & testamentum penitus euertere, totamq; hereditatem consequi, idem tenet Salycet in d. l. fratres. infr. eo. in 3. quest. post Baldum ibi & Ias. in d. l. omnimodo. & in d. l. fratres. quòd scilicet non supplementum ad legitimam, sed quærela ad rescindendum testamentum fratri competat, ubi turpis persona instituta sit. Ego tamen sententiam Glossæ recitatam supra ad. l. omnimodo magis veram existimo, ut scilicet, usquoq; supplemẽtum petere debeat, non querelam intentare, quam sententiam Rodric. Xuarez defendit in .d. l. quoniã in prioribus. in euident. nu. 12. & 13. Ideq; Castr. in d. l. omnimodo, quod supra diximus in fratre, qui persona turpi instituta exhæredatus sit, etiam in filio locum habere, ait, nam etsi aliquid ei relictum esset pro sua legitima, non idcirco tamen teneretur petere supplemẽtum Legitimæ, sed quærela ad rescindendum testamentum danda foret, totamq; hæreditatem consequeretur, idq; ex præallegata. l. Panthonius. ff. si quis à paren. fu. manumis. Contrarium tamen dixit Bald. in d. l. fratres. infr. eo. affirmans nusquam gentium legem reperiri disponentem, quòd persona turpi hærede instituta filius, cui minus Legitima relictum sit, possit relicto remedio petendi supplementi per querelam totum testamentum impugnare, & totam hæreditatem auocare*

care, sensitq; hoc etiam Accurs. in d. l. Panthonius, versi. constitutæ, sequitur etiam Rodric. ubi supra nu. 15. hincq; posteriorem opinionem veriorem credo, nam pro priore opinione illud tantùm militare video, quod personæ institutæ infamia, & odium hoc operari debent, ut tota hæreditas ab eo auferratur, nedum Legitima, item quia in d. l. Panthonius, filius emancipatus à Patre exheredatus vel preteritus, quamuis alioqui legitimam solam petere possit, turpi tamen persona instituta, testamentum penitus euertit, quæ quidem mouere non debent, nam primùm, quod personæ institutæ odium hoc operari debeat, nusquam dictum aliqua lege reperitur, neq; enim d. l. Pantonius hoc dicit, in terminis istis, cum de sustinendo testamento agitur, quare videtur, quod. l. omnimodo generaliter loquens hanc restrictionem non admittat, non videtur ergo, quod iure defendi possit prædicta opinio Castrensis, quamuis ratione certe non careat saltem in filio, cur enim verisimile videatur, voluisse conditorem legis turpi infamiq; personæ magis fauere, quã filio, ut ipse quidem filius solam Legitimam habeat, ille totam hæreditatem, non credo, quòd si Iurisconsultus de hoc fuisset interrogatus, hoc admittere uoluisset, arg. in l. tale pactum. versi. per exceptionem. in fin. ff. de pact. cur. n. vellet quis hanc dispositionem sustineri, quæ ab homine non satis sano facta sit, dementia quidem hinc dignoscitur, quod infamem turpemq; personam filio proprio præferre non dubitarit, arg. tex. in l. quidam in suo. vbi glo. ver. Laudandus. ff. de cond. instit. cui voluntati verisimile non est legem fauere voluisse, sed dispositioni bene ordinatæ duntaxat rationemq; habenti, turpes autem inhonestasq; Testatorum dispositiones reiicere omnino uoluisse.

Cum hæc commentar. cœpi, longe plura addendi animus erat, sed multiplices, grauesq; curæ, quæ millies me interpollarunt, &, non satis ualida corporis ualitudo, nec permiserunt me, qua cupiebam diligentia cuncta excutere, & maturius supremam manum imponere, coegerunt Humanus tamen lector benignè mecum agat, & quod præstare potui quodq; animo Lubentissimo obtuli grato pariter, placidoq; animo accipiat; polliceor tamen (si uita, et sanitas suppettet) ne olim grandiora quædam, quæ iamdiu animus concepit, ac ferè iam parturit, in publicam vtilitatem editurum. Interim & semper Deo Opt. Max. Trino & vno gratias agamus qui uiuit & regnat omnibus ætatum seculis. Amen.

FINIS.

CLARISSIMI IVRIS CONSVLTI D.

MARCI ANTONII CVCCHI.

TRACTATVS DE MORATORIA PRÆSCRIptione, ad l. Quoties. C. de Præcib. Imp. offeren.



PAPIAE Apud Hieronymum Bartholum. 1574.

AMPLISSIMO ET RELIGIOSISSIMO VIRO HIPPOLITO ROSCIO PRÆSVLI.

PAPIAE MERITISS.

M. Antonius Cucchus. S. P. D.





T ſi magni viri ad magna nati patrocinio, & opera in paruis negociis uti, atq; proceras arbores eodem, quo frutices, & uirgulta loco habere temerarium, ineptumq; videatur, tua tamen multis, clariſq; rerum argumentis toties mihi perſpecta comitas, & non vulgaris erga me beniuolentia faciunt, ut non dubitem minimum hunc fœtum tibi offerre, fideiq; tuæ commendare, & custo-

diendum deponere: quò pusillior etenim, & imbecillior est, eò magis tutore, ac patrono ei opus esse existimo; neq; .n.adultis, & prudentibus, quiq; negocia sua nauiter curare sciũt, sed minoribus, rerúmq; suarum ignaris tutores, & curatores legibus dari cautum est; quamquam, si materiam libelli potius, quàm magnitudinem spectes, non omnino inter infimos referendus sit. Sed quoquomodo rès se habeat, sciò te oblatum curæ tuæ non repudiaturum, vt soles, quicquid à me proficiscitur, quæ tua est humanitas, amicis oculis intueri. Vale. Ex Ædibus D. Mariæ Peronii. Calend. Septemb. Anno salutis. M. D. LXXIIII.

INDEX MATERIARVM TRACTATVS DE MORATORIA PRAESCRIPTIONE.



Aquæ

Nisi

D

* Dila-

E.

F.

H

I

Priuile-

R

Rescri-

Sena-

FINIS.



CLARISSIMI IV. C. D. MARCI ANTONII CVCCHI RELECTIO IN L. QVOTIES, quæ est.l.2.C.de precib.Imp.off. seu TRACT. DE MORATORIA PRAESCRIPTIONE.

SVMMARIVM.



1 *Mpliatio seu coangustatio diei est diminutio.*
Dies est pars obligationis eo.
2 *Soluens ante diem dicitur soluere in fraudẽ aliorum creditorum.*
3 *Solutio facta ante diem potest per alios creditores reuocari.*
4 *Ab excessu commisso in executione in tempore non secus appellatur, quàm si commissus fuisset in re ipsa.*
Donare dicitur, qui remittit exceptionem dilatoriam. eo.
5 *Omnis exceptio dicitur in æquitate fundata.*
6 *Exceptiones omnes secundùm aliquos sunt inductæ iure diuino uel naturali.*
7 *Imperator se appellat Dominum orbis.*
8 *Peremptoria præscriptio etiam illa dicitur, quæ tollit unam obligationem tantùm.*

9 *Princeps potest tollere obligationem ciuilem.*

10 *Obligatio naturalis non remanet inefficax etiam sublata ciuili propter effectus compensationis & retentionis.*

11 *Exceptiones exclusiuæ actionum sunt iuris ciuilis.*

12 *Exceptiones intentionis & facti sunt iurisgentium.*

13 *Moratoria præscriptio, id est, exceptio dilatoria.*

14 *Principis rescriptum concedens dilationem ad soluendam ualet.*

15 *Plures dilationum species, uel formæ concessæ debitoribus reperiuntur.*

16 *Iusti dies qui sint, & iusta sententia quæ dicatur in diffinitione testamenti.*

17 *Ius reuocandi domum non est amplius in usu.*

18 *Dilatio quinquennalis quibus detur.*

19 *Induciæ quinquennales, quæ à creditoribus conceduntur, nõ cõpetunt debitori, qui debitum inficiatus sit dolo uel lata culpa, secus si per clausulam generalem, nego narrata.*

20 *An ualeat lex disponens, ut debitor non satisfaciens detur creditori ad seruiendum.*

21 *Carcer est species seruitutis.*

Nemo cogitur propter æs alienum seruire. eo.

22 *Dilationis species quæ à Principe concedi solet, ut in lege nostra, quanti temporis sit.*

23 *Multum interest, an dilatio à Principe concessa sit quinquennalis, an sit breuior.*

24 *Omnis dilatio etiam breuis cautionem desiderat.*

25 *Dilationes à Principe ad annum ex stilo concedi consueuerunt.*

26 *Forma huiusmodi literarum, remissiue.*

27 *Dilatio à Principe concessa prodest etiam in casibus alioqui priuilegiatis.*

28 *Procedit etiam in debito causato ex delicto.*

29 *Cessio est maioris præiudicii, quàm dilatio temporalis.*

30 *Dilatio concessa à Principe prodest etiã his, qui bona sua decoxerunt, nisi ex delicto suo, uel mala fide decoxerint, secus in dilatione à Creditoribus concessa.*

31 *Rõ quare dilatio à Creditoribus cõcessa nõ prosit his, qui bona fide & sine dolo decoxerunt, cum secus sit in dilatione concessa à Principe.*

32 *Plura interuenire oportet, ut dilatio à maiori parte creditorum concessa ualeat.*

Debitor

33 *Debitor satisdare debet, si uult posse vti dilatione à maiori parte creditorũ concessa, si petita satisdatio sit.*

34 *Debitor, qui impetrauit dilationem à Principe est tutus etiam in foro conscientiæ, si necessitate adductus eam impetrauit.*

35 *Dilatio annalis potest à Principe concedi etiam sine causæ cognitione.*

36 *Etiam princeps Imperatore inferior, eiq; subiectus potest concedere dilationes huiusmodi.*

37 *Valet rescriptum concedens inducias etiam sine clausula, non obstante.*

38 *Rescriptum concedens inducias debet prodesse etiam creditori contra debitorem qui tales inducias impetrauit.*

39 *Valet & prodest etiam contra suum fideiussorem.*

40 *Prodest etiam si instrumentum habeat executionem paratam.*

41 *Exceptio declinatoria est modici præiudicii, propterea tolli facilè potest rescripto.*

42 *Creditor, contra quem concessa est talis dilatio, dicitur tractari ut ciuis.*

43 *Princeps potest restituere instantiam peremptam.*

44 *Tempus conficiendi inuentarii competens de iure hæredibus potest per Principem prorogari, si nondum lapsum sit.*

45 *Dilatio concessa debitori non nocet fisco.*

46 *Fiscus cogere potest aliquem ostendere titulum suæ possessionis.*

47 *Fiscus prætendit causam lucratiuam.*

48 *L. non puto. ff. de iure fisci habet plures intellectus.*

49 *Distinguendum est, an fiscus prætendat causam lucratiuam, an causam onerosam.*

50 *Distinguitur inter casus, quibus fisco obiici compensatio potest, & quibus non potest.*

51 *Distinguitur, an rescriptum generale sit contra omnes creditores, an verò speciale etiam contra fiscum. & 52.*

53 *Induciæ non prosunt, nisi satisdatio prestetur ubi sit petita.*

54 *Induciæ à Principe concessæ non habent uim in debito iurato.*

55 *Iurans soluere in termino excusatur si à Iudice prohibeatur, ne soluat.*

56 *Clausula motu proprio non prodest, ubi constat de petitione partis.*

57 *Distinguitur, an dicamus Principem noluisse, an uerò non potuisse contra debitum iuratum concedere.*

58 *Instrumenta ex stilo habent iuramentum.*

59 Notarius non præsumitur rogatus, vt apponat Iuramentum Instrumento, nisi expressum sit.

60 S. Pontifex potest tollere iuramentum.

61 Etiam sine causa, quando vertitur paruum præiudicium.

62 Princeps Laicus non potest concedere inducias super debito iurato.

63 Quomodo intelligatur, quod Princeps habet authoritatem Apostolicā, in relaxatione iuramenti.

64 Statutum Papiæ tollens iuramentum à minore præstitum non valet.

65 Senatus Mediol. non admittit tale statutum.

66 Quomodo intelligatur, quod in iuramento excepta sit authoritas superioris.

67 Multæ causæ subesse possunt alicui excusandà præter iussum Principis.

68 Compulsus à principe non dicitur, qui inducias quinquenales petit.

69 Etiam, quod Princeps vltrò concessisset, vbi debitum esset iuratum.

70 Debitum ex causa depositi non includitur in dilationibus à Principe datis.

71 Depositum est priuilegiatum in causa celeris expeditionis,

72 Dispositio generaliter loquens non includitur casus alioqui priuilegiatos.

73 Dispositio generalis non derogat priuilegio inserto in corpore iuris.

74 Verba generalia, vt quis non possit molestari, non derogant restitutioni in integrum.

75 Lex generaliter loquens includit etiam casus alioqui priuilegiatos.

76 Tex. in l. in fraudem, quomodo intelligatur.

77 Depositum est priuilegiatum in materia dilationum.

78 Induciæ temporales à Principe concessæ non præiudicāt creditori ex causa depositi.

79 Quod intelligendum de vero deposito.

80 Depositum confessatum quod dicatur.

81 Simulatum depositum quod dicatur.

82 Depositum irregulare quod sit.

83 Quæ priuilegia non competant deposito irregulari.

84 Deponens in genere & numerato, quando non præferatur cæteris creditoribus.

85.

85 *Depositum non est priuilegiatum, vbi deponens vsuras accepit.*

86 *Casus in quo priuilegiatum est depositum etiam, quod vsuras accipiat.*

87 *Dotis multa priuilegia.*

88 *Pactum fieri non potest, ut dos restituatur tardius, quàm lege sit dispositum.*

89 *Debitum ex causa alimentorum est priuilegiatum.*

90 *Argumentum valet à dotis causa ad alimenta.*

91 *Alimentorum causa fauorabilior videtur, quàm dotis.*

92 *Alimentorum præstatio non est ita onerosa, vt præstatio dotis.*

93 *Alimentorum præstatio fit minutatim, non præstatio dotis.*

94 *Alimentorum & dotis causa in pluribus differunt.*

95 *Induciæ à Principe concessæ non prosunt debitori ex causa annonæ.*

96 *Causæ panis tractantur etiam diebus feriatis.*

97 *Debitum primipilare est priuilegiatum.*

98 *Primipilus quis diceretur.*

99 *Debitum ex causa pensionum constitutarũ in alimenta, est priuilegiatum, & non includitur in rescripto concedente inducias quinquennales.*

100 *Pensiones domorum non continentur in hoc rescripto.*

101 *Littere quinquennalium induciarum restringuntur ad debita preterita, non etiam ad futura.*

102 *Dispositio trahitur etiam ad futura in his, quæ sunt modici præiudicii.*

103 *Induciæ concessæ motu proprio sunt maioris virtutis.*

104 *Induciæ quinquennales non nocent minori.*

105 *Induciæ concessæ an intelligantur vltra aliam dilationem competentem, an verò in ea censeantur.*

106 *Dilationes huiusmodi conceduntur causa miserationis.*

107 *Priuilegium concessum cruce signatis, ne possint ante triennium conueniri à suis creditoribus, an intelligatur vltra dilationem quinquennalem à Principe concessam.*

108 *Distinctio in prædicto casu, & 109.*

110 *Princeps non præsumitur alicui velle præiudicium facere neque in tempore.*

111 *Tempora induciarum concessarum à Principe non computantur in praescriptione.*

112 *Executio Sententiae parlamentalis non differtur propter has inducias.*

113 *Rescriptum non solùm debet facere mentionem de sententia, sed etiam, qualiter transiuit in rem iudicatam.*

114 *Sententia potest sortita esse executionem, quamuis transierit in rem Iudicatam.*

115 *Rescriptum uel priuilegium derogans sententiae debet esse valde clausulatum.*

116 *Rescriptum concedens moratoriam praescriptionem, seu inducias quinquennales non tollit rem iudicatam, sed tantummodò differt ipsius executionem.*

117 *Rescriptum concedens praescriptionem moratoriam dicitur potius ipsam sententiam approbare.*

118 *Rescriptum concedens exceptionem dilatoriam non prodest his, qui de proximo condemnandi essent.*

119 *Paria sunt sententiam latam esse, uel, de proximo esse ferendam.*

120 *Multi in calculo ferendae sententiae opinionem mutarunt.*

121 *Induciae à Principe concessae nō prosunt ubi causa est deducta in iudiciū, nisi de ea facta sit mentio.*

122 *Rescriptum praedictum prodest tantùm debitori principali, non etiam fideiussori.*

123 *Pactum de non petendo, quando est in rem, prodest etiam fideiussori.*

124 *Pactum seu exceptio mere personalis competens debitori principali non prodest fideiussori ipsius.*

125 *Rescriptum concedens inducias praesumitur in gratiam debitoris tantùm, non etiam fideiussoris datum.*

126 *Quod intelligendum, quando fideiussor beneficio fideiussorum renuntiauit, & quando renunciauit beneficio cedendarum actionum.*

127 *Creditor non potest agere contra fideiussorem, quando non potest ei cedere actiones.*

128 *Fideiussor potest renuntiare beneficio cedendarum, & beneficio fideiussorum.*

129 *Creditor, contra quem militant induciae à Principe concessae, dicitur tamen*

150 *Induciæ à Principe concessæ non faciunt, ut creditor qui agit non obstantibus induciis condemnetur in expensis, & duplicatis induciis ueluti agens ante tempus.*

151 *Rescriptum concedens inducias dilatorias debet denuntiari debitori.*

152 *Tempus concessum in rescripto incipit currere à data litterarum.*

153 *Princeps non præsumitur alicui præiudicare uelle etiam in tempore.*

154 *Induciæ cessant etiam ante tempus, quandocunq; debitor ad pinguiorem fortunam perueniat.*

155 *Iudex non potest angustare uel ampliare terminum concessum ad soluendum, quamuis à lege vel ab homine quamuis possit extendere uel restringere terminum ad proponendas exceptiones.*

156 *Cuius contrarium prima facie videbatur.*

157 *Exceptio dilatoria est modici præiudicii.*

158 *Restitutio in integrum non conceditur propter omissam exceptionem dilatoriam.*

159 *Minor non restituitur ad opponendum exceptionem fori.*

160 *Hæres potest declarare libellum ambiguum datum super possessorio & petitorio, quia non tollitur nisi exceptio dilatoria.*

161 *Rescripta principium intelliguntur sine graui præiudicio alterius.*

162 *Priuilegium debet potius interpretari contra ius commune, quàm inefficax remanere.*

163 *Priuilegium sui natura derogat legi.*

164 *Eo ipso, quo priuilegium appellatur, uel bulla priuilegium obsignatur, apparet, uoluisse Principem derogare iuri communi.*

165 *Priuilegium non interpretatur contra ius commune, si læsio tertii resultet.*

166 *Priuilegium interpretatur etiam in damnum tertii, quando agitur de iure quærendo tantùm.*

167 *Priuilegium non operatur in præiudicium tertii etiam quòd alias nihil operaretur.*

168 *Priuilegium potest interpretari in præiudicium tertii, quando negocium deduceretur ad terminos iuris antiqui.*

169 *Priuilegium non interpretatur in præiudicium tertii.*

170 *Princeps non præsumitur alicui uelle concedere aqua ductum in praiudi cium tertii.*

171 *Dominorum compositiones non debent facere praiudicium iuribus subditorum.*

172 *Etiam quod aliqua causa subsisteret.*

173 *Etiam, ꝙ fieret praiudicium in sola possessione.*

174 *Etiam, ꝙ ageretur tantùm de iure ad rem.*

175 *Etiam, ꝙ resultaret impropria interpretatio verborum.*

176 *Potius impropriantur uerba, quàm tertio præiudicium fiat.*

177 *Etiam quod concessio facta esset motu proprio.*

178 *Etiam in rescripto ex certa scientia.*

179 *Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis.*

180 *Verba posita in rescripto conformantur iuri communi, licet propria significatio non patiatur.*

181 *Priuilegium non interpretatur in praiudicium tertii, etiam quod illud ius à Principe emanasset.*

182 *Etiam ꝙ praiudicium esset in sola temporis dilatione.*

183 *Etiam ꝙ ageretur solùm de dominio utili.*

184 *Etiam quod ageretur de praiudicio personarum incertarum.*

185 *Procedit etiam in priuilegio inserto in corpore iuris communis.*

186 *Etiam si priuilegium datum esset minori.*

187 *Etiam ꝙ inserta esset clausula non obstante praiudicio tertii deberet intelligi de modico praiudicio.*

188 *Limitatur, quod debet interpretari in praiudicium concedentis.*

189 *Limitatur, ubi ad statum antiquum res reduceretur.*

190 *Limitatur, si haberet clausulam derogatoriam.*

191 *Rescriptum concedens, uel auferens exceptionem peremptoriam non ualet.*

192 *Exceptio peremptoria interpretatur à Doctoribus in hac lege, etiam, qua dat inducias vltra quinquennium.*

193 *Dilatio concessa ultra tempus quinquennii, an valeat saltem vsque ad quinquennium.*

194 *Actus prohibitus factus modo prohibito, ubi lex resistit actui à principio, ne fiat, certo modo, non ualet etiam eo modo, quo ualere potest.*

195 *Quando dispositio prout agitur non differt in modo constituendi, ualet eo modo, quo ualere potest.*

196 *Regula, quod actus valeat eo modo, quo ualere potest, procedit sine dubio, quando actus pendet à uoluntate vnius.*

197 *Text. in l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat. inter. vir. & vx.*

198 *Baldi opinio communiter reprobata dicentis actum modo prohibito factū non ualere, quando lex à principio resistit, ne certo modo fiat.*

199 *L. Græcè. & l. si non sortem.*

200 *Dilatio concessa ultra quinquennium ualet saltem ad quinquennium.*

201 *Dilatio vltra quinquennium afferens modicum præiudicium ualet.*

202 *Exceptio ne conueniatur quis, nisi inquantum facere potest, an sit dilatoria, uel peremptoria.*

203 *Exceptione perpetua fauorabili tutus si soluat, repetere potest.*

204 *Qui non potest conueniri nisi quatenus facere potest, perueniens ad pinguiorem fortunam non repetit.*

205 *Exceptio, ne conueniatur, nisi quatenus facere potest, habetur pro peremptoria, quò ad legem nostram.*

206 *Qui non potest conueniri, nisi quatenus facere potest, & si ad pinguiorem fortunam perueniat, adhuc tamen eodem priuilegio fruetur.*

207 *Exceptio ordinis, & exceptio diuisionis quæ sint.*

208 *Exceptio ordinis, & exceptio diuisionis sunt anomalæ.*

209 *Terminus excludens exceptiones dilatorias non excludit anomalas.*

210 *Exceptiones prædictæ ordinis, & diuisionis iudicantur dilatoriæ quò ad effectum huius legis.*

211 *Exceptio excussionis non militat, quando procedendum est ex bono & æquo.*

212 *Sub simplicibus uenit mixtum in fauorabilibus.*

213 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis habentur pro peremptoriis.*

214 *Exceptio subreptionis rescripti uidetur dilatoria.*

215 *Sed est anomala, quando vitiat in totum.*

216 *Exceptiones modificatiuæ sunt tamquam peremptoriæ.*

217 *Exceptio pretii non soluti non est propriè exceptio peremptoria, sed magis dilatoria.*

Rescri-

218 *Rescriptum tollit exceptionem peremptoriam, quando constat de uoluntate Principis concedentis.*
219 *Imperator Romanorum habet potestatem tollendi exceptiones peremptorias.*
220 *S. Pontifex est supra Imperatorem.*
221 *S. Pontifex habet plenissimam potestatem in beneficialibus.*
222 *Papa beneficium alicui auferre potest etiam sine clausula non obstante.*
223 *Princeps non recognoscens superiorem de facto vt Rex Franciæ potest tollere exceptionem peremptoriam.*
224 *Idem de Rege Angliæ.*
225 *Idem in quacumq; ciuitate recognoscente superiorem.*
226 *Idem in Ciuitate Florentiæ.*
227 *Idem in Ciuitate Venetiarum.*
228 *Idem in Ciuitate Ianuæ.*
229 *Idem in Ciuitate Lucæ.*
230 *Idem in Duce Mediolani.*
231 *Pluribus modis contingere potest, quòd Princeps non recognoscat superiorem.*
232 *Priuilegium Venetiarum.*
233 *Priuilegium Ducis Mediolani.*
234 *Cardinalis Alexandrinus non vidit priuilegium Ducis Mediolani.*
235 *Decretum Ducis Mediolani, ut ei credatur aliquid testanti suis literis.*
236 *Decretum supradictum non valere.*
237 *Senat. Mediol. declarauit tale decretum non ualere.*
238 *Decretum prædictum est contra æquitatem naturalem, & modestiam.*
239 *Quando creditur verbis enunciatiuis Principis remissiue.*
240 *Ex consuetudine creditur principi etiam in facto proprio aliquid ita esse testanti.*
341 *Principi credendum est seu de iure seu de facto.*
242 *Casus quo Princeps potest non recognoscere superiorem.*
243 *Possessio immemorabilis habet uim priuilegii etiam in reseruatis principi.*
244 *Communis opinio quæ sit in prædicto articulo.*
245 *Non procedit communis opinio in spiritualibus.*
246 *Non procedit in priuato.*

Dominiū

307 *Dominii vtilis species tres, & quæ sint.*
308 *Dominium vtile præscriptione acquiritur, directum usucapione.*
309 *Dominium præscriptione quæsitum directo aduersari cur dicatur.*
310 *Dominium extinguitur præscriptione. & quomodo intelligatur.*
311 *Dominii effectus cessat contra præscribentem.*
312 *Dominium directum non extinguitur omnino præscriptione.*
313 *Præscripta res non potest e manibus dominii directi, ad quem reuersa est, ab eo qui præscripsit, auocari.*
314 *Dominium utile, quod habet emphiteota non aduersatur directo.*
315 *Tertia species dominii vtilis.*
316 *Actiones directæ transferri non possunt.*
317 *Dominium utile appellatur effectus Dominii.*
318 *Fideicommissarius habet dominium vtile.*
319 *Cessionarius quilibet habet dominium utile.*
320 *Dominium vtile habet ille, cui quæsitum est, absq; traditione.*
321 *Dominiorum prædictæ species an omnes à Principe tolli possint.*
322 *Feudum à Principe an tolli possit.*
323 *Bartholi dictum non tutum.*
324 *Modus Dominii predicti effectus cum iuris ciuilis sit, à Principe tolli potest.*
325 *Omnes species dominiorum etiam iuris ciuilis habent effectum dominii.*
326 *Dominii effectus qui sit.*
327 *Nullum dominium etiam quod sit iuris ciuilis, caret dominii effectu.*
328 *Effectus dominii causatus Principis uoluntate ab eodem auferri potest.*
329 *Baldi dictum circa potestatem Principis in tollendo dominio.*
330 *Contractus cum Principe initus ab eodem auferri non potest.*
331 *Feudum est contractus nominatus.*
332 *Feudum à Principe auferri non potest, ubi ab eo non deriuauit.*
333 *Interest an feudum datum sit gratis, an pretio accepto.*
334 *Princeps ius à se concessum facilè tollit, nisi ex contractu sit concessum.*
335 *Quasi dominium à Principe tolli potest.*
336 *Quasi dominium est inductum de iure ciuili.*
337 *Dominium quæsitum traditione à Principe auferri non potest.*

338 *Is cui iura ciuilibus modis quæsita auferri possunt, potest tamen Iudicis officium implorare.*
339 *Quod tamen difficile est in usum deducere.*
340 *Vtilitas prædictæ decisionis.*
341 *In curia mercatorum dabitur executio, etiam quod actio à Principe sublata sit.*
342 *Ex pacto nudo agi potest in curia mercatorum.*
343 *Euangelica denunciatio intentari potest etiam sublata actione.*
344 *In terris Ecclesiæ etiam in foro seculari executio dabitur etiam sine actione.*
345 *Exceptiones an dicantur de Iure gentium, an de Iure ciuili.*
346 *Glossa nostra videtur supponere, quòd exceptiones sint de iure ciuili.*
347 *Exceptiones videri esse de iure naturali.*
348 *Defensio est de iure naturali.*
349 *Exceptio à Principe tolli potest.*
350 *Princeps non potest tollere ea, quæ sunt iuris naturalis.*
351 *Obligationes & actiones sunt Iuris ciuilis, licet contractus sit Iurisgentium & seq.*
353 *Testamentum est Iurisgentium inuentione, sed iuris ciuilis forma.*
354 *Exceptiones esse iurisgentium, vbi probetur.*
355 *Actiones sunt de iure ciuili.*
356 *Actio est causa exceptionis.*
357 *Exceptio excludit actionem, & intentionem.*
358 *Intentio prodita erat ante natas actiones.*
359 *Exceptiones formam à iure ciuili habere videntur.*
360 *Exceptiones clarè & dilucidè, & aptè proponi debent.*
361 *Exceptiones non sunt necessariò proponendæ in scriptis.*
362 *Non est bona comparatio ab actionibus ad exceptiones.*
363 *Actionum certa sunt nomina, & certa forma, non sic exceptionum.*
364 *Princeps debet soluere iustum pretium ei, cui dominium etiam iure ciuili quæsitum auferre potest.*
365 *Etiam, quod usus fuisset clausula, non obstante.*

366 *Etiam in bonis feudalibus, uel censualibus, uel emphiteoticis.*
367 *An procedat, etiam, quod generali lege id cautum esset.*
368 *Lex videtur specialis, quamuis personas non nominarit, quando aliquorum contemplatione facta uidetur.*

SEQVITVR CONSTITVTIONIS text. in l. ij. C. de precibus Imper. offeren.

Imp. Const. A. Seuero Præfecto vrbi.

QVoties rescripto nostro Moratoria Præscriptio remittitur, aditus supplicanti pandatur. Quod autem totius negocij cognitionem tollit, & vires principalis negocij exhaurit; sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest. Nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. D. Calen. Iulij. Paulino, & Iuliano Coss.



Onstitutio hæc, quæ duas partes habet, in priore concedit, vt tolli poßit dilatoria exceptio, in posteriore, quæ est in uerbo, quod autem, negat, rescripto exceptionem peremptoriam auferri posse: Quare & hoc erit ipsius compendiũ. vz. Rescriptũ tollens dilatoriam exceptionem valet, quãuis id non valeat, quod perẽptoriam exceptionem tollit. Ambigi autem poterat in priore decisione, nam coangustatio, vel
1 *ampliatio diei est iuris diminutio, cum dies sit obligationis pars. l. 1. §. diem. ff. de eden. l. si cui. §. minus. l. minus. ff. de verb. signifi.*
2 *§. tempore. inst. de act. quare et † is dicitur in creditorum fraudẽ soluere, qui ante diem alteri creditori soluit propter commodum*
3 *repræsentatiõis, hinc poterit eiuscemodi solutio p alios reuocari, l. ait prætor. §. si cum in diem. l. omnes. §. fin. ff. quæ in frau. cred. ac, quod mora in soluendo facta sit, quædam patrimonij diminutio est, text. optimus in. l. circa legem. ff. ad leg. falcid. l. in quantitate. §. in diem. l. qui quadraginta. §. vlt. l. in lege falcidia nõ habetur. ff. ad leg. falcid. l. si mandauero tibi, vt pro me. ff. manda. l. generaliter. §. si cui legatum. vers. plane si forte. ff. de fidei-commiss. liberta. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 1 8. nume.*
4 *34. & seq ad quod facit, quòd non minus appellari potest ab excessu executionis commisso in tempore, quàm ab excessu in re ipsa per executorem facto. l ab executione, vbi glo. infr. quor. appellat non recip. hinc & donare dicitur, qui exceptionem temporis dilatoriam remittit, Bart. in l. fin. in princip ff. quæ in frau. cre*
5 *diti: Itẽ videbatur dubium facere, quod omnis exceptio dicitur*
6 *in æquitate fundata, l. qui æquitate. ff. de doli excep. qua propter*

nonnulli dixerunt, exceptiones omnes iure diuino, vel naturali inductas. Aret. inst. de excep. in Rub. nume. 7. & 8. quare videretur, eiuscemodi rescriptum, quod dilationem concedit, veluti alterius iuri praeiudicans non valere, l. rescripta. infr. eo. l nec auus. infr. de emancip. liber. l. 2. §. merito. ff. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. pub. cum sim. rescripta enim omnia secundùm ius scribi debent. l. falso. inf. de diuer. rescrip. idq; tantò magis procederet, si exceptio haec iure diuino, aut naturali inniteretur, cum id nō poßit a Principe auferri. l. fi. infr. si con. ius vel vtili pub.

Verumenimuerò, quia paruum damnum censetur esse in huiusmodi mora & dilatione. l. si debitori. ff. de iudic. hinc est, quod supradictorum nulla ratio habita fuit. d. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe, ne quid in lo. pub. vbi no. cum sim.

Nec pariter posterior pars dubitatione prorsus vacabat, † cum Im
7 *perator totius orbis dominum sese appellare non dubitet, l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. bene a Zenone. §. 1. ibi. cum omnia Principis esse intelligantur. infr. de quadrien. praescrip. fa. l. 2. infr. de crimin. sacrilegij, vbi, disputare de principali iudicio non oportet, sacrilegij enim instar est. Sed quià tamen verum omnino esse non creditur, Imperatorem totius orbis terrarum esse dominum, quod ad res priuatas attinet, sed quò ad iurisdictionem in vniuersum dumtaxat. Fel cap. quae in Ecclesiarum nu. 26. de constitut. seu (vt alij dicunt) fiscalia omnia sunt Principis, Felin. vbi supra, seu vt ait Bart. in 1. consti. digestorum, Imperator est dominus totius mundi ratione protectionis, & iurisdictionis tantū Alex. consi. 76. incip. in causa & lite, col. 2. li. 2. et consi. 112. col. 1. li. 4. Dec. consi. 307. col. 3. in prin. li. 8. et consi. 508. col. 3. nu. 9. Roder. in l. quoniā in prioribus propterea*

non

non duxit rationi conſonum eſſe, vt tantam ſibi authoritatem vſurparet, vt etiam ius tertij reſcripto ſuo exhauriret.

Et quamuis etiam daretur, Principem hāc poteſtatem iuris alieni auferendi habere, eam tamen negat omnino ſe exercere velle, neq; enim tam ex defectu poteſtatis, quàm voluntatis rationē reſcripti ſui hic ſumit Imperator, cum dicat, nec præſcriptionis peremptoriæ relaxatio petatur, quaſi dicat, ſe minimè tali petitioni aſſenſurum, quo verborum ſenſu iura ſemper loquuntur, ut etiam in d.l.§.merito, & §.ſi quis a Principe, ne quid in lo.pub. & alijs ſimil.

Videbatur tamen, nimis latam eſſe hanc deciſionem, dum ait præſcriptionis peremptoriæ relaxationem petendam non eſſe, cum
8 *†præſcriptio peremptoria et illa ſit, quæ vel vnam obligationem tantùm tollit, puta ciuilē tantùm, vel naturalem tantùm, quia altera, quæ ſupereſt, remanet inefficax. Bart.l.Iulianus. col.an-*
9 *tepen.nu.34.ff.de condict.indebiti †at conſtat, Principem poſſe tollere obligationem ciuilem, quamuis, vt diximus, ſit peremptoria, l.2.l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iure. potes tamen reſpondere,*
10 *†non omnino inutilem remanere obligationem naturalem etiam ſublata ciuili propter effectus compenſationis, & retentionis, & alios de quibus per Iaſ in d.l.ex hoc iure. de iuſt. & iure, quare ſublata ciuili non ideo dicentur principalis negotij uires exhauſtæ, quod lex noſtra ne ſequatur, prouidere ſatagit.*

Quod† tamen dictum eſt ſupra, exceptionem eſſe de iure naturali,
11 *non ita ſine controuerſia eſt, de quo vide Felin. in R. extra de except. & Socin. in Rub.ff.eo.ad fi.poſt Bart. & Iaſ.in d. l.ex hoc iure. Alex. Iaſ. & Dec.in l.3.§.ſi is pro quo.ff. quod quiſq; iur. Id quidem abſq; controuerſia eſſe credo, quod quamuis exce-*

 ptiones

12 *ptiones quæ sunt actionum exclusiuæ, iuris ciuilis sint,† exceptiones tamen intentionis, & facti, quæ actionem excludere non dicuntur, sed nullam subesse actionem supponunt, iuris ciuilis dici non possunt, sed iurisgentiũ potius, de qua exceptione intentionis p glo. in l. qui se debere, ver. exceptione, in fi. ff. de condict. cau da.*

13 Moratoria præscriptio *id est, exceptio dilatoria, vt declarat rectè Accursius hic, sic mentionem faciunt leges de moratorijs ambagibus, l. vltima C. de compensat, ibi, moratorijs ambagibus spem condemnationis excludi, item reperitur cautio moratoria. l. cum possessor. §. vltimo. ff. de censib. in illis verbis. pro pecunia tributi, quod sua die non est redditum, quominus prædium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur, Item fit mentio in legibus de cautione et cunctatione moratoria. l. Tutor qui repertorium. §. 1. ff. de admi. tut. ibi, non quidem præcipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione, quæ quidẽ exponenda sunt pro dilatorijs à verbo, mora, quemadmodum & morator dicitur Iuris Consultis ueteribus, quem Doctores postmodum appellare morosum consueuerunt, Tiraquel. in tract. de retrac. lignag. §. 1. glo. 3. in fi.*

14 No. Primo,† *valere Principis rescriptum, quo debitori dilatio ad soluendum conceditur, concor. l. vniuersa. infr. eo. quæ dicitur exceptio dilatoria, & eiuscemodi literæ à principibus concedi etiam hodie solent, vt fere vbiq; apud Italos Principes Romæ, Venetijs, Mediolani, atq; in alijs curijs Principũ in usu esse vidi, dilatoriaq́; exceptio huiusmodi est, si quidem dilatoria exceptio est, quæ solùm differt negotium, peremptoria, quæ perimit, & quæ totius negocij cognitionem, & principalis causæ vires exhaurit, vt lex nostra dicit, qua nulla est ad declarandũ*

exce-

exceptionis peremptoriæ effectum pulchrior, Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. et est tex. in l. 2. §. fi. cũ l. seq. ff. de excep. in quo textu ponitur exceptiõis, dilatoriæ exẽplũ ut si cõuẽtũ sit, ne ĩtra quinquẽniũ petatur. est ẽt tex. in . appellãtur. inst. de except. pluriũq; exceptionũ dilatoriarũ, & peremptoriarũ, ne his recensendis vltrà quã opus sit, immorer, exẽpla diffuse ponit Angel. Aret. in d. s. inst. de except. in prin. & §. appellantur. Sciendum est tamen inprimis, (quod loco euidentialis doctrinæ dictum volumus) plures dilationum species vel formas debitoribus concessas reperiri, in iure: Nam primùm condemnatis in actione personali datur quadrimestris dilatio à die sententiæ, vbi appellatum non sit, vel si appellatum sit, a die confirmationis sẽtentiæ, quo tempore poßint sententiã exequi. l. 2. C. de vsur. rei iudi. quod quidem tempus miserationis, & humanitatis gratia concedi perhibetur, l. si cum militi. §. fi. ff. de compensat. vel, si cõfessus debitor in iudicio sit, non expectato libello, olim quidem pariter quadrimestem dilationem habebat, hodie verò decem dies tantùm de consuetudine habet, d. l. si debitori. vbi glo. Bart. & Castr. ff. de iudic. & hi quoq; appellari poßunt dies iusti, veluti afferentes quoddam iustitium, idest iuris inter eos quãdam quasi cessationem, & interstitionem, quibus diebus nihil cum his agi iure poßit. Aul Gellius lib. 20. cap. 1. noct. attic. qua ratione et ego alias interpretatus sum illud verbum, iusta, quod positum est in diffinitione testamenti. dum testamentum dicitur iusta nostræ voluntatis sententia. inst. de testam. in princ. & l. 1. ff. eo. nam & si multæ eædemq; pulchræ, ac nonnullæ etiam veræ interpretationes ad illud verbum a Bartholo & reliquis Doctoribus afferãtur,
16 ribus afferãtur,† ego tamen subtiliter dicebam, fortè appellatũ esse

esse testamentum iustam sententiam, quod faciat cessare iuris dispositionem, quemadmodum diebus iustis cessat iuris executio, testamentum enim adeò seruatur, vt reliquæ legum dispositiões vacent. l. 1. C. de sacros. eccles. §. disponat. in Authen. de nupt. Datur dilatio hæredibus mariti ad restituendum dotem soluto matrimonio consistentem in rebus mobilibus, vel se mouentibus vsq; ad annum. l. vnica. §. cum autem. versic. exactio. C. de rei vxo. act. datur dilatio & securitas, ne molestari possint hi, qui ad nundinas causa negotiandi proficiscuntur. dum illuc vadunt, morantur, ac inde reuertuntur, l. vnica infr. de Nundin. Datur & dilatio his, qui in legatione sunt, ne ea durante ex negotijs antea gestis in loco, vbi legationis causa morantur, respondere te
17 *neantur, † sed ius domum reuocandi habent, l 2. §. legatis. ff. de iudic. vbi etiam alij enumerantur, qui priuilegium habent domũ reuocandi, de quo per Abbatem & reliquos canon. in cap. si col. pen. & antepen. super glos. fi. de foro comp. sed id tamen ius reuocandi domum hodie a Rom. aulæ vsu recéßisse traditum est. Quintilian. Mandos. in 20. reg. Cancel. quæst. vltima. de Idiomate, nume. 3. & pulchros effectus resultantes ex tali priuilegio reuocandi domum è curia vide Rot. Bißigneti de appellat. decis. 19. Rot. fastoli. causa 3. decis. 15. seu dubio 10. Dec. & Doct. in c. meminimus. de appellat. Socin. in reg. 102.*
18 *Datur † etiam dilatio quinquennalis per creditores ei qui velit, paratusq; sit cedere bonis, nisi huiusmodi quinquennales induciæ ei concederentur. l. fin. infr. qui bon. ced possunt, quæ electio. an s. cedere velit, an dilationes quinquennales beneficio vti, est ipsi debitori data, vt aiunt, Barth. Paul. Castr. & Salyc. in d. l. fi. post. glos. ibi. quicquid aliter senserit Bald. quamuis enim textus*

ille

ille dicat, electionem dari creditoribus, sic tamen intelligendum existimant, cum ea electio creditori à debitore oblata est, ut glossa ibi intellexit, potest enim debitor si velit, etiam inuitis creditoribus, inducias quinquennales ei offerētibus, eas inducias respuere, & bonis cedere, Angel. Aret. inst. de act. §. fi. col. 4. versic. quæro debitor vult. & ibi uide Apostillam Antonij Cai, qui ponit formam libelli, quo debitor petit huiusmodi cessionis bene-
19 *ficium, † Sed tale beneficium indiciarum quinquennalium, quæ à creditoribus conceduntur, non competit, si debitor inficiatus sit debitum, Bald. in d. l. 1. col. 1. C. qui bon. ced. possunt, Canon. in c. Odoardus. de solut. Aret. & Ias. in d. §. fi. inst. de act. uidelicet, si negatum sit dolo, vel lata culpa, aliàs secus, Paris. cons. 100. lib. 3. qui etiam Paris. ait, non reperiri expressum lege, quod tale beneficium amittatur per negationem, et in omnem casum ait, quòd non amittetur tale beneficium, licet quis per illam clausulā generalem (nego narrata prout narrantur,) inficiatus esset.*

Et hæc quidem statuta idcirco videntur, vt temperaretur sæuitia illa, immanisq; feritas partiendi, secandiq; et dilacerandi humani corporis eius, qui ob pecuniam debitam addictus adiudicatusq; pluribus creditoribus fuisset, de qua in l. 12. Tab. his verbis vz.
In vinculis lx. dies habeto, intereos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito. quantæq; pecuniæ judicatus erit, prædicato, Tertiis autem nundinis, si interea pactus nō sit, capitis pęnas dato, aut trans tyberim peregrè venū ito, &, si plures forent, quibus reus esset iudicatus, Tertiis nundinis partes secāto. Si plus minusue secuerint, sine fraude esto.
Qua de re per Aulum Gellium. l. 20. cap. 1. Noct. Atticar. Franciscum Balduin in leges 12. tab. Quintilian. lib. 3. cap. 8. instit. orat. Didac. Corruies. lib. 2. cap. 1. variar. resolut. Rodi.

Xuarez.

20 *Xuarez.in lib.2.foro legum.lib.3.quæst.2.nume.* 21. † *ex quo ipse defendit, valere illam legem Regiam, qua debitor non soluens dabatur creditori ad seruiendum, sed et nostrates antiqui doctores eam non ignorauerũt, Azo in summa tituli.infr.qui bon. cedere possunt, & glo.in l.1.in versic.in eo.in fi.& l.fi. eo.t. qui bon.ced possunt, qui dicunt, cessionem bonorũ in hoc prodesse, quia debitor amplius non dabitur post quadraginta dies creditoribus, vbi non satisfaciat, dilacerandus, vt olim, quo tempore, si debitor nolebat neq; satisfacere debito, neq; cedere bonis, & stare iuri, erat incarcerandus, vbi inclusus detinebatur usq; ad quadraginta dies, expectaturus, an fortè quis pietate ductus vellet ære alieno pro eo satisfacere, post quos quadraginta dies, nisi soluisset, dabatur creditoribus laniandus, quam pœnæ speciem & textus ipse in d.l.fi.infr.qui bon.ced.possunt, sentire videtur, his nempe verbis, videlicet (salua eorum existimatione, & omni corporali cruciatu semoto) eiuscemodi statutum hodie tamen non valeret secũdum Bal.in d.l.1.nu.3.Qui bon.ced.possunt, in his scilicet, qui aduersa fortuna solum uerterunt, secus si dolosè quis cum pecunia, & rebus alienis fugisset, vt sepe vsu euenisse vidimus Mediolani, Venetijs, Genuæ, alijsq; vrbibus, Bald.in d.l.fi. col. 1.nume.4. vbi etiam Salycet.infr. qui bon.ced.pos. & congruũt ea, quæ disserit. Rodric.proximè supra citato loco in d.l.2.foro. legum lib.3.quæst.2.nume.21. Alia etiam pœna colligitur in debitores olim statuta ex Suet.Tranquillo in vitã Claudij Cæsaris, qui ait ipsum Cl.Cæsarem, priusquam Imperator esset renunciatus, ære alieno oppressum, lege prædiatoria in vacuum pependisse, sub edicto Præfectorum, quòd fidem creditoribus obstrictam liberare non posset, quo in loco quidam interpretes huiusmodi*

huiuſmodi rerum ignari toto errarunt cælo, & nugas quasdam effutierunt, ſed eius loci intelligendi gratia Alciatus conſulendus eſt. Rodric. autem ſupradictus ad. l. 2. titu. de los gouiernos foro legum. lib. 3. in prin. nu. 2. loquens de huiuſmodi ceſſione ait, quòd de iure antiquo, priuſquam fieret titulus de ceſsiõe bonorũ, debitor, qui non ſoluebat, detrudebatur in carcerem d. l. 1. ex glo. in d. l. fi. quæ dixit, non cedentem bonis carceri eſſe emancipandum & glo. in rub. ff. eo. & Bar. in l. cum eo ff. ad leg. Iul. pecul. quod tamen ius & ipſum nimis ſeuerum (inquit Rodric.) videbatur. quare in dictis titulis, ſtatutum fuit, vt poſſit quis cedendo bonis carcerem euitare, ſi poſt condemnationem ſoluere non
21 *poſſit, † carcer enim eſt ſeruitutis ſpecies, ſed nemo cogitur propter æs alienum ſeruire. l. ob æs. infr. de actio. & obligat. & c. 2. de pignor. quod pariter verum credit, & ſi non iure ſeruitutis uelit quis ab homine libero ſibi proter æs aliennm operas præſtari, Bald. l. 2. ff. de lib. hom exhib. In carcere autem thediali poteſt quidem aliquis detineri. l. nemo. l. quoties C. de exact. tribur.*

Alia eſt dilationis ſeu induciarum ſpecies ad ſoluendum, quæ à
22 *Principe concedi ſolet, de qua lex noſtra. † Sed dubitatur, quãti temporis hæc dilatio eſſe debeat, nuſquam enim nec dilucide in iure cautum video, reperitur quidem interdum fieri mentionem quinquennalis dilationis, ut in d. l. fi. infr. qui bon. ced. poſſũt, in l. 3. in princ. ff de excep. & § appellantur. inſt. eo. de except. quo argumento opinantur (vt ego autumo) Doctores dilationem excedentem quinquennium non valere, ſic & aliàs de quinquẽnij tempore mentio habetur in l. 2. C. de uectig & commiſ. Sed infrà illud tempus, ut ad annum, biennium, triennium vel quadriennium ualere creditur. Gui. Pap. deciſione 97. & deciſ.*

109. Anton. Caius in addit. ad Ang. Aret. instit. de except. nume. 13. in Rubr. & vt plurimùm hæ dilationes soleant esse quinquennales tradit Cast. hic & alij, & Alex. in consil. 205.
23 visis, lib. 2. † Multùm quidem intererit, an dilatio concessa sit ad quinquennium, an verò breuior sit, nam in dilatione annali concedenda nulla exigitur probatio, sed stabitur iuramēto ipsius debitoris se dicentis necessitate vrgeri, nec posse tali debito satisfacere, cum tamen in dilatione quinquennali sit necesse vt probet, se adeò necessitate præmi, vt debitum exoluere nequeat, Boer. in decis. 296. num. 1. Quintili. Mandos: in reg. 10. cancel. quæst. 4. in casu 62. cuius tamen Boerij dictum in eo minùs verum arbitror, dum credit in dilatione annuali non solum probationem non exigi, sed nec etiam cautionem contra Iasonē
24 in l. nec damnosa, infr eo. † Verius enim dictum Iasonis esse opinor, quòd in omni dilatione quantumuis breui, ac modici præiudicij cautio necessaria sit, quod etiam tenet Abb. in c. quod ad consultationem. de re iudica. nume. 22. Iacob de Sancto Georgio in. l si debitori de Iudic. quod optimè probari videtur in. d. l. si debitori, nam ea in l. datur solùm quadrimestris dilatio, & tamen cautio exigitur, quam etiam communem testatur Boer. ubi suprà, & ex stilo ferè vbiq; seruari solet, tam Mediolani, quā
25 alijs in locis, etiam in dilatione infra annum breuiori. † Communi autem ex stilo hæ dilationes ad annum concedi solent; propterea ubicunq; Doctores de huiusmodi inducijs mētionem habēt, ferè semper in Annalibus dilationibus exempla ponunt, nec forte ab re, nam temporis appellatio simpliciter de anno intelligitur. c. omni tempore. cum glo. 1. de consecrat. dist. 4. Bal. post glo. in l. vsura. C. de vsur. annus enim dicitur tempus congruum. l.

fortissi-

fortiſsimi.C.de erogat.mil.anno.lib.12.& l.1.§.largius.ff.de ſucceſs. edic. Tiraquel. de retract. lignag §1.ver de daus lan, glo.10.Quintil.Mandos in reg.dec.Cancel. quæſt.4.

26 *De forma huiuſmodi literarum concedentium dilationem vide Baldum in conſil 400.Incip.quod Iacobus.nume.3.lib.1 et Antonium Caium in Addit.ad Aret.in Rub.de excep. nu.13. Hæc igitur eſt dilatio quã lex noſtra a Principe cõcedi poſſe ait.*

27 *Ampliaq;† ut procedat etiam in caſu,quo alioqui ius concederet,vt non obſtante priuilegio conueniri quis poſsit, exempli gratia,quamuis in nundinis cõueniri quis non poſsit,l.1.inf.de Nud. & diximus ſupra:ex contractu in nundinis tamen inito ibi conueniri poterit,& tamen literæ dilationis quinquennalis efficiet, vt neq; ex contractu ibi inito moleſtiam pati debitor cogatur. Salycet.d.l.vn.C.de Nundinis.*

28 *Secundò amplia,† ut hæ induciæ a Principe conceſſæ procedat etiam ſi debitum ex delicto cauſatum ſit, vt dicit Decius ſequens Romanum contra Alexandrum ibi in l.1.num.93.ff.ſi cer petat.quamuis alioqui maxima quæſtio ſit,an,qui ex delicto debet,propriè dicatur debitor,& Romani quidem opinionem a Decio approbatam contra Alexandrum & ego libentius ſequor,nam,ſi Princeps voluit debitori fauere contra alios, cur non magis interpretemur voluiſſe eum fauere contra ſe,quia ēt priuilegia contra ipſum priuilegij authorem latè interpretantur c.ſuper eo.vbi Abb.de offic.deleg.quòd ſi debitum hoc intelligamus,quod alicuius in ſatisfactionem ob delictum in eum commiſſum iudicatum ſit,nulla ſuberit ſaltem concludens neceſſariò cauſa,quare non æquè potuerit differri,ac debitum ex contractu, Didacus tamen Coarr in d.lib.2.cap.1. variar. reſolut.tenuit*

beneficium cedendi bonis ei non competere, qui ex delicto obligatus sit, quia in his inhabilitas ad soluendum dari non poßit, cum, si in ære non habeat, in corpore suo pœna luenda sit. l. 1. ad fin. vbi Bart. & Docto. ff. de pœnis. Angel. Aret. & Ias. in §. pœnales institu. de act. & idem Ias. in l. si quis id quod. nu. 28. post glo. & antiquiores Doctores. ff. de iurisdict. om. iudi. cum sim. quod procedere aiunt, etiam si pœna illa respectu alterius sit intereße. vt quia sit satisfactio damni illati, nam & tunc prætextu inopiæ loco eius pœnæ seu satisfactionis succedet corporalis pœna. cap. finem litibus. vbi Abb. col. 2 de dolo, & contumac. Franc. in c. reprehensibilis, col. 3. de appellat. Ias. in d. l. si quòd id quod. nume. 28. unde, & dicunt, calumniatorem, qui omnino soluendo non sit, vt sarcire poßit damnum calumnia inrectum alteri, pœnam corpoream subire teneri, nisi ille, qui calumniam paßus fuit, repugnet, malitq́ fortunam pinguiorem calumniatoris expectare, quando scilicet ipsi pœna applicanda eßet, ex Abbate in d. c. Odoardus, Bernardo Diaz. in practica. cap. 59. Boer. tamen in quæst. 319. nu. 8. credidit, in mulcta, quæ fisco applicāda est, dumtaxat supradicta procedere, non in ea, quæ parti ob damnum acceptum loco intereße danda est. Quibus stantibus, si ad ceßionem bonorū huiusmodi ex delicto debitor nō admittitur, non uideretur etiam, quod dilatio a Principe conceßa ei prodeße deberet, sic argumentatur Paris. in d. consi. 100. lib. 3. argumentatur inquàm generaliter, ut cui non prodest ceßio, nec pariter ei prodeße debeat priuilegium dilationis, vt etiam infr. argumento huiusmodi locum eße apparebit, videtur hæc quoq; opinio probari in l. sed si ex parte. §. interdum. ver. quamquā. ff. quod cum eo qui in ali. potest quam tenuit. etiā Boer. decis. 349.

29 *col. 10.† Tu tamen considera, quòd maioris præiuditij est cessio, quàm dilatio huiusmodi temporalis, si quidem cessio affert præiudicium peremptorium, vbi enim facta est cessio, nulla creditori spes superest crediti sui consequẽdi, nisi debitor ad pinguiorem fortunam euehatur, at quinquennales induciæ vel minores illius temporis tantùm vsura creditorem priuant, ceteroqui eum securum efficiunt, si verum est, quod supra diximus, concedi inducias non solere, nec quinquennales, neque etiam breuiores, nisi cautione idonea præstita, quod verum est vt no. in l. vniuersa. infr. de precib. Imp. offer. Alex. consi. 205. lib. 2.*

30 *Tertiò Amplia,† quòd tales induciæ à Principe concessæ prosunt etiam eis, qui bona sua decoxerunt, nisi tamen ex delicto suo, aut mala fide bona sua decoxissent, induciæ tamen a maiori parte creditorum concessæ huiusmodi hominũ generi adiumẽto non essent. Alex. d. consi. 205. li. 2. Beneuen. Stracca. in trac. de decoct. in 6. parte. nume. 19. & 20. qui Beneuenut. citat prædictum Alexandri locum, sed tamen ego ex Alexandro hoc non elicio, hoc quidem non obscurè expressit Nicol. Boer. in quæst. 349. col. mihi, 11. in fin. quia dolosus non potest cedere bonis. Bart. l. alia. § & eleganter. in fi. ff. solut. matrim. fa. tex. in l. penult. §. fi. ff de iure dot. neq; hæc est eadem quæstio, de qua in proxima ampliatione, quia hic supponimus dolum & delictũ in ipsa decoctione adfuisse, in illa autem ampliatione circa aliud supponimus delictum versari. Et dictus Nicolaus Boer. Paulò obscurior fuit in fin. dictæ quæstionis 149. vtens his verbis, dicens hoc esse contra Mercatores fallitos, seu Campsores ruptam bancã facientes, quòd non gaudeant beneficio cessionis, nec quinquennali, aut annali dilatione a Principe concessa, citatque*

etiam Baldum in consi. 11. Incip. in quæstione Domini Milani, col pen. versic. sed adhuc restat vnum fragmen um lib. 3. & Ioan. Baptist. in tract. de deb. suspecto, & fugit. quæst. 1. col. vlt. in prin. versic. illud scio, redditq; rationem, quia (inquit) si dilatione gauderet, posset interim fugere, quod afferret parti p̄iudicium non modicum, in quo Princeps non intendit parti præiudicare, aut saltem (inquit) dare debet fideiussorem idoneum,
31 quare bona hæc conclusio videtur. † quod si mala fide ac dolosè decoxerunt, nulla dilatione seu a Principe, seu a maiori parte concessa uti possint, si verò aduersa fortuna potius, quàm dolo decoxissent, induciæ quidem a Principe concessæ eis prosint, modò cautionem præstent, sed induciæ à maiori parte creditorum datæ nullo modo prosint, ratio differentiæ est, quia priuatis id licere non debet, quicquid Principi licet, vt scilicet tertio præiudicent, quo ad præiudicium quidem ipsorummet creditorum, qui dilationem dederunt, dilatio valere potest, non vt alijs, qui non consenserunt, vllo modo nocere non possit, quicquid
32 aliter scripserit Beneuen. vbi suprà. † Est enim sciendum plura interuenire oportere, vt dilatio à maiori parte creditorum concessa valeat, cæterisq, etiam, quorum non adfuit consensus præiudicium afferre possit, Nam debent omnes creditores in vnum conuenire, & congregari in eodem loco. vt colligitur ex text. in d. l. fi. infr. qui bon. ced. poss. in illis verbis, vt omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, vbi Baldus cæteriq; scribentes ponderāt. Item requiritur, quòd debitor minitatus fuerit, imò obtulerit se velle cedere bonis, & ea ratione creditores adducti fuerint, ut huiusmodi inducias concederent, si enim sim-
33 pliciter absq; alia ratione eas concessissent, non valeret. † Tertiò requiri-

requiritur, quod debitor satisdet, dummodò satisdatio petita sit, secundùm no. in d. l. vniuersa infr. eo. Sed Alexander tamen in d. consil. 205. lib. 2. tenet, quod, si debitor captus vult consequi reuocationem capturæ, ipse tenetur satisdationem offerre, præser sertim si antequam captus esset debitor, non denuntiasset actori dilationem sibi concessam, quòd si nulla executio facta esset instante creditore, non teneretur ipse debitor satisdationem non petitam offerre, quæ dicta sunt ab Alexandro in d. consil. 205.

34 *Quartò amplia, † quòd is cui tales induciæ conceduntur, est etiam tutus in foro conscientiæ, si urgenti necessitate adductus talem dilationem impetrauit, cum nemo etiam in foro conscientiæ ad impossibilia cogendus sit, c. breui, & cap. quærelam. de Iureiuran. glo. cap. peccatum. de reg. iur. in 6. cap. quamquam. de vsur. in 6. Augustin. Epist. 54. Coarru. in d. c. peccatum. par. prima nu. 2.*

35 *Quintò amplia † etiam nulla causæ cognitione adhibita posse dilationem annalem à Principe concedi, cum de modico præiudicio agatur, Abb. Imo. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, vbi Felin. num. 47. de const. Abb, num. 12. & idem Felin. in cap. constitutus. colum. 4. circa med. versicu. est tamen aliquanto minus, & versic. Generaliter, ibi exceptis duobus casibus. de rescrip. quod hac lege nostra, multisq; rationibus probant, nec igitur probatio inhabilitatis necessaria erit Boer. decis. 296. num. 1, contra Iasonem hic,*

36 *Sextò Amplia, † quòd etiam Princeps Imperatore inferior, eiq; subiectus potest huiusmodi inducias concedere, fa. tex. in l. in fraudem. § fiscalibus. ff de iure fisci, vbi, Iudices non possunt Fiscalibus debitoribus dilationes vltra duos vel tres menses cōcedere,*

cedere, ergo aliis debitoribus priuatorum possunt etiam longiores dilationes indulgere. & fa. quod dicit Bar.in.l.quidam cum filium.ff.de verb obligat. vbi ceteri scrib. quòd scilicet, ciuitas statuere potest, ne creditores possint debitores molestare intra tres annos. quod etiam Doctores omnes hic supponunt, dum de peremptoria exceptione duntaxat hoc negant, & vide glo.in .l. 1 .uersi.noui iuris.ff. quod quisq; iur.

37 Septimò amplia, † vt procedat etiam si in rescripto non adesset clausula illa, non obstantibus. Castren. & alii hic. Felin. in c. nonnulli. de rescript. nume. 17. versic. fallit 8. ratio est, quia nulla lege hoc prohibetur, quinimo potius permittitur lege nostra.

38 Octauò amplia, † quòd proderit talis dilatio etiam ipsi creditori, si ille inuicem aliquid debeat ex alia causa debitori suo, nam & ipse poterit eadem dilatione se tueri, glo.in.l.1. in prin. seu in primo. uersic.noui iuris. & in l. 3.§.si is pro quo. ff. quod quisq; iur. vbi Doct. Ripa in Rub.extra de rescript. colum. 2. ad fin.num.4.qui citat Hostien.in Summa.de rescript.§.potest autem. in princ.fa. text.in.l.petendæ.C. de temp.in integ. restitut. & in l.fin.infr.de fruct.& lit.expen. Nec poterit is, qui eam impetrauit, illi renuntiare in præiudicium aduersarii, ut illi prodesse non possit, Bald.in l.fin.infr. de pact.quod forte non procedet, nisi ea Impetrator vsus numquam sit, re adhuc integra, nec procedet, si concessa fuerit de iure speciali beneficio restitutionis in integrum Ias.in d.l.fin.num.8.de pact. & quæ dicit Decius.in d.l. 3.in fin. princip. numero. 11. ff. quod quisque iur.

39 Amplia, † vt prosit etiam contra fideiussorem, nam, si creditor

tor eum conuenerit, creditumq; ſuum ab eo exegerit, non poterit fideiuſſor dilatione hac à Principe conceſſa pendente debitorē cuius cauſa exactionem paſſus fuit, moleſtare, Salyc. hic ad fi.

40 *Decimò amplia,† vt habeat vires talis dilatio etiam contra præcepta facta de ſoluendo in vim inſtrumenti eius executiui, quòd vulgariter Doctores Guarentigiatum appellant, Antonius Caius in Addit. ad Angel. Aret. in Rub. de excep. num. 13. quod notandum, quia huiusmodi inſtrumenta habere ſolent executionem paratam, & longè interpretantur, Boer. deciſio. 295. nume. 6. quamuis alioqui inſtrumentò quantumuis authentica exequutionem paratam non habeant. l. minor uigintiquinq; annis, cui fideicommiſſum. vbi Bart. Bald. Angel. & Alberic. de Roſate. ff. de minor. Angel. Caſt. & Alex. in l. ait prætor. §. ſi index ff. de re Iudi.*

41 *Vndecimò amplia,† vt multò magis hoc procedat in exceptione declinatoria, vt tolli poßit, cum enim meritis cauſæ nihil officiat, non poteſt magnum præiudicium afferre, Bald. in fi. nu. 28. verſ. quæro verò ſicut minor. infr. ſenten. reſcin. poſſe.*

42 *Duodecimò amplia, † quod per talem dilationem Creditor tamen contra quem conceſſa eſt, dicitur tractari vt ciuis, Bart. & alii in. l. quidam cum filium. in fin. ff. de verborum obligat.*

43 *Tertiodecimò amplia, † quod poteſt Princeps reſtituere inſtantiam peremptam, Angel in l. 2. infr. de temp. appel. Bal. in l. fin. infr. ex quib. cau. maior, idq; etiam parte non citata, & non ſemel tantùm, ſed pluries. Capit. deciſ. 165. colum. 1. Rolan. conſi. 94. num. 31. lib. 1. quod Eccellentiß. Mediolani Senat. obſeruat.*

E *Quar-*

44 *Quartodecimò, † poteſt prorogare tempus conficiendi inuentarii de Iure competens hæredibus, ſi adhuc lapſum non ſit, uerum an poßit tempus denuò concedere, vbi iam lapſum ſit, uidetur non poſſe, quia tertiò ſit iam quæſitum ius. Guido Pap. in tract. de reſcrip. num. 43. & in tract. de inuent. num. 12. & in deciſ. 571. colum. 1. Rolan. à valle in tract. de confect. inuentarii. §. item omittendum nume. 6. atque ita paßim obſeruatur.*

Patitur tamen hæc concluſio plures notabiles limitationes, vt infra.

Primò igitur limitari ſolet prædicta concluſio, quæ habet, poſſe
45 *Principem concedere dilationem ad modicum tempus, † quòd talis dilatio non obcrit fiſco. Cyn. Io. Fabri. Caſtr. in l. nec dãnoſa, per illum text. infr. eo. Boer. d. deciſ. 296. colum. 3. nume. 6. verſi. tertio non habent locum. Bald. conſi. 400. colum. 3. nu. 3. verſi. tertia ratio. lib. 1. Martin. Lauden. in tract. de priuileg. & reſcrip. num. 14. Thom. Grammatic. in addit. ad Afflict. deciſ. 5.*

Adducuntur autem pro hac opinione argumenta infraſcripta. primò text. in. d. l. nec damnoſa. Item text in. l. 2. cum ſua glo. ſuprà. de his, qui ad Eccleſ. confugi. quem text. in hoc perpendit Bal. in d. l. nec damnoſa. item tex. in. §. publicorum. in Authen. de mandat. princip. arguendo à loco ad tempus, cum enim ibi non detur ſecuritas templorum debitoribus fiſcalibus. nec pariter concedi debet ſecuritas temporis, valere enim argumentum à loco ad tempus probatur, per not. in. l. vinum. ff. ſi cert. petat. Nec eſt nouum, quòd fiſcus pluribus utatur priuilegiis, ut in. l. 1. in glo. vbi Bart. C. de iure fiſci. lib. 10. cum etiam ei edatur

tur ad intentionem fundandam. l. nec quisquam ff. de edendo l. 2. §. item diui ff. de iure fisci. Glo. & Doct. in l. 3. infr. de eden-
46 *do. Dec. cap. 1. num. 13. de probat. † & cogit etiam aliquem ostendere titulum suæ possessionis. Gram. consi. 9. in Crim. colum. 1. contra dispositionem iur. com. l. cogi. infr. de petit. hæredit. multaq; alia & infinita propè priuilegia ei competunt, de quibus sunt integri tractatus, Mart. Laud. Francisci Lucani, Mathei de Afflict. in tit. de fratrib. de nouo benefic. inuestitis.*

Contrarium tamen videtur suaderi, quia in dubio est iudicandū contra fiscum. l. non puto. ff. de iure fisci. glo. l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de petit. hæredit. quæ ait (quod ex eo text. quoque colligi potest) fisco nihil speciale competere, nisi, quod expresè de eo cautum est, neque reperitur hoc cautum iure, quòd huiuscemodi litteræ inducias concedentes fisco non prosint. Et
47 *tantò magis, quia fiscus prætendit causam lucratiuam, † Creditor onerosam, quarum non est par ratio, glo. d. l. item veniunt. §. in priuatorum. l. fin. C. de codicillis.*

Sed, quamuis videantur hæc, uel similia aliquid supradictæ con-
48 *clusioni obesse, illa tamen communi calculo recepta est: † Nec d. l. non puto, quemquam moueat, nam uarias interpretationes recipit, ut per Alciat. in l. 1. ff. solut. matrim. alii enim illam legem tunc procedere intelligunt, ubi quis accusatus sit, quod res fisci interuerterit, uel in causa ipsius præuaricatus sit ixuta l. primam. C. de Crim. pecul. eo enim casu, si res dubia existat, reus erit absoluendus, non autem veluti præuaricator, vel peculator puniendus, Alii dicunt, ei legi locum esse, cum fiscus priuilegio aliquo innititur contra ius commune, nam, si quæstio*

vertatur, vtrũ priuilegio, quod allegat, locus esse debeat, iudicabitur contra fiscum, priuilegio locum non esse in ambiguo, argum. l. quòd placuit. & l in summa. ff. de iure fisci, & l. vn. C. Pen. fiscali. cred præferri. Alij dicunt. d. l. non puto procedere tunc tãtùm, cum fiscus agit, vt pœnam lucretur, ar. l factum. §. in pœnalibus, de reg iur. fa. quòd dicit glo. in. l. si quis vxori. §. fi. ff. de furt. Bald. & Salyc. in. l parentes. C. de testib. Grammatic. cõs. 32 nume. 13. Felin. in cap. literas. versic. quintus casus ex: de præsump. qui tamen Fælin. ait, non procedere, vbi adesset accusator in causa criminali; nam tunc ageretur etiam de maximo præiudicio partis, sequitur Grammat. ubi suprà. Alij intelligũt d. l. non puto, cum ambiguitas in facto tantũ, non in iure versatur, argum. l. inter partes. ff. de re iudicata. Alij in quæstione per tormenta contra reum facienda, nam in dubio quæstionem habendam non esse iudicari debet. ex no. in Rub. ff. de quæst. Alij credunt eam legem procedere in quacunq; causa lucratiua, quam fiscus prætendat, cuiusmodi causæ enumerantur à Iurisconsulto in. l. 1. ff. de iure fisci, remotis verò causis lucratiuis ei legi locum non esse, quæ certe opinio magna ratione innititur, cum & aliàs lex magis faueat ei, qui damnum euitare satagit, quàm ei, qui ad lucrum anhelat. d. l. fi infr. de codicil. l. fi. infr. qui potior. in pigno. hab. ex quo inquit Alciat. vbi suprà, Modestinum authorem illius legis. Non puto, approbasse Traiani optimi Imperatoris sententiam, dicentis, fiscum lieni similem esse, cuius craßitudo imbelliorem reliqui corporis valetudinem, tenuitas verò ualentiorem indicaret, sequitur Didac lib. 1. cap. 16. var. resolut. sic fisci opulentia malam Reip. constitutionem arguit. Quamuis igitur multa fisco priuilegia sint concessa, in alijs tamen, quibus

nullum

nullum ſpeciale priuilegium ei conceſſum reperitur, alijs cauſis in dubio inferior eſſe debet, & contra eum in dubio eſt iudicãdum, ſi de lucro agat, qui verò caſus ſint, quibus fiſcus agit de lucro, tra
49 *dit Ripa, in. l. filiusfam. §. diui. nume. 52. de leg. 1. Quare ſecũdùm eum intellectum videtur pariter in hoc articulo diſtinguendum, an fiſcus cauſam lucratiuam prætendat, an verò ex cauſa oneroſa veniat, ut primo caſu induciæ illi obſint, in poſteriore caſu priuilegio fruatur. Sed tamen & hoc non ſatis tutum videtur, quandoquidem, & in cauſis criminalibus dubium non eſt fiſci cauſam lucratiuam eſſe, Docto. in. l. poſt contractũ. ff. de donat. & tamen Bald. in d. conſil. 400. & Grammatic. in addit. ad ſupradictum deciſ: Afflicti. & Martin. Laudẽ. in d. tract. de recript. & priuilegijs, verſic. 14. tenent, quòd ſaluus conductus, & ſecuritas conceſſæ debitori non extendatur ad debitum ex delicto, de quo & nos ſuprà, ſeu ad debitum originẽ habens ex cauſa delicti, hac quidem ratione, quia eſſet cõtra publicam vtilitatem; ideoq; non debet valere. l. fi. ſupra, ſi contrà ius vel utilit. publ. publicè enim intereſt, delicta puniri, l. ita vul neratus. ff. ad leg. Aquil. cum ſim.*

50 *Conſidera tu, an dici poßit, illis caſibus non prodeſſe debitori fiſcali aduerſus fiſcum exceptionem induciarum à Principe conceſſarũ, qüibus fiſco obici compenſatio non poteſt, & econtra, qui caſus ſunt in. l. 3. & l. ſi ex venditione, & in l. 1. infr. de compenſat, qui quidem ſunt ſpeciales, nam regulariter contra fiſcum obijcitur compenſatio, l. aufertur. §. ut debitoribus. ff. de iure fiſci, no. in. l. 1. C. de cõpenſ. et in. l. fi. ff. eo. de compenſat. ergo regulariter dicemus, inducias huiuſmodi ei præiudicare, cum priuilegiatus in hac materia non ſit, et quod fiiſcalibus debitoribus dilatio*

concedi

concedi soleat, est text.in.l.in fraudem.§.fiscalibus. ff. de iure fi-
51 *sci.† Vel dicas, interesse, an rescriptum generale sit, concedens inducias contra omnes creditores, & tunc in generali hoc rescripto non includatur fiscus, tum ex supradictis, tum quia in generali sermone persona concedentis non includitur ex reg.l.inquisitio. C.de solut.quemadmodum etiam cedens actiones non videtur cedere contra seipsum.l.si peculium. §.sicut.ff.de pecul. lega.Bal. l.2.C.an seruus ex suo facto. Alex.consi. 109.col.2.lib.2.*
52 *An † verò specialiter in debito fiscali concessæ induciæ sint, & valere dico.d.l.in fraudem.§.fiscalibus, sic vides magis de voluntate quæri, & dubitari, an Princeps etiam contra suum fiscum indulgere uoluerit, quàm de potestate, nam posse eum cōcedere, si velit, certi iuris est. d. l. in fraudem, cum glo.ff.de iure fisci, neq; leges vllæ de potestate ambigunt.*
53 *Secundò limita supradictam conclusionem, † ita demum prodesse debitori inducias huiusmodi, si is satisdederit de soluendo, postquam induciæ ei concessæ lapsæ fuerint, l. vniuersa, infr. eo. Abb.cap.quòd ad consultationem, nume. 23. de re iud. quod procedit non solùm in dilatione quinquennali, sed etiam in annali per l.si debitori de iudic. Ias.l.vniuersa, infr. eo. & ita etiam stilus Mediol.aliarumq; vrbium, quas ego vidi, obseruat, quicquid aliter senserit Boer.in.d.decis.296.vide etiam Antoniū Caium inst.de excep.in Rub. nu.13.in addit. ad Angel. quod autem dicitur, satisdationem præstare oportere, id verum est, si a creditore petita fuerit, glo.& doct in.d.l.vniuersa, Ripa.l. ita stipulatus.nume.80.versic.quinto dubitatur: de verb.oblig. fa.quòd dicit Castren.in.l.peto.§ fi.de lega.1. Rip. in.l. 4.§.hoc autem iudicium.nu.4.ff.de damno infecto. Dec.in consil.607.*

nume.

nu.3.Fælin.in c.ſi autem.col.3. de reſcript. in c.cũ M.Ferrarien.de conſt.Dec.in c.licet cauſam:col. 3. de probat. ſufficiet tamen,ſi ante capturam interceſſerit aliqua interpellatio, requiſitio, vel citatio facta debitori creditore inſtante , dum creditum ſuum perſequitur.Alex.d.conſil.205.col 2.lib.2.

54 *Tertiò limita, quòd tales induciæ non habent vim in debito iurato, nam diſpoſitio Principis generaliter loquens non trahitur ad debitum iuratum,glo cap.cum non deceat.verſic.effectus.de elect.in 6.hoc enim tenuerunt nuncupatim Cin.Saly.Paul.Caſtren.Iaſ.in.l.fi.infr ſi con.ius vel vtil.publ.Alex.conſi. 38. lib.3.& idem Iaſ.hic,quamuis idem Iaſ. in l.fi. ff.qui ſatisdare cog.videatur contrarium tenere,per illum text. quia authoritas ſuperioris excuſat à periurio , & ante eum Paul. Caſtren. ibi,& Dec.conſil. 352.col.penul.ad quem text. tamen reſpondere potes,quòd non procedit,vbi authoritas Principis , & factum eius procuratum ſit à parte , quomodo enim poteſt quis ſe excuſare pretextu iuſſus Principis, quum ipſe tale iuſſum mendicarit,atq; impetrarit,Videtur ergo dicendum, quòd ſi Princeps ipſe motu proprio verè prohibuerit,ne debitor ſolueret , etiã quòd debitum eſſet iuratũ,excuſabitur debitor,ne ſoluat,nec ſol-*

55 *uere cogendus erit,quemadmodum dicitur, † quòd iurans ſoluere in termino,excuſatur ſi non ſoluat,ubicunq; iudex ei interdixiſſet, ne ſolueret,Hoſtiẽ.in tit.de iureiurando.§. quòd ſpecies, Fe*

56 *lin.in d.cap.conſtitutus nume.11.†In quo tamen ſcias,quod nõ ſufficeret clauſulam motu proprio appoſitam eſſe, niſi verè ad nullam debitoris petitionem propria animi ſui impulſione Princeps hoc feciſſet,quid enim,ſi conſtaret de petitione & precibus debitoris Principi porrectis, ad quas motu proprio dixiſſet Prĩ-*

ceps,

ceps, se talem dilationem concessisse, utiq; non posset dici facta motu proprio, l as. in d. l. fin ff. qui satisd. cogant. Felin. in cap. si quando. de rescript. nec ideo haberet effectus gratiæ motus proprii, quemadmodum etiam è contra, quandoq; clausula illa motus proprii operatur, quamuis constet de petitione à parte facta, quia tunc ita interpretatur, quòd Princeps concessurus fuisset etiam sua sponte, licet nullus id petiisset, Bald. cap. nisi specialis. de rescript. Dec. in l. 3. ff. quod quisque iur. in his scilicet, quæ alterius præiudicium non tangunt. In dubio autem præsumitur securitas, & induciæ, seu saluus conductus ad petitionem partis esse concessus. l. 1. ubi Bart. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. Felin. in d. c. constitutus. colum. 2. adeò quidem, ut motus proprius non posit testibus probari, Angel. Deci. & alii. in d. l. 3. ff. quod quisque iur. Rota Decis. 335. in nouissimis,

57 † *Sed hæc tamen quæstio videtur in duobus versari, An scilicet videatur Princeps voluisse concedere huiusmodi inducias etiam in debito iurato, altera an potuerit, si id uoluisse constet, quò ad priorem etenim finge concessum esse generaliter alicui, ne usq; ad certum tempus à creditoribus uexari posit, proderitne illi huiusmodi concessio etiam in debitis iuratis? In quo dicas, non videri Principem uoluisse iurata debita comprehendere, Doct. in l. fin. sup. Si contra ius uel util. publ. nec, si intellexisset iurisiurandi religionem ibi adesse, concessurus fuisset. Alberic. hic Bal. in d c. cōstitutus. in 3. colum. de rescriptis. Oldrad. consi. 93. incip. Magister ordinis. colum. 3. circa med. Craueta consi. 6. num. 95. Ancharan. consi. 308. & consi. 378. colum. 4. Parpal. in l. si quis maior. num. 36. versic. quinto. limitatur Rolan. à valle consi. 31. nume. 8. & 9. in 2. parte, de omni*

enim

enim clausula insigni mentio facienda est, not. in cap. postulasti, & cap. in nostra de rescript. Et hæc fuit sententia Alexan. in d. consi. 205. lib. 2. Grammatici decis. 12. num. 3. Afflict. decis. 5. ubi Gram. in addit. Ferrat. caut. 55. Marsil. sing. 515.
58 *Boer. d. decis. 296. num. 5.* † *Videtur tamen, quòd si debitum sit ex instrumento, cum soleant iuramenta ex stilo apponi in omnibus instrumentis, ac principi expositum fuisset debitum ex instrumento esse, videatur etiam Princeps cogitasse, quòd iuramentum adesset, & propterea uideatur ex certa scientia concessisse, ut dicit Grammatic. decis. 12. nume. 14. & 15.*
59 † *quæ tamen Grammatici dubitatio parui momenti est, nam & si clausulæ solitæ in instrumentis apponi, censeantur appositæ. l. fin. infr. de fideiuss. aliud tamen esse dicitur in iuramento, quod non censetur appositum, nec omissum addi potest. Abb. cap. pe. num. 4. de iureiur. Dec. consi. 266. colum. 3. & consil. 138. col.*
60 *pariter tertia,* † *An verò, si constet, Principem certiorem factum esse de iureiurando, ita vt de voluntate eius non dubitetur, valeat eiuscemodi rescriptum, altera inspectio est, in quo dicas, potuisse quidem S. Pontificem hoc facere, imò eo ipso quo S. Pontifex concedit eiuscemodi inducias, sciens subesse iuramentum, videtur ipsum iuramentum relaxare. Anto. Cains. d. Rub. de excep. num. 13. nec te moueat, quod etiam S. Pontifex non possit sine causa iuramentum relaxare, Glo. & Docto. in cap. quanto de iureiur. glo cap. authoritatē supra quæs.*
61 *6. Alex. in consil. 38 nume. 7. lib. 3. quia respondetur,* † *quòd procedit, vbi ingeritur magnum præiudicium, secus si agatur de paruo præiudicio, quale vertitur in inducijs temporalibus, tunc enim potest etiam sine causa iuramentum relaxare, Felin. in*

his terminis.in.d.cap.constitutus.col.8.circa med.versic genera liter.in verbo,exceptis duobus casibus, de rescript.debet tamen haberi mentio in huiusmodi literis, uel precibus non solùm de iuramento inserto contractui,sed etiam de clausula, qua promisit inducias dilatorias non impetrare,& impetratis non uti, Feli. d.cap.constitutus.col.7.circa med. Rolan.a valle consil. 31. lib.

62 *2. † Si verò sit Princeps laicus,qui tales inducias super debito iurato scienter concessit,non dubium est tale rescriptum non ualere,quia laicus Princeps nullam habet potestatem super iuramento,Cin.Salyc. Castren. Ias.d.l.fin.suprà.si contra ius uel vtil.public. Ias. in consi. 173.lib.4. Afflict.decis.5.et 111. Brun.consil.46.& Rolan.a valle consil. 31.in secunda parte. quinimo dicitur,quòd extante iuramento non possunt creditores etiam omnes vnanimes vno tantùm contradicente, etiam si rescriptum. Principis interueniat huic creditori soli contradicenti præiudicare. Rolan.a valle vbi suprà,nume.16.qui alleg. Antonium de Petru.in rep.l.1.in 25.eff.ff de iureiur. & Ioan.de Selua,in tract.de benef.part.3.quæst.13.nume.22. nam iuramentum est fori ecclesiastici non Ciuilis, no.in cap.uenerabilem. de elect. cap. nouit. de iudic. cap. quemadmodum.de iureiuran. Alex.d.consil.38.lib.3.& d.consil.205.lib.2.Ias.d.l.fin.ff. qui satisd.cogan.& hoc in loco, M. Anton. Nata.consil.vltimo lib 1.nume 1.Nec obst.l.adigere.§.fin. cum. glo.ff.de iure patron.& l.fin.in princ.ff. ad municip. ex quibus locis habetur, quod lex & Princeps habent authoritatem Apostolicam in*
64 *relaxatione iuramenti, † debent enim intelligi in his, quæ ad ipsum Principem spectant,non ut præiudicetur foro ecclesiastico,*
65 *vt dicit Iason in d.l.fi.† qui etiam addit non valere statuta,*

quæ

quæ tollunt iuramenti vim, cuiusmodi est statutum Papiæ, nu. 24. in ciuilibus, quo cauetur, ne minor iurare possit, & quòd iuramentum per eum præstitum non valeat, & quòd Authentica, Sacramenta puberum non habeat locum, quod statutum Eccellentissimus Sen. Mediolan. numquam obseruari permisit, frequenter tamen idem Eccel. Sen. rescribere consueuit, quod, vbi negocium reducatur ad effectus iuramenti, nulla ipsius ratio habeatur, quod forte ex eo fit, quia iuramenti quidem robur & efficaciam non tollit, quin obseruari, & custodiri debeat, sed eos effectus tantùm, qui iuramento a lege ciuili dati sunt, ueluti, quòd quis in mora constituatur sine interpellatione, & huiusmodi, qui effectus non sunt intrinseci, & quamuis Dec. consil. 352. nu. 8. & col fin. in fin. supponat, quod Princeps scienter potuerit tollere iuramentum hoc tamen videtur potius dixisse de facto quã de iure, dum ait, quod Princeps non audiet talem allegationem, & quamuis Decius hoc voluisset intelligere etiam de iure, malè dixisset.

Non obstat, quod in iuramento intelligatur excepta Domini authoritas. d. l. fin. ff. qui satisdare cogan. nam respondeo, vt etiam
66 *suprà dixi, † quod non procedit, quando tale Principis iussum fuisset procuratum, & mendicatum, quia tunc non est Princeps, qui soluere uetet, sed ipse debitor, qui ne soluat, Principis authoritatem sibi aduocauit, neq; enim uerisimile est, quod Prĩceps eum uolentem, soluere prohibuisset, huiusmodi via & forma literarum concedentium inducias, sed præcepto, & inhibitionis via hoc executus fuisset, quam responsionem credo verissimam, Aliter tamen respondent Abb & Dec. in d. cap. constitutus, de rescript. vt scilicet, quod dicitur, videri in iura-*

mento excepta superioris authoritas, ita sit intelligẽdũ, ne scilicet præiudicari possit ipsi superiori, in re ad ipsum spectante, ut exẽplis, quæ illi ponunt, qui tamen intellectus non satis certus est, nã iuxta eum intellectum nihil plus condeceretur authoritati superioris, quàm alteri, cum hoc non minus uigeat in priuato & intellectus communis ille est, quòd non periurus sit iudicandus ille, qui a Principe fuit prohibitus iuratam promissionem exequi, ut per Docto. in d. c. constitutus. in. d. l. fi. si contra ius uel util. publ. & concor. text. in l. fin ff. ad municip. & de incol. & in cap. uenientes de iurerando, quamuis re uera text. in. d. l. fin ff. qui satisda. cog. non dicat, sed solùm, quod qui iurato iuditio stare promisit, non uidetur deierasse, si ex concessa causa hoc deseruit, certè illa causa latius interpretanda est, † cum multæ causæ subesse possint legitimæ, quare quis excusetur, etiã preter iussum superioris, melius quidem probatur in d. l. fi. ff. ad municip. loquitur enim ille text. expressè de eo, qui à iudice compulsus aliquid fecit, sed tamen (ut dixi) nihil ad quæstionem induciarum quinquennalium pertinet, † nã qui inducias quinquennales impetrat, non dicitur compulsus, imò ipse est, qui quodammodò Principẽ ipsum per importunitatem, & preces compellit, hocq; modo ad alios quoscunq; similes textus responderi potest, † quinimo dico, quod etsi procuratæ nõ fuissent literæ huiusmodi, sed Princeps ipse præcepisset generaliter alicui, ne debita solueret, nõ uideretur tamen debita iurata uoluisse includere, Crau. d. consil. 6. nu. 95.

67

68

69

70 *Quartò limita ex Boerio in d. decis. 296. † quod tales dilatoriæ*

71 *non comprehendunt debitum ex causa depositi, quia depositum est ualde priuilegiatum in hac materia celeris solutionis, cum ei non possit obijci exceptio compensationis, uel deductio, uel doli ex-*

ceptio,

ceptio, sed modis omnibus illico, & quàm celerrime restituendū sit, ut dicit text. in l. si quis ad pecunias. C. depositi. Vndè sequi-
72 tur, quòd qualibet dispositio generaliter loquens non includit eos casus, qui in illa materia aliquo speciali priuilegio perfruuntur, & in hac specie tradit glo. in. l. 3. C. de silentiar. lib. 11 in glo. 1. in fin. ibi, uel dic etiam speciali rescripto, Felin. ca. 1. col. 7. uers.
73 secundo dispositio. de rescrip. & generalis dispositio non derogat priuilegio inserto in corpore iuris, nisi specialis mentio de tali priuilegio facta sit, glo & Doct. in Authen. qua in prouincia, infr. vbi de crimin. agi opor. verbo, illic omni priuilegio, versic. dic ergo cessare, fa. quod dicit Socin. in consil. 1. col. 10. libr. 2.
74 † quod per ista verba generalia, quod molestari non poßit, vel inquietari directè nec indirectè, non censetur derogatum beneficio restitutionis in integrū à iure concesso, Rip. d. c. 1. nu. 48. de rescrip. Sic generalis securitas contra creditores non censetur p̄iudicare priuilegio depositi inserto in corpore iuris, quod est, vt diximus, ut omni dilatione & retētione exclusa, quàm ociosissimè restituatur. Sed contrarium tamen videtur ex eo suaderi
75 † quia lex generaliter loquens includere solet etiam casus alioqui priuilegiatos, l. in fraudem. §. fin. ff. de Testamen. milit. vbi Bal. ne specialia multiplicentur. l. 1. C. de dot. promiss. neq; text. suprà citatus aliud uidetur asserere, cum utatur huiusmodi verbis, videlicet, (Nō accepisse eum depositum sub hoc modo, vt generetur ei retentio non concessa) atqui retentio concessa dicetur, quæ a Principe procedit, d. l. fin. ff. qui satisdare cogan. vbi Doctores, illa verba, ex causa concessa, ad Principis
76 concessionem referunt. † Sed hæc tamen te ne moueant, nā ad text. in d. l. In fraudem. responde. quòd debet intelligi, nisi in ea

ipsa

ipsa materia priuilegio frueretur vt per d.glo.in l. 3.C. de silen-
77 tiar.† Depositum verò priuilegiatum in hac materia ipsa dilationum iam esse diximus.d.l.si quis uel pecunias. ergo dilatio generaliter contra omnes creditores concessa non debet etiam extē di ad creditores ex causa depositi. Nec obest, quod Principis uoluntas dicatur causa concessa, nam respondeo, vt iam dictum est, quod id procedere posset, si de speciali Principis mente constaret, ut quia expressisset, se concedere inducias etiam contra debitores ex causa depositi, vel forte petitæ erant induciæ solùm ex tali causa depositi, valeret enim, quod diligenter annotandū est, sepe enim contingit nummularios, qui versuram fecerunt, a Principe huiusmodi securitates seu saluos cōductus impetrare, at Creditores eorum vt plurimùm sunt ex depositi causa, quare videretur eis tales securitates non præiudicare, nisi specialiter expressum fuisset. Cauti ipsi tamen sunt, nec quicquam omittere
78 solent, quò tutiores efficiantur.† Potes igitur statuere regulam iuxta positam limitationem, quod scilicet Induciæ temporales a Principe concessæ non præiudicant debitori ex causa depositi, quam sublimita & intellige, nisi tamen specialiter de deposito mentiō facta sit. & proximè supradictis.

79 Item † sublimita, modò verùm sit depositum, non fictum, aut simulatum, vel confessum dumtaxat; huiusmodi enim depositis fictis, simulatisue, aut confessis veri depositi priuilegia non conceduntur. Boer. decis.295. nume. 8. Ripa in l.2.§.1. ff.si cert. pet. Cagnol.in l.contractus.nume.21 ff.de reg.iur. Plot. in l. si quando.nume.430.& 431.

80 † Dicitur autem depositum confessum (vt scias discernere hoc a deposito ficto seu simulato) illud de cuius numeratione aliūdè

non constat, quàm ex debitoris confessione, Bal. consil. 384. duo sunt videnda in fi. lib. 1. Socin. consil. 143. incip. diu profectò. col. ultima, versic. confirmantur prædicta. lib. 1. quod est repetitum in consil. 171. lib. 2. Tiraquel. de retractu conuention. §. 4. ver. consigner. glo 6. num 14. quamuis huic quoq; depositi priuilegia cõpetere multi dixerunt, quos refert Rolan. a valle. cõs. 17. nume. 7. & 8. lib. 1.

81 † *Simulatum verò depositum id appello, cum re uera agitur aliuscontractus, puta, mutui, sed ei datur nomen, & titulus depositi, quo maioribus priuilegijs fruatur. Et hoc quoq; negatur, si cõstet de simulatione, frui priuilegijs ueri depositi. Bald. in l. in con*
82 *tractibus §. 1. infr. de non num. pecu.* † *Alia est depositi species, quæ depositi notissimos terminos transgreditur, propterea q; depositum irregulare, appellatur. cum scilicet rei depositæ dominium transfertur, ut, cum pecunia numeratur. l. lucius. l. dies sponsaliorum. vbi Bart. ff. depositi. quod depositum licet irregulare sit, est tamen verum depositum, non fictum, uel simulatum, & in hoc locum habent priuilegia ueri depositi, Angel. Aret. institut. de obligat. quæ ex contractu. §. præterea; quod credo verius, quam quod dicit Dec. in l. certi conditio. §. si. ff. si cert. petat. Plot. in. d. l. si quando. nume. 429. estq; communis, ut testatur Rol. a ualle consil. 17. nume. 6. lib. 1. & ante eum purpur. in l. 2. col. 3. ff.*
83 *si cert. pet.* † *est uerum, quod aliqua priuilegia possent non competere huic depositi speciei, nam, cum translatum sit pecuniæ dominium, cumq; ea uti posit depositarius, uidetur aliquo modo deposito regulari differre, sed quod attinet ad hanc speciem & factum, de quo agitur, non uideo, cur non depositarius æquè prohibeatur uti inducijs a Principe concessis, quemadmodum et cæteri*

teri depositarij regularis, verique depositi, nam, quòd pecunia numerata sit, depositarij etiam ipsius commodo cedit, cum ea uti possit, & quamuis ex numeratione illud incommodi resultet depositario, quòd tenebitur etiam ad casus fortuitos. l. incendiũ. inf. si cert. pet. quod tamen attinet ad priuilegia celeris executionis,
84 *hoc nihil facit, † & quamquam ille, qui in genere & numerato deponit, non præferatur cæteris creditoribus, id verum est respectu tertij, inter deponentem verò, & depositarium salua remanent, integraque priuilegia, l. qui hominem. §. quoties. ubi glos. &*
85 *Castren. infr. depositi. Quod † tamen dixi, depositum irregulare censeri priuilegiatum, intellige, dummodò is qui deposuit, nullas usuras acceperit, Angel. l. priuilegia. nume. 5. versic. ultimo conclude, ibi subaudi, si nullas usuras accepit. ff. de priuileg credit per l si ventri. §. in bonis. ff. eo. de priuileg cred. ubi dicitur, quòd hi, qui apud mensas nummulariorum deposuerunt, non separantur à cæteris creditoribus, si usuras acceperint, quia aliud est credere, aliud deponere, &. l. qui hominem. §. quoties. ff. depositi. Plot. ubi supra nume. 430. & ita Angel. esse intelligendam ait. l. dies sponsaliorum. §. 1. ff. depositi. Creberrimus est usus talium quæstionum, cum sepe homines pecuniosi, ne ociosam, ac sine lucro pecuniam teneant, cum ipsi negotia exercere nesciunt, vel nolunt, pecunias ipsas penes campsores vel nũmularios, seu argẽtarios, aut etiam mercatores aliquos deponant, annuosque fructus inde percipiant, hi certè priuilegijs deposito concessis non per*
86 *fruentur, quod obliuioni tradendum non est. Quæ tamen intelligas excepto casu posito in. l. qui nominibus. § 1. ff. de adm. tut. et ratio est propter duplex priuilegium, alterum. scilicet, ex persona, quia pupillus, alterum ex cõtractu; quia depositum. Beneuenut.*

nut. Stracca, in tractatu de decoct. in secunda parte. nu. 3.
Quintò principaliter limita, quod talis exceptio dilatoria non vendicat sibi locum in causa dotis, ex eadem, quam in præcedenti limitatione posuimus, ratione, quod scilicet, vbi casus est priuilegiatus in eadem materia, in qua dispositio generalis emanauit, non comprehenditur in ea dispositione glo. d. l. 3. C. de silentiar.
87 *lib. 11. † Dos enim valde priuilegiata est in hac dilationum materia, cum non admittat compensationem, nec vllam quouis prætextu retentionem, seu retardationem, l. vn. §. taceat. infr. de*
88 *rei vxo. act. † nec possit fieri pactum, vt restituatur longiori mora ultra tempus lege diffinitum, l. licet, l. dies. l. Attilicinus*
89 *ff. de pact. dotal. † qui text. in l. Attilicinus valde commendandus est memoriæ, disponit enim singulariter, nō posse fieri pactū, ut dos restituatur ijsdem temporibus, & terminis, quibus soluta fuit, ad quam legem Bart. ingenuè profitetur, se responsurum cōtrarium, nisi eam legem vidisset, si de hoc cōsultus ex facto fuisset, quamuis enim pactum non valeat, vt dos reddatur serius, quàm à lege sit dispositum, quia tamen stante solutione pactum hoc, quod solutioni ipsi conforme est, videtur quandam æqualitatem continere, videbatur tale pactum ratione æqualitatis, & mutuæ dilationis valere, argum. eorum, quæ habentur in l. de fideicommisso. C. de trasact. & l. si pater puellæ. infr. de inof. testam. sic enim ponderat Bald. nouellus in tract. dot. in sexta parte totius tractatus priuileg. 11. in. fin. nume. 13. & tamen vides contrarium decisum, tanta est, & fuit semper cura, apud iurisconsultos, vt quàm celerrima foret dotis restitutio, quid igitur mirum, si dixerimus, nec literas concedentes inducias debitori ad debitū ex causa dotis adeò in hac materia priuilegiatæ extēdi?*

G *Sextò*

90 Sextò limita,† ut non procedat in debito ex causa alimento-
91 rum, quòd eadem ratione procedit, qua et dotis causa,† solemus enim à dote ad alimenta argumentari. l. cum de in rem uerso. ubi Bart. nume. 1. ff. de usur. per text. in. l. si cui. ff. de annu. leg.
92 iuncto tex. in. l. cum post. §. gener. ff. de iure dot.† Imò fortior ualidiorq; uidetur ratio alimentorum, quàm dotis, nam qui alimẽta negat, uidetur necare. l. Necare. ff. de liber. agnos. non qui do-
93 tem dare negligit,† & alimentorum præstatio, quæ minutatim fit, non adeò onerosa debitori uideri debet, ut dotis datio, quæ unica præstatione, uel saltem modicis præstationibus fieri solet. l. fin. ubi Bart. ff eo. titu. de liber. agnoscen. Alciat. in. l. 1. ff.
94 soluto matr.† non negatur tamen, quin pluribus in casibus differant etiam dotis & alimentorum causæ, quos ponit Alex. & Ias. & cæteri in. d l. 1. ff. solu. matrim. & nos aliquid diximus. in Authen. Nouissima, sed in hoc tamen non uidentur differre, eademq; ratione idem dicam in debito ex causa studij, argu. eorum quæ doctores dicunt, in l. 1. ff. solut. matrim.

95 Septimò ex supradictis infertur ad aliam limitationem,† ut non prosint eiuscemodi induciæ dilatoriæ ei, qui debitor sit in causa annonæ, uel administrationis panis, cum ea causa in hoc negotio priuilegiata sit, cum retardari non poßit sequestratione, inhibitione, uel protestatione in contrarium facta. Authentica, sed iam cautum. infr. depositi, quem tamen textum glossa ibi intelligit de salario seu honorario debito a fisco personis publicis, sed eum intellectum litera illa non admittit, & multò minus eũ admittit textus in corpore, unde ea Authentica sumpta est, loquitur enim de Annona, quæ ad uitæ sustentationem administranda erat, neq; est nouum, quod subministratio panis dilatio-

nem

96 nem om nem resp iat de iure,†cum etiam videamus, causas panis diebus quoque feriatis tractari posse, quæ appellantur causæ pistoriæ.l publicas infr.de fer.non tamen negabo omnino, quin ét ille glossæ intellectus, ad d. Authen.sed iam cautum, aliquo modo suaderi possit, vt intelligatur de annonis publicis a fisco debitis, dum loquitur de his, qui ministrant publicas annonas, & panem sufficiunt, ad quod fa.text. in.l. 1. & 2.infr.de annon.

97 ciuil.† Vnde & idem uidetur dicendum in debito primipilari, quod pariter est priuilegiatum, l.4.infr.in quib.cau.pig.ta.cōtrahat.l.vtilitas.C.de primip.lib.12. Abb. cap. ex parte.de con-

98 suetudi.† dicebatur enim primipilus ille, qui gerebat curam annonæ militaris, fruebaturq; hoc priuilegio, quòd eius exhibitio ad diem nullam dilationem patiebatur, nec recipiebat. Alciat.in l.1.soluto matrim. & in Rub. C.de primip. lib.12. & in titu. C.de Erogat.mil.anno.eo.lib.12. Non igitur mirum, si huiusce modi causæ annonæ, panum ciuilium, primipilares non compræhenduntur in hisce literis induciarum a Principe concessis.

99 Octauò eadem † ratione idem dicam etiam in pensionibus constitutis alimentorum causa, nam illæ alimentorum naturam sequentur, eodemq; fauore vtentur ueluti causæ piæ, Roman.cōs. 388.incip.in causa propositi Thematis. nume. 3. & 5. & est glos.in l.si quis titio decem.post princ.ff.de leg.2. Dec.consil.72. nume.2. & 3. & consil.120.

100 Nonò limitatur † in pensionibus domorum, Boer. in.d. decis. 296 qui licet nihil alleget, quo id probetur; potest tamen probari, in.d. Authen.sed iam cautum.infr.dum prohibet retentionem pensionum fieri per inquilinum, sicq; apparet in hac materia priuilegiatas esse domorum pensiones.

101 *Decima limitatur, † quod tales literæ restringuntur ad debita, quibus impetrans oneratus erat, priusquàm literas induciarum impetrasset, non ergo oberunt creditoribus, quibus post dictam impetrationem debere cœpit, argum. tex. cum ibi no. in l. Aurelius. § titius seio, & l. fi. § Caio. ff. de lib. legata. per quem textum ita in specie decidit Guido Pap. in decis. 109. incip. rescripta annalia, traditq; idem Guido, sic obseruari in curia parlamenti Gratianopolitani, fa. l. si ita. ff. de auro & argent. & cap. cum capella, et ibi glos. de priuileg. cũ simil.*

102 *† Nec obstat, quòd in his, quæ sunt modici præiudicij dispositio trahitur etiam ad futura l. fin. infr. qui pot. in pignorib. nam respondeo, quod ille tex. procedit in contractibus, in quibus fit plenior interpretatio, cap. cum dilecti. de donat. nos sumus in priuilegijs. in quibus strictè proceditur. l. si quando. infr. de inof. testamen. cum simil.*

103 *† Aliud tamen fortè esset dicendum, si motu proprio Principis induciæ huiuscemodi concessæ fuissent. arg. capituli si motu proprio. de preb. in. 6.*

104 *Vndecimò limita, † vt tales literæ non noceant minori, Boerius in d. decis. 296. num. 6. qui tamen nihil allegat.*

105 *Duodecimò limita, † quòd talis dilatio a Principe non intelligitur ultra aliam, quam debitor ex pacto habuerat a creditore ad soluendum, sed eo computato, ut tenuit. Cyn. Io. Fabri. Castren. & Corn. in l. fi. C. de repudian. hæred. quos etiam refert Andr. Tiraq in tract. de retractu conuent. § 2. glo. uni. nu. 23. & nume. 69. imò amplius dicit ibi Castren. quòd concessio dilationis à Principe facta intelligitur his solis facta, qui statim conueniri poterant, nec aliquem terminum ad soluendum habebãt, uel his qui minora tẽpora inducijs à Principe elogitis habebant, quæ tempora inducijs concessis explebuntur, quod dictũ eo*

106 *adiuuari. uidetur secundùm eundem Castren.* † *quia tales dilationes miserationis gratia conceduntur, l si cum militi. §. cum intra. ff. de compensat, ideo restringi debent. Secundò videtur probari .l. talis scriptura. de leg. tertio, argumento textus in l. 4. §. si ex conuentione, versic. si quis condemnatus. ff. de re iudi. vbi si iudex condemnans aliquem ad soluendum intra diem, statuerit breuiorem diem legitimo tempore, supplebitur tempus à lege, si verò iudex dederit maiorem terminum eo, qui à lege sit datus, computabitur etiam tempus legitimũ in eo, quod à iudice datum fuerit. Neque obstare uidetur text. in. d. l. fin. de repudiã. hæredit. riam, cum ibi tempus non esset datum ad reuocandum abstensionem, non dicebatur una dilatio cũ alia concurrere.*

Contrariam tamen opinionem, quòd imò dilatio a Principe concessa intelligatur præter dilationem ex pacto, et conuentione cõpetentem, videntur habuisse Petr. de bella pertica, Bal. Ang. Alber. Alexand. in. d. l. ultima. infr. de repudian. hæred. dum

107 *eam speciem facti fingunt,* † *quòd, si Cruce signatis concessum sit priuilegium, ne ante triennium a Creditoribus suis conueniri, aut vexari possint, si tamen hi Cruce signati habebant ex pacto quinquennalem moram, & dilationem ad soluendum, illud triẽnium ex priuilegio concessum labi non incipiet, nisi post quinquẽnalem dilationem ex pacto competentem finitam; quam conclusionem communi calculo receptam attestatur ibidem Alexand. & Rolan. a valle in consil. 31. nume. 8. & 9. lib. 2. Et videtur hæc opinio satis probari in. d. l. fin. de repudian. hæredit. vbi, qui repudiauit hæreditatem paternam, si uelit reuocare abstensionem, cum nullæ ex hæreditate res alienatæ essent, cum maior esset vigintiquinq; annis, lapsaq; essent tempora ad petendũ restitu-*

restitutionem in integrum, videlicet tempus quadriennij, habebit etiam aliud triennium ad reuocandum abstensionem, Si verò sit minor, habebit illud triennium præter tempus minoris ætatis, ac etiam præter quadriennium, Cùm ergo istud triennium, quod reuocandæ abstensioni conceditur ei, qui aliud tempus à lege habet, videlicet tempus minoris ætatis, & quadriennij, non incipiat currere, nisi lapsis temporibus à lege concessis, sic videtur dicendum, quod dilatio illi a Principe data, qui aliam dilationem ex conuentione habebat, labi non incipiat, nisi conuentionalibus ter-
109 *minis peremptis.† Mihi tamen videtur, hoc in articulo sic esse distinguendum, ut, si tempora sint paria, hoc est, si dilatio, quã Princeps concedit par sit illi, quæ ex pacto competit, ac multò etiam magis, si hæc dilatio Principis breuior sit, tunc quidem locum habeat, quod Alexander Alber. Bal. Angelus cæteriq; Doctores dixerunt, ne priuilegium inane, elusoriumq; redderetur, & hoc modò etiam eos loquutos ego interpretor, Verùm, si moratoria præscriptio a Principe data longior sit termino, quẽ creditor ex pacto debitori dederat, non crederem ego has inducias a Principe concessas eo demum tempore labi incipere, cum tempus conuentionale finitum esset, sed in his tempus quoq; conuentionale esse numerandum, sicq; sententiæ Pauli Castrensis adhæreo per. d. l. 4. §. si ex conuentione versic. si quis condemnatus. ff. de re iudicata; confirmatur etiam; quia priuilegium est angustè interpretandum, l. si quando. infr. de inoffic. testamen. Ias. l. fin. nume. 23. ff. de const. princip. cum simil. quod non fieret, si intelligeremus, aliud tempus à Principe vltra dilationem con-*
110 *uentionalem esse concessum,† nec præsumitur Princeps alicui velle præiudicium inferre etiam in temporis dilatione. c. si pro-*

pter

pter tua debita, vbi glos. in verbo impediri. de rescript. in 6. Felin. in cap. nonnulli. nume. 10. de rescript. aut saltem præsumitur, quòd quàm minimum præiudicium inferre uoluerit. Feli. in cap. in nostra. nume. 27. de rescript. Quinetiam decisio de priuilegio Crucesignatis concesso ab hac distinctione haud quaquam abhorret, cum & in ea supponatur, dilationē ex Principis Priuilegio tributam breuiorem esse dilatione habita ex pacto & cō uentione, qua propter nil mirum, si interpretatur etiam vltra ipsam dilationem conuentionalem esse, ne inanis, inutilisq; reddatur prorsus & elusoria.

111 *Tertiodecimò limita † quòd hæc tempora induciarum a Principe concessarum non computabuntur, vt præbeant auxilium finiendæ præscriptioni iam cæptæ, per tex. in. l. fi. infr. qui bon. ced. possunt, illis verbis, nullo præiudicio creditori cuiquam ex quinquennali dilatione circa temporalem præscriptionem generādo; quamuis enim loquatur ille text. de inducijs a creditoribus concessis, non de concessis à Principe, eadem tamen, ac etiam maior ratio in principe est, cum non præsumatur voluisse tantùm præiudicium afferre, & cum priuilegium, strictè sit interpretandum, vt diximus.*

112 *Decimoquartò limita, † quòd executio rei iudicatæ non differtur prætextu talis dilatoriæ exceptionis procedentis a Principe, videlicet si ea sententia prolata sit in curia parlamentali, vel Sena. ut dicit Guido Pap. in decis. 97. incip. pro conseruatione, quod dicit obseruari etiam ex stilo parlamenti Parisien. refert, & sequitur Anton. Caius vbi supra in addit. ad Angel. Aret. in Rubr. de except. nume. 13. idem Guido in decis. 320. vbi Addit. Thom. Grammat. quod confirmari posse videtur,*

quia

quia non valet rescriptũ impetratũ contra rem iudicatã nõ adiecta clausula, non obstante, l. fi. vbi Doct. infr. senten. rescin. non posse. l. fin. infr. vt lite penden. l. causas, vel lites. infr. de trã-
113 sact. cap. exposita. extra. de arbitr. † quod adeò verum est, ut non sufficiat, dictum esse, non obstante sententia, nisi etiam addatur, quæ sententia transiuit in rem iudicatam. Alex. cõs. 94. incip. in causa & lite, nume. 3. & 4. lib. 2. Felin. c. super literis. in prin. col. 8. nume. 14. de rescrip. Dec. consil. 295. nume. 3. & consil. 308 in princ. & consil. 198. col. 3. in princ. imò non satis est etiam dixisse de executione, nisi dicatur, quòd transiuit in rẽ
114 iudicatã, † quia potest executionẽ sortita esse, quamuis non trãsierit in rem iudicatam, ut puta, si fuisset sententia absolutoria, quæ trahit secum executionem absq; nouo iudicis facto etiam, quòd in rem iudicatam non transierit Bart. in. l. miles. . qui iudicati ff de re iudi. sic dicunt præfati Doct. præsertim Fælin. in d. c. super litteris. nume. 14. & idem Fælin. in cap. inter monaste-
115 rium, num. 22. de re iudi. dicit, † propterea oportere, vt rescriptum vel priuilegium derogans sententiæ sit valde clausulatũ, adeò ut liquidò constet, Principem voluisse omnino derogare sententiæ, qua propter videtur, hæc obseruari debere non solùm in sententijs promulgatis in curijs, vel parlamentis, vel Senatibus, vt dixit Guido Pap. sed etiam in quibusuis sententijs à quocumq; iudice latis, quæ transierint in rem iudicatam. Caue tamẽ quia supradicta loquuntur de rescripto dato contra ipsam rem
116 iudicatam, idest, per quod præiudicaretur rei iudicatæ, † sed rescriptum concedens moratoriam præscriptionem, de quo nos in præsentia agimus, non tollit rem iudicatam, sed tantummodò
117 eius executionem differt, † imò uerius dicitur potius ipsam sen-

tentiam tale reſcriptum probare.l.ad ſolutionem.infr.de re iudi. cap.quò ad conſultationem.eo.tit. de re iudi. vnde Videbatur, quod valere deberet tale reſcriptum etiam, quod extaret res iudicata, quia modicum affert præiudicium, nihilominus ex prædicta deciſione Guidonis contrarium reſponſum videmus, qui tamen hoc dicit in ſententijs tantùm latis in curia propter ſupremam curiæ authoritatem, quaſi aliud ſentiat in alijs ſententijs latis ab inferioribus iudicibus, quod ex ſupradictis fortaſſe rationibus dixit.

118 *Decimoquintò limita, quòd vbi verum ſit, dilationes huiuſmodi non prodeſſe condemnatis ſeu de iure, ſeu ſaltem ex ſtilo, vel aliqua conſuetudine, aliaue ratione, idem pariter dicendum eſſet de his, qui propè eſſent condemnandi, ut, quia eſſent in calcu*
119 *lo ferendæ ſententiæ, † cũ paria eſſe dicantur, condemnatum eſſe, vel propè condemnandum eſſe.l.qui pœnæ.§.diuus.ff. de manumiſſ.ita dixit, & conſuluit. M. Antonius Nata in conſil. vltimo.nume.5.lib.1.quod tamen ego non ita facilè admitten-*
120 *dũ opinor, † cũ multi reperti fuerint Iudices, nec quidẽ uulgares, qui etiam in calculo ferendæ ſententiæ opinionem rectius & in melius, ſententiæq; dictamen mutarint: ſi tamen de hoc nulla mentio in precibus uel literis facta eſſet, aliud dicendum exiſtimarem ex infraſcripta limitatione.*

121 *Sextodecimò limita, † (quod quidẽ etiã multò notabilius eſt, quã ſupradicta in alijs duabus limitationibus) vt tales induciæ à Principe datæ nõ proſint, ſi fuerint impetrate ſuper cauſa iã in iudicium deducta, niſi de ea facta ſit mentio in precibus, vel literis Rolan. a valle.d. conſil. 31. nume.17. libr.2. qui citat Brun. Aſten.in conſil.46.in fi. Afflict.in decij.220.nu.13.*

quod ampliat, ſi motu proprio conceſſum fuiſſet huiuſmodi reſcriptum.

122 *Decimoſeptimò limita,† quòd tale reſcriptum prodeſt ipſi debitori principali tantùm, non autem fideiuſſori eius, ſecundum Baldum, & Salycetum hic, & eundem Baldum, in l. tam man datori, infr. de non nume. pecun. Bart. Alex. Iaſ. in. l. cum filiuſ fam. §. in hac in fin. de verbo. obliga. Arct. inſtitu. de except. in*

123 *Rub. nume. 13.† Quamuis enim pactũ de non petendo factũ debitori principali, quando eſt in rem factum, proſit etiam eius fideiuſſori, l. & hæredi. §. fin. cum tribus legibus ſequẽtibus, l. quod*

124 *dictum. ff. de pact. l. omnes exceptiones. ff. de except.† ſecus tamen eſt, ſi pactum, & exceptio competens debitori ſit merè perſonalis, ſiue ea exceptio competat ex pacto, ſiue ex iure ſcripto, ſiue ex Principis beneficio, vel priuilegio, l. & ſi fideiuſſor. ff. de*

125 *re iudic. l. 1. infr. de fideiuſſ. minori.† Exceptio autem hæc dilatoria creditur in gratiam ipſiuſmet debitoris non alterius conceſſa, vndè, cum perſonalis habeatur, non debet in fideiuſſorem*

126 *tranſire:† quod tamẽ intellige, prout etiam Baldus hic ſupponit, quòd ſcilicet fideiuſſor beneficio fideiuſſorum renuntiarit, quod fideiuſſoribus competit, ne conueniri poſsint, antequàm excuſſus ſit princialis, per Authen. præſente. infr. de fideiuſſori: nã alioqui fatua videretur hæc dubitatio, cum non poſſet fideiuſſor conueniri non excuſſo prius principali debitore, Item ſecundùm eundem Baldum præſupponere etiam oportet, eum fideiuſſorem beneficio cedendarum actionum renuntiaſſe, hoc eſt, quod non opponet creditori, vt ipſi fideiuſſori actionescontra debitorem competentes cedat, de quo no. in l. niſi. ff.*

127 *de pact.† nam alioqui non poſſet Creditor agere contra fideiuſſorem,*

iussorem, quia non posset ei cedere actionem, quam non haberet, l. stichum. §. pe. ff. de solut. no. per glo. in d. l. nisi, quæ glossa dicit,
128 *† fideiussorem posse vtriq; renuntiare, tam beneficio de fideiussoribus, id est, excußionis faciendæ, quàm exceptioni cedenda-*
129 *rum. per l. pe. infr. de pact. Aduertas tu tamen, † non videri verum, quod Baldus supponit, videlicet creditorem, contra quē datæ sunt dilationes temporales, nō habere actiones, quas fideiussori cedat contra debitorem stante rescripto Principis, nam dico ego, quòd imò habet actionem, neq; enim perempta est, sed solū eius executio dilata, vnde appellatur in l. nostra hæc exceptio, dilatoria, non peremptoria.*
130 *Sed † potes respōdere suis tueri Baldū, quòd licet habeat actionem, est tamen inefficax, cum vigore induciarum a Principe concessarum hoc tempore sit inefficax.*
131 *Item videtur obstare, † quòd, si fideiussori talis dilatio Principis nulli adiumento est, poterit saltem ipse fideiussor, si soluat, agere actione mandati contra debitorem principalem, vt consequatur id, quòd creditori ex fideiußionis causa soluerit, ita fiet, quod dilatio debitori a Principe concessa parum ei proderit, cū deinde fideiussori teneatur soluere, actione mandati illud, quod ipse fideiussor Creditori soluerit. Ad hoc respondet Salycetus,*
132 *quòd † imò fideiussor exactus non habebit actionem dilatione pendente contra debitorem principalem, nam, si debitor, habet generaliter inducias contra omnes debitores, habebit etiam con-*
133 *tra fideiussorem, † nam et is appellatione creditoris continetur l. 1. in fin. vbi doct. ff. si cert. petat. Nec obstat, si dixeris, quod, & si fideiussor dicatur creditor, is tamen tempore concessæ exceptionis dilatoriæ nondum creditor dici poterat, cum nondum exa*

ctus fuisset, sed soluerit postea, vnde succedit, quod diximus supra in limitatione decima, videlicet exceptionem dilatoriam impetratam præiudicare solùm creditoribus præsentibus, non etiam
134 *creditoribus futuris, nam ad hoc respōdet idem Salycet.† quod licet nondum soluisset fideiussor tempore impetrate exceptionis dilatoriæ, erat tamen iam tum obligatus ad soluendum, quare postea soluens, uidetur ex obligatione iam olim contracta soluisse, sicq; iam tum uidetur creditor fuisse, merito exceptio illa dilatoria ei præiudicare debet.*

135 *Verùm potest instari,† quòd dari potest casus, quo fideiussor exactus poterit agere cōtra debitorem principalē non obstātibus literis dilatorijs ei concessis, vt, si debitor habebat hanc exceptionem specialem contra creditorem absq; clausula motus proprij, quæ non potest ei contra fideiussorem prodesse, ergo non videtur tunc immunis debitor abire, solusq; beneficio induciarū frui, sed ēt fideiussor, cū omnino in debitoris damnū id sit redūdaturum.*

Responde ex eodem Baldo hic in fin. post Cinum, quem citat, & Doct. in d. l. cum filiusfam. §. in hac. ff. de verbo. oblig. quod supposito huiusmodi casu, quo fideiussori non prosit dilatoria hæc cōcessio debitori data, & quod ipse fideiussor, si exactus fuerit, a debitore consequi possit, non obstante dilatione, quod ipse credi-
136 *tori soluerit,† tamen datur via, qua debitor principalis se, fideiussoremq́; suum tueri poßit, nam fideiussoris defensionem suscipiet debitor ex persona sua tanquàm procurator in rem suā, opponetq́; dilationis beneficium, speciale est enim in defensore necessario, ut poßit adiuuare eū, quē defendit ex iure proprio et speciali ipsius defensoris. l. idēq;. §. generaliter. ff. Manda. & l. procurator ad exhibendū. §. 1. ff. rē rat. haberi. l. fideiussor. § quædā, in glo.*

in glo.ff.eo.tit.mandati. Bal.l.tā mandatori col.2.nu.8. infr.de non nu.pecu. doct.in d.l. cum filiusfa. §. in hac de verb.oblig. Sic vides sublimitari prædictam decimamtertiam limitationem,
137 *† vt non procedat, si dilatio sit concessa motu proprio specialiter contra certum creditorem, tunc enim proderit etiam fideius-*
138 *sori, † Item vt non procedat si fideiussor non renuntiarit bene-*
139 *ficio fideiussorum, quod habetur in Authen.præsente, † sublimitatur & tertiò, vt non procedat, si fideiussor non renuntiasset exceptioni cedendarum, l.stichum.§.pe.ff.de solut. glo.d. l.nisi.ff.*
140 *de pact. † Sublimitatur et quartò, quod licet ipse fideiussor opponere non possit, poterit tamen opponere debitor principalis tanquā necessarius defensor. d.l.idemq;. §. generaliter. gl.l.fideiussor.§. quædam.ff.mand.l.procurator ad exhibendum §. 1.ff.rem rat. haberi, videlicet, si debitor ipse damnum ex hoc sentire posset, ut*
141 *quia fideiussor haberet regressum contra eum. † Sublimita & quīto, ut nō procedat in dilatiōe legali.l.fi.§.fi.inf.de usur.rei.iud. Videtur adhuc contra hanc septimam decimam limitationem obstare tex in l. 3.§.si is pro quo.ff.quod quisq; iur.vbi rescriptum tollens exceptionem, quod rescriptum fuit causa retorcutionis contra ipsum debitorem impetrantem, nocebit etiam ipsi fideiussori, qui non poterit vti exceptione, sicut neq; ipse principalis debitor, qui propter impetrationem suam talem retorcutionē passus fuit, quare & pariter uidebatur, quod posset prodesse rescriptum de-*
142 *bitoris, sicut ei nocere potest ex retorcutione. † Responde, quod in d.§.si is pro quo, debitor impetrauerat illud rescriptū, etiam prius, quàm fideiussor intercederet, & consequenter, cum fideiussor a principio intercessit, nunquam inuenit competere talem exceptionem, vel responde, quod illud rescriptum, quod causa*

retor-

retorquutionis fuit, de consensu ipsius fideiussoris impetratũ fuit, unde non mirum, si & ei nocere debet, utramq; solutionem ponit gloss. in d. §. si is pro quo. in verbo exceptione uti. ubi & Bar. & alij transeunt.

143 *Sic vides resultare hinc & sextã sublimitationem, † ut scilicet, si quando debitor impetrauit inducias, nondum fideiussor intercessisset, sed post dilationem impetratam fideiusserit, ei quo-*

144 *que fideiußio prodesse debeat, quasi fideiusserit cum ea causa, † quod tamen intellige nisi diem expressisset, quo soluere se velle dixisset, qui dies angustior bueuiorq; esset inducijs impetratis, est igitur intelligendum eo casu tantùm, quo impetrato rescripto dilationis fideiussor simpliciter spopondisset pro debitore, est enim tunc, ut dixi, interpretatio facienda, quòd spoponderit eo modo, quo debitor ipse tenebatur.*

145 *Decimooctauò limita † principaliter, quòd huiusmodi rescriptum generaliter concedens inducias debitori, non videtur locũ habere, in illis casibus, quibus tenetur ad factum debitor; ad huiusmodi enim obligationes rescriptum non extenditur, si debitor faciendi potestatem haberet, argumen. eorum, quæ dicit Cin. in. l. 1. infr. qui bon. ced. possunt, quód scilicet obligatus præcise ad factum non fruitur priuilegio cessionis bonorum, sequitur Bar. in. l. Sabinus. ff. com. diuidun. ex qua decisione infert Angel. in. l. is*

146 *qui bonis. ff. de ceßio. bonor. † quòd, si qua lege municipali cautũ sit, ut obligati instrumentis guarentigiatis (vt vocant) carceri includantur, nec inde soluantur, nisi prius satisfecerint, is qui ad factum obligatus est, non admittetur ad cessionem bonorum, si facere poßit illud, quod facere promisit, & quamuis contrarium sentiat Andræas siculus in cap. Odoardus, de solutionib. Angelum*

lum tamen defendit Rodric.in d.l.2.foro legum.lib.3.tit.de los gouiernos.nume.9. & 10.& suadetur vtraq; conclusio ratio-
147 *ne,† nam huiusmodi induciæ,seu facultas cedendi bonis, gratia miserationis concederetur, quæ causa, cum in eo cesset,qui id facere potest,quod promisit,propterea tanquam cessante ratione dilatio quoq; cessare debet.faciunt,quæ dicemus infr.20.& 21. limit.*

148 *Decimononò limita,† quòd dilatio uigore huiusmodi rescripti cōcessa,quāuis impediat,ne debitor cōueniri possit,nō tamen faciet,quin currāt vsuræ, quæ remotis inducijs à Principe datis cucurrissent,vt Principis rescriptum cum quàm minimo partis p̃iudicio interpretetur, ut dicit Salycet.hic, qui in hoc citat.l.fi.in princip.infr.de vsur.rei iudicatæ, in qua lege, pendente quadrimestri dilatione idcirco vsuræ non creduntur currere, quia post eam dilationem currunt centesimæ,si ergo ponamus casum, in quo post dilationem finitam vsuræ non augeantur,consequens erit,vt pendente quoque dilatione intermitti non debant, verū hæc tamen usurarum consideratio hodie cessat,cum sacrosanctis consilijs prohibitæ sint,quæ sacrosancta quattuor consilia Iustinianus omnino custodiri debere sanxit, Authen.ad hæc. inf.de vsur.qua ratione traditum est, etiam iure Cesareo nouissimo vsuras hodie esse explosas.*

149 *Vigesimò limita,† quod huiusmodi induciæ debitori diuiti, & qui sit soluendo,concedi nō debent,quamuis alioqui ipse creditor locupletissimus foret, nam eiuscemodi rescriptorum iustitia ex debitoris opibus,vel paupertate, non ex creditoris diuitijs perpendi, & colligi solet, Ripa in responso. 10.nume.6.lib.1.de legib.& consuetu.*

Vige-

150 *Vigesimoprimò limita, quod quamuis hæ literæ prodesse possint debitori, ne conueniri, & exigi possit pendente dilatione, non tamen efficient, ut creditor, qui pendēte dilatione petierit, debeat propterea veluti agens ante tempus condemnari in expensis, & in duplicatis induciis. iux. §. temporales. instit. de excep. secundū declarationem Baldi in. l. exceptionem. col. 1. in fi. de excep. præsertim, si literæ nondum ei forent denuntiatæ, sed & forte idem esset quamuis denuntiatæ essent, quamuis enim is, qui ante diem agit, pœnam prædictam patiatur, non est tamen hoc intelligendum de tempore dato causa miserationis, sed de tempore & die conuentionali.*

151 *Vigesimosecundò limita†, quod oportet tamē rescriptū hoc creditori esse denontiatū, ut debitori prodesse possit, argu. l. nomen. infr. quæ res pign. oblig. poss. l. si quis inficiatus. ff. depositi, ex quibus iuribus hoc decidit Alex. in. d. consil. 205. col. 2. circa med. nume. 2. versic & hoc præsertim. lib. 2. Gozad. consil. 61. num. 9. & seq. Beneuenut. Stracca, in tract. de decoct. car. pe. primæ partis.*

152 *Vigesimotertiò limita, † quòd tale tēpus currere īcipiat à data ipsarū literarum, argum. cap. eam de. rescrip. cap. dilectus. de præben. quod in specie decidit Guido. Pap. in dicta decis. 109. addens hunc stilum in curia Gratianopolitana seruari, sic vides, in præiudicium ipsius debitoris in dimetiendis temporibus, an sint lapsa, an id minus, numerari ea debere, à die datæ ipsarum literarum, sed in his quæ debitoris ipsius fauorem spectant, denontiationis tempus inspici, neq; ei prius prodesse, quàm denuntiatæ sint.*

153 *Vigesimoquartò limita, † quòd in dubio tamen Princeps non præsu-*

præsumitur velle alicui præiudicare, neq; etiam in tempore, nisi hoc exprimat, arg glo. in cap si propter tua debita. ver. impediri de rescrip. in 6. Felin. in d. cap. constitutus, col. 4. circa prin. & d. cap. in nostra. nume.. 27 de rescrip. de quo & nos infra.

154 Vigesimoquintò limita, quòd si peruenit ad pinguiorem fortunam ante finitas inducias, illæ tamen finitæ censebuntur, ut de priuilegio cedendi bonis trad t Bart. in. l. notandum. §. eos. ff. de excus. tut. in. l fi. infr qui bon. ceder. possunt.

155 Vigesimosextò adde,† quòd iudex non potest angustare uel ampliare terminum ad soluendum à lege, vel ab homine concessum, potest quidem terminum ad proponendas exceptiones restringere, ex causa vel extendere. cap. pastoralis. vbi Doct. de excep.

156 Videbatur tamen, quod Iudex posset, etiam terminum ad soluendum extendere, vel restringere, cum agatur de modico præiudicio ex his quæ supra in principio diximus & mox dicturi sumus.

157 Secundo præstat tibi argumentum hic tex. † quòd exceptio dilatoria dicitur modici p̄iudicij. fa. l. fideiussor. §. quadā ff. mandati. qua ratione fit, quòd non conceditur restitutio ei, qui omisit,
158 proponere vel probare exceptionē dilatoriam,† quòd pro modica læsione restitutio concedi non soleat. l. scio. ff. de restit. in integ. vbi Bald. qui hoc in specie docet, & idem Bald. in. l. peremptorias. col. 4 versic. quæro vtrùm sicut minor. infr. Senten. rescin. non posse. Felin. cap. fraternitatis, col. 4. versic. fallit secundo. de
159 testib. † quemadmodum etiam minor non restituitur ad opponendum exceptionem fori. Ias. in. l elegant er. §. si quis post col. 2. circa med. versic. circa primum. ff. de condict. in deb. licet minor

25. ann. restituatur contra ommissam allegationem. l. minor.
160 25.ann.ommissam.ff.de minorib.ex quo etiã infertur, quod, si actor ambiguum libellum dedit super possessorio, & petitorio cumulatis in eodem libello, nec declarauit, ex qua possessione ageret possessorio, & ex qua ageret petitorio, eo mortuo poterit hoc declarari per hæredem, eo quia ex tali declaratione reo nihil aufertur excepta dilatoria exceptione, quæ dicitur esse modici momenti, nec est patrimonij diminutio, Ripa in.l.naturaliter. §.nihil commune.nume. 139.ff.de acquir.possess.
161 Tertiò nota, in illis uerbis, sine graui alterius dispendio, †quod rescripta, & priuilegia Principum debent intelligi sine graui præiudicio tertij, nam princeps numquam intelligitur uelle iuri alieno præiudicium inferre, Ias.hic. In quo est cauendum, quia nonnulli dixerunt, quòd si Priuilegium redderetur sine effectu, nisi tertio fieret præiudicium, tunc potius, tertio ut noceat inter-
162 pretari debet, quàm ut inutile remaneat, †Tu autem dicas, quod interpretatio quidem priuilegij contra ius commune potius fieri debet, quàm inefficax & inutile remanere. cap. in his. de priuileg.cap.pastoralis, in prin.de appellat. Bald.in Authen. habita.4.not infr.ne filius pro patre. Felin.in cap. 1. col. 4. versic. priuilegium, ubi etiam Dec.et Rip.de rescrip. & in cap. cau-
163 sam quæ.eo.tit.ratio, quia priuilegium sui natura, derogat le-
164 gi.cap.priuilegia.3.distinct. & cap.fin. 25. quæst. 1. †unde eo ipso, quo priuilegij nomine appellatur à Principe concedente uel bulla, & funiculis priuilegiorum exornatur, satis apparet uoluisse, & consequenter iuri communi derogare uoluisse etiam sine clausula, non obstante, Rip.cap. 1.nume. 38. de rescript. Fe-
165 lin.in Rubr.eo.titu.de rescrip.col.2.ad finem. Quæ tamen intelligas

*telligas, nisi ex tali interpretatione resultaret læsio, & præiudi-
cium tertij, nam contra ius commune quidem interpretari debet,
non tamen contra ius tertij quæsitum & eradicatum, Bald. per
illum text. in l. si quando. infr. de inof. testamen. Felin. in d. cap.
166 1. col. 5. in princ. versic. declara duobus modis. de rescrip. † In
nonnullis tamen casibus poterit etiam contra ius tertij priuilegiũ
interpretari. Primus erit, si agatur de iure quærendo, non de
iure quæsito, ad quod citari solet glo. in cap. fin. ib. q. 6. Ripa cap.
1. nume. 42. de rescript. Felin. cap. nonnulli. in princ. nume. 21.
167 de rescript. † quinimo idem Ripa, vbi proximè supra credit
etiam tunc posse priuilegium in præiudicium tertij interpretari,
quando aliàs nihil operaretur, cuius tamen contrarium diximus
168 suprà, & verius credo, † Alius casus erit, quando ex priuile-
gio deduceretur res ad terminos in quibus olim erat, ut per glo. l.
si unus. § pactus ne peteret, text. cum glo. in cap. ab exordio. 35.
distinct.*

*Sed colligendo hanc materiã, vt ordine claro Doctrina ipsius sit
169 tibi aperta. Constituas sic, † quod Princeps in dubio non præsu
mitur velle per suum rescriptum præiudicare iuribus tertij, legi-
bus allegatis hic a Iasone, quibus adde Bar. in l. quominus. col. 1.
170 in princ. in. 1. opposi. ff. de flum. qui dicit, † quòd Imperator nõ
præsumitur alicui velle concedere aquæductum ad alterius in-
iuriam, & ibi Ias. in 4. not. nume 10. & idem Ias. in l. fin. ff.
de constit. in princ. nume. 19. Bald. in tit. de pace constantiæ, in
171 ver. detrimentum. §. aduersus, † quare Dominorũ compositio
nes non debent inferre præiudicium iuribus subditorum, Bald. in
l. quicunq;. infr. de ser. fugit. Bart. Ias. Dec. in l. venia. infr. de
in ius vocan.*

172 *Amplia primò,† ut procedat etiam, quod causa aliqua subsisteret, Nellus in tract. bannit. in tertia parte primi tempor. q. 11. Ruin. consi. 29. col. 3. circa med. lib. 1.*

173 *Secundò amplia etiam, quod damnum inferretur in sola possessione, est text. in cap. dudum. extra. de priuileg. glos. in cap. 2. ver. possidebant, de decim. in 6. licet possit possessioni renuntiare absq; principe, Bart. l. si quis ui. §. differentia. in fin. ff. de acquiren. possess.*

174 *Tertiò amplia etiam,† quod ageretur de iure ad rem tantum Abb. per illum text. in cap. in nostra, in 3. not. de rescrip. Dec. consil. 37. nume. 10.*

175 *Quartò amplia, ut procedat,† etiam quòd impropria verbo-*
176 *rum interpretatio resultaret,† debent enim potius verba improprium intellectum accipere, quàm tertio damnum inferri, Bald. in cap. super eod de offic. deleg. Dec. d. consil. 373. nume. 10. & d. cap. super eo.*

177 *Quintò amplia etiam † quòd concessio facta esset motu proprio, Dec. ubi supra.*

178 *Sextò amplia † etiam in rescripto ex certa scientia, Dec. consil. 580. col. 2. in prin. & in d. c. super eo. Craueta consi. 296.*
179 *col. 5. in princ. † non enim præsumitur Princeps uti plenitudine potestatis, sed iuri conformare se velle, l. ex facto, ubi Doct. præsertim Iaf. 4. not. & Ripa. ff. de vulga. glo. 3. in cap.*
180 *paratus. 23. quæst. 1. quæ dicit,† quod licet verba non patiantur, verba tamen posita in rescripto vel lege æquitati conformari debent.*

181 *Septimò amplia,† etiam, quod illud ius, de cuius agitur præiudicio, fuisset ab eodem ipso Principe concessum, à quo rescri-*

tum emanat. Bart. l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 12. & seq. ff. de liber. & posthum. ubi Ias. nume. 70. Plot. in rep. l. si quando nume. 8. & seq. Bart. & Docto. in l. 1. C. de senten. pass. glo. in l. quicunq; versic. viginti solidis ad fin. infr. de seru. fugit. & glo. in tit. de pace Constantiæ. ver. successorum. in fin. quam omnino vt videas, hortor.

182 *Octauò amplia, † etiam quòd ageretur de præiudicio tertij respectu solius dilationis. cap. si super gratia. cap. statuimus, de offi. deleg. Corn. cons. 67. col. 3. lib. 3. Craueta. d. cons. 296. col. 5. in prin. quod scilicet intelligendũ, si longi temporis esset dilatio, secus si esset in dilatione parui tẽporis, ut hac nostra. l. cũ no. ad eam.*

183 *Nonò amplia, † etiam in dominio utili. Bart. in l. 2. C. de fun. patrim. lib. 11. Rolan. à valle in consil. 3. nu. 31. lib. 1.*

184 *Decimò amplia etiam, † quod ageretur de præiudicio personarum incertarum Dec. consil. 168. col. pen. post med. versic. primo quia videtur &c.*

185 *Vndecimò amplia, † etiam in priuilegio inserto in corpore iuris. l. impuberi. ff. de administ. tuto. & l. cum filiusfam. in fin. ff. testa. mili.*

186 *Duodecimò amplia etiam, † quod concessio facta esset in fauorem minoris Bart. l. idemq; in princ. ff. qui pot. in pignor. per tex. in d. l. impuberi. ff. de administ. tuto. Ias. in d. l. fina. nume. 20. ad fin. num. ff. de constit. princip. versic. addo, quod ista doctrina.*

187 *Decimotertiò & vltimo amplia ex Iasone hic, † quòd etiã vbi inserta esset clausula illa non obstante præiudicio tertij, esset tamen de modico præiudicio intelligenda, idem Ias. in. d. l. fin. nume. 19. de constit. princip. qui tamen Ias. dicit, quod ea clausula,*

sula, non obstante praeiudicio tertij operabitur, quamuis nominatus non sit ille tertius, de cuius praeiudicio agitur, idq; ex Castren. in l. Titius ff. de liber. & posthum.

188 *Limita autem, † quod rescriptum seu priuilegium ad praeiudicium concedentis interpretari debet. Ias. in d. l. fin. nume. 19. de Constit.*

189 *Secundò limita. † quod si res ad suum antiquum statum ex tali priuilegio, vel rescripto reducatur ea interpretatione facta, poterit etiam in praeiudicium tertij interpretari, Abb. cap. ueniens. col. 8. de praescrip. Craue. consil. 135. nume. 38. Rolan. consil. 3. nu. 121. faciunt multa quae diximus in tract. de legitima.*

190 *Tertiò limita, † si rescriptum haberet clausulam derogatoriã. Craueta, qui alios allegat in consil. 259. col. 2. in princip.*

191 *Noto † quarto, non valere rescriptum concedens exceptionem peremptoriam, vel eam auferens. Quae autem sit exceptio peremptoria nusquam melius declaratur, quàm hac lege, nempe,*
192 *ea quae perimit, & exhaurit vires principalis negocij. Sed mirum est, quod Doctores eam habeant pro exceptione peremptoria, quae differt negotium ultra quinquennium; cum tamen lapso quinquennio salua sint iura; Videbantur enim verba huius legis inuenire; quod qualibet exceptio dilatoria, quantumuis longi temporis, modo negocij totius vires non exhauriret, totamq; causam perimeret, ualere deberet, & tamen, vt vides, alio modo interpretantur Doctores, vt scilicet ad quinquennium dumtaxat dilatio concessa ualere possit, non si ultra quinquennium concedatur, quam interpretationem forte sumpserunt ex l. fi. infr. qui bõ. ced. possunt, sed certe nimis hoc modo restringitur lex nostra, nã, quod exceptio differens causam ultra quinquennium dicatur totius*

tius negocij uires exhaurire, & totam cognitionem perimere, id certè neq; ego admittam, neq; admitti potest, cum tamen Doctores ita communi consensu interpretentur, ab eis recedere non audeo.

193 *Quærit autem Paul. Castren. hic † quid si dilatio à Princi pe sit concessa ultra tempus quinquennij, puta, ad decem annos, an, cum non valeat ad decem annos, saltem valere debeat usq; ad quinquennium, an uerò in totum vitiari, quæ quæstio propter communem interpretationem supradictam utilis esse potest, quã uis propter verba legis nostræ inutilis esset, cum, ut diximus, videatur ex lege nostra etiam ad decennium ualere, sed tamen cõ muni interpretationem Doctorum retenta, videtur, quòd, si con cessa ultra decennium sit, debeat in totum vitiari per text. in. l. si sponsus. §. generaliter. ff. de donat. inter vir. & uxor. iuncta. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. & fa. l. græce. cùm glo. & l. si non sortem. ff. de condit. indeb. & quod dicit Bald. in. l. quicunq;.*

194 *in princ. supra de sacros. Eccles. † cum lex resistit actui a prin cipio, ne fiat certo modo, tunc, si actus modo prohibito fiat, nunquam ualet etiam eo modo, quo ualere potest, ad tradita per doc. in. l. 1. §. si quis ita. de verbo. oblig.*

Contrarium tamen videtur uerius, ut sal. ẽ ad quinquenniũ ualere debeat, per tex. in. l. sancimus. in princ. uer. si quid aut ẽ infr. de do nat. & tex. in. l. pecuniæ. in. l. placuit. in. l. pænã. ff. de priuilegiũ fa cere. vsur. in. l. cũ allegas. infr. eo. tit. de usur. & regula quæ ita se habet, vt, quod ago ualeat omni meliori modo, quo valere potest si non valet eo modo, quo agitur. d. §. si quis ita. l. si unus. §. si acceptilatio. ff. de pact. præsertim ex regula quam tradit Bart. ibi,

195 *† quod quando dispositio, prout agitur, non differt in modo con-*

stitendi

stituẽdi ab ea, quæ ualere posset; sed tantùm differt in commodo, tunc valere debet eo modo, quo ualere potest, per text. in l. si tam angusti. ff. de seruit. in l. via constitui. ff. de seruit. rustic. prædior.
196 *idq; eo magis, quia d. regula procul dubio procedit in actu depẽdentè à uoluntate unius, Bart. & Doct. ubi supra. per text. in l. Sceuola. ff. ad Trebellian. l. filiusfam. §. vt quis hæredem. de leg. 1. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. Non obstat text. in d. l. si spon-*
197 *sus. §. generaliter, † nam ille text. hanc nostram opinionem potius confirmare uidetur, cum ratio decisionis in eo textu sit, quia donatio facta per virum uxori commixtam habeat aliarum rerum vel personarum causam, ita ut separari sed non poßint, non impediri, sin separari poßint, cætera valere, id quod donatum est non valere.*

Non obstat; quod dicit Bald. in d. l. quicunq; sup. de sacros. ecclef. nã idem ipse Baldus contrarium docuit, in Authen. si quas ruinas col. 1. eod. titu. infr. de sacros. Ecclef. & secus se habet commu-
198 *nis opinio, † quòd imo ualeat usq; ad tempus permissum, vt testantur Iaf. & Decius. in Authen. qui rem. col. fin. eo. tit. de sacrosan. Ecclef.*

189 *Non obstat. d. l. Græce, & l. si non sortem, cum ibi no. † nam ideo nullo modo valet actus ille, quia lex toti actui resistebat à principio, meritò & totus actus vitiari debet, nec ulla obligatio etiam naturalis sola nasci debet, at in casu quæstionis nostræ lex non resistit toti dilationi, sed ei dumtaxat, quæ excedit, sic etiam respondet Dec. in d. Authen. qui rem, col. fi. in fi. dum respondit argumentis Iasonis tenentis contrarium, quem uidi posteaquam hæc solutio mihi in mentem venit.*

Limitatur ergo primo hæc conclusio, quæ habet, non valere, rescri-

200 *ptum concedens maiorem dilationem quinquennio, † vt procedat hoc in dilatione temporis excedentis quinquennium dumtaxat, nam vsq; ad quinquennium ea dilatio ualebit, in reliquo vitiabitur.*

201 *Secundò limitatur, vt non habeat locum,† si talis exceptionis remotio afferret modicum præiudicium. arg. l. fi. infr. de fruct. et lit. expen. ibi, per speciales largitates tam super spurtalis, quàm super expensis vel minuendis, vel non agnoscendis.*

Verùm hic dubitari solet de quibusdam exceptionibus, an sint dilatoriæ, & tolli possint, an verò sint peremptoriæ, easq; Prin-
202 *ceps auferre non possit,† vt ecce illa exceptio ne quis conueniatur, nisi inquantum facere potest, de qua in. l. ex diuerso. §. fin. in. l. maritum. ff. solu. matr. in. l. diuus pius. ff. de reg. iur. in. §. item si de dote. in. §. sed & si quis. in. §. fin. instit. de act. l. inter eos. §. is quoq;. ff. de re iud. l. in condemnatione. de reg. iur. l. qui id quod. in prin. ff. de donat. de hac igitur exceptione dicit glo. eam esse temporalem, & dilatoriam, glos. §. appellantur. ver. semper. in fin. illius glo. inst. de excep. & glo. in l. 3. ver. possunt instit. de ex-*
203 *cep. & glo. in. l. 3. ver. possunt. ff. de excep. quod sic probat,† nã tutus exceptione perpetua fauorabili, si soluat, repetit. Iste, qui tenetur quatenus facere potest, soluens non repetit. ergo &c. maior probatur, in. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb minor*
204 *probatur in. l. nam & si maritus. ff. eo. de condi. indeb † Item, quia potest peruenire ad pinguiorem fortunam, quo casu tenebitur satisfacere. d. §. fin. instit. de act. quod quidem futurum speratur, vt ad pinguiorem fortunam perueniat. l. cura. §. deficientium. ff. de muner. & honor. ac saltem certum est, hanc exceptionem finitum iri morte. l. etiam. ff. solut. matrim. quare tempora-*

lis & dilatoria videtur iudicanda, non peremptoria, ad quod Bart. & Socin.in.l.3.ff.de except. Sed, quicquid supra dictũ sit, concludendum est tamen in quæstione de qua agimus iuxta
205 *speciem legis nostræ, † huiusmodi exceptionem, ne conueniatur, nisi quatenus facere potest, pro peremptoria haberi, ut rescriptum eam afferens, vel auferens non valeat, cum omnino incerta sit, quare est iudicanda perpetua, l.sufficit.ff. de condict. indeb. Angel. Aret.in d. §. appellantur. instit. de exceptio. ac quia secundum præsentem statum iudicanda est, Craueta.cons. 225.col. 2.post med. & quia non potest non esse magni præiu-*
206 *dicij, nam & si ad meliores fortunas perueniat, † non poterit tamen conueniri, nisi quatenus facere poßit. glo. & doct. in. d. §. fi.instit.de act.*

207 *Eisdem rationibus † idem videtur dicendum de exceptione ordinis, & exceptione diuisionis: exceptionem ordinis appello, ut quæ est inter principalem debitorem, & fideiussorem, quia prius debet conueniri & excuti principalis, Authen. præsente infr.de fideiuss. exceptio est diuisionis inter plures reos debendi, quos diuidi oportet debitum ex epistola Diui Hadriani. l. fin. infr.de const. pecu.l. inter fideiussores, & l.seq.ff.de fideiuss. §. si*
208 *plures.instit.eod.de fideiussor. vbi glo.in vers. partes. † et poßũt huiusmodi exceptiones dici anomalæ, quasi tertia quædam species separata à dilatorijs, & peremptorijs. ad quod facit, quod dicit Bald.in ab executione.C.quor.appellat.non recip. Felin.in c.*
209 *pastoralis.col. 3.nu.7.de excep. † quod terminus excludens dilatorias exceptiones non excluderet anomalas.*
210 *Contrarium tamen videtur verius, † quod huiusmodi exceptiones debeant iudicari more exceptionis dilatoriæ, quod effe-*

ctum legis nostræ spectat, propterea tolli poßint, cum non magnum in his consideretur præiudicium, cum in omnem casum, siue prius, siue posterius conueniatur, nullum ex hac præuentione
211 *damnum resultet, nisi temporis, ad quod etiam facit,† quia exceptio excußionis, quæ est exceptio eadem ordinis, non militat, neque obijci potest, vbi procedendum est ex bono, & æquo, Bal. in l. si mancipia. §. 1. ff. de euict. post glo. ibi, nam exceptio excußionis est de apicibus iuris Dec. c. ex parte. nume. 6. de offi. dele-*
212 *gati, & l. fin nume. 23. ff. si cert. pet. † Nec obstat, quod dicit Bal. in d. l. ab executione. Felin. d. c. pastoralis, nam procedit in odiosis, nos sumus in fauorabilibus, regula enim est iuris, quod sub simplicibus ueniat mixtum in fauorabilibus. l. 2. vbi Doct. de ver. oblig. sic dicit Aret. §. Appellantur. inst. de except.*
213 *† Exceptio verò non numeratæ pecuniæ seu non numeratæ dotis habetur pro peremptoria, nam licet eæ exceptiones intra certi temporis cancellos coercitæ sint quibus lapsis opponi amplius non poßint, nempe exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium, non numeratæ dotis intra menses tres, à die simili matrimonij si matrimonium durauerit ultra biennium, vel si durauerit minus biennio tunc intra annum, Tamen quia, cum huiusmodi exceptio opposita est, & probata, negocij totius uires exhaurit, propterea iudicari debet veluti peremptoria, quod attinet ad casum legis nostræ.*
214 *Item † exceptio subreptionis rescripti licet videatur peremptoria, vt dicit glo. in c. super literis ver. nisi forsan. de rescript. verius tamen videtur mixta, sed de hoc tamen uide Beroum*
215 *latè in d. c. super literis. col. 26. nu. 76. qui dicit, † quod vbi surreptio ad lites in totum uitiat, tunc dicitur anomala.*

216 *Exceptiones † modificatiuæ, cuiusmodi sunt materia actionis de peculio, & tributoria sunt tamquam peremptoriæ, Aretin. d. §. appellantur. nume. 27.*

217 *Exceptio † pretij non soluti non est propriè exceptio peremptoria, sed magis dilatoria traditionis rei venditæ, quandocunq; enim soluetur pretium, tradi res debebit, l. si per emptorem. ff. de act. emp. Bald. in. l. peremptorias. col. 3. nume. 2. versic. itē hæc exceptio. infr. senten. rescin. non posse.*

218 *Tertiò limitatur, † vt, rescriptum tollens exceptionem perēptoriam valeat, quandocunq; constet de voluntate ipsius Principis itaq; nulla dubitatio est super potestate, sed super uoluntate dumtaxat, ut in 1. glos. declarando vt infra dicturus sum, cum dicam, quibus verbis elici poßit hæc uoluntas, & quas peremptorias auferre poßit, sed tamen prius declarare oportet, qui nam*
219 *Principes hanc potestatem habeant, † & imprimis constat, Imperatorem Romanum hanc potestatem habere, ipse enim propriè appellatur Romanus Princeps. in probem. Institutionū.*
220 *versic, princeps Romanus vbi Doctor. † & multò magis S. Pontifex, qui præest etiam Imperatori. cap. cūcta per mundū. 9. q. 3 & cap. si Papa. 40. distinct. & Cle. pastoralis. in. fin. de*
221 *re iudi. † & qui in beneficialibus habet plenißimam potestatē, cum omnia beneficia ei manualia sint, cap. 2. de præbē. in 6. Fel.*
222 *c. quæ in ecclesiam. de constit. qui amplius dicit, † Papam posse beneficium alicui auferre etiam sine clausula, non obstante, fa. c. proposuit. de conceß. præben. cum sim.*

223 *Idem † dicunt doctores etiam de alijs Principibus non recognoscentibus superiorem, de facto, ut est Rex Franciæ. c per ue-*
224 *nerabilē, qui filij sint legit. † et. de Rege Angliæ tradit Bar. ī*
225 *l. hostes. ff. de captiu. col. 2. in prin. † et de quibuscūq; ciuitatibus*

recognoscẽtibus superiorẽ, ut in ciuitatibus Florẽtiæ, et Pisarum tradit idẽ Bar. in l. toties. ff. de pollicitat. in l. infamẽ. in fi. ff. de
226 *publ. iud. in d. l. hostes. col. 3. in fi.† et de Ciui. Florentiæ Dec.*
227 *cons. 357. col. 2. nu. 1. & cõs. 125. nu 5. † et de Ciui. Vene-*
228 *tiarũ, Ias. in l. ex hoc iure. nu. 26. et 27. ff. de iust. et iure† de Ci uit. Ianuæ Dec. cõs. 361 col pe. in prin. qui tamẽ postmodũ con*
229 *cludit, quòd recognoscit superiorẽ, † et de Ciuit. Lucensi. idem*
230 *Dec. cons. 403. † et de duce Mediol. Alex. cõs. 2. col. 4 lib. 1. Dec. cons. 403. col. 2. qui alios citat, & quamuis Cardinalis contrarium teneat in cons. 128 communis tamẽ opinio sic se habet, quod et ipse Dux Mediol. superiorẽ nõ recognoscat, et quod omnia possit in suo ducatu, quæ põt Princeps in vniuerso orbe, tradit Cur. sen. in cons. 73. in 5. dub. Ias. cons. 70. col. 3. Paris. consil. 2. col. 2. lib. 2. Rolan. consi. 86. & cons. 88. lib. 1.*
231 *Potest † aũt hoc pluribus modis cõtingere, quod princeps inferior Impatore, uel S. Põtifi. nõ recognoscat supiorẽ, uel quia tale priuilegiũ ab Impatore habeat, ut nulli pareat, sed Regia Cæ*
232 *sareaq; potestate utatur, †ut de Ciui. Venetiarũ testatur Ias. in d. l. ex hoc iure. nu. 26. dicẽs venetos habere priuilegiũ libertatis, & exẽptionis obsignatũ bulla aurea: attẽditur. n. maximè tenor ĩuestituræ. c. 1. ubi Bal. de duob. fratr. a c. inuest. Bal. in p̃lud. feu. in 4. diuis. ver. porrò in l. 1. §. sed et si quis. C de latina liber.*
233 *tol. in c. 1. §. deniq; col. 1. q̃ fuit prima cau. benef. amit. cũ sim.† qua rõne etiã diximus idẽ esse in ducibus Mediol. nam (ut ex Castrensi testatur Fel.) in dipplomate seu priuilegio Ducũ Mediol. continebatur, ut possent ea facere in suo Ducatu Mediol. quæ Imperatores, & Romani Reges facere possunt de potesta-*
234 *tis plenitudine, †quòd si uidisset Cardinalis Alexandrinus, aliter forte respondisset, quàm supra consuluisse eum diximus.*

235 *Quapropter videtur licuisse ipsi Duci Mediolani statuere id quod statuit Decreto suo condito anno.* 1423. *nempe vt ei crederetur aliquid in suis litteris attestanti, quemadmodum in S. Pontifice,& Imperatore obseruatur, cle.* 1. *de probat.qua de re vide Ruin.consil.* 3. *nume.*5.*lib.*5.*Dec.consil.*544. *Incip.serenißimus.nume.*11.*& consil.*410.*col.*2.*in fi.ver.tertio principaliter respondetur,nu.*8.*& cons.*445.*col.antepe.in prin.nu.*63.*Crau.cons.*48.*nu.*1.*& cons.*104.*nu.*7.*&* 8. *& cons.*241.*col.*12.*versic.secundo respondeo.*

236 *Sed † quod statutum seu decretum huiusmodi non ualeat, quo Dux Mediolani statuit, ut credatur sibi dicenti aliquem esse rebellem,dixit Boßius in pract.crimin.in tit. de crimine læsæ Maiestatis sequutus Cardinalem in d. consil.* 128. *alias.* 154.*incip.in quæstione,quæ vertitur inter Andream,& Fælin.in cap.cum à nobis.col.*2.*nume.*3.*de testib.& Plotus in.l.si*
237 *quando nume.*762.*testatur † Eccellentiß. Mediolan.Sena-*
238 *tum declarasse tale decretum minime ualere, † tanquã contra æquitatem naturalem,& modestiam,vt alicui fides in propria causa adhibeatur,quod verißimum arbitror in eo decreto, & quandocumq; mihi incidit,consuli super hoc, quod non semel eue*
239 *nit,semper ita respondi,atq; ita vidi non semel †iudicatũ,generaliter verò,an & quãdo credatur uerbis enuntiatiuis Papæ, alteriusuè Principis, vide Crauet. latißimè hoc tractantem in tract.de antequit.temp.par.*1.*sect.*1.*nu.*9.*et seq.præter alios multos locos in suis consilijs, Rolan.a Valle tamen in cons.*1.*nu.*
240 193.*lib.*2.*ait† de consuetudine totius mũdi solere credi Principibus etiam in facto eorum proprio, alleg. Bald. in cons.* 277. *in* 3.*vol.& in consi.*420.*col.*2. *eo.lib. Afflict. in c.*1.*nu.*78.

qui

qui successor. teneantur, & Alciat. in tract. præsump. in 3. reg.
241 *præsup. 8. † dicerē, quòd hodie siue de iure, siue de facto. Prin cipi est credendum, ego vero de facto hoc admittam, at si iuris quæstio versetur, aliud dicam, quod sæpe contingere potest, cum non semper ipsemet Princeps de suo facto iudicium proferat, sed recognoscantur ipsius Iudicia, vel à supremo Principe. S. S. Pontifice, aut Imperatore, uel etiam à successore suo, qui for te non ita affectus erit, quemadmodum eius antecessor, vel forte etiam idem ipse Princeps, qui sententiam tulit, vel decretum fecit saniore postmodum vsus consilio super reuisione aditus, pre cibusq; exoratus patietur acta sua recognosci, & ad iuris terminos reduci, qua propter non est adeo formidanda Principis potentia, qui si id proferatur, quod iuris esse credatur, quod ego, vt dixi, pluries euenisse uidi, & tantò magis, quia et ipse Princeps quandoq; etiam hæc decreta non prius facit, quàm ea cum peritis contulerit, qui si responderent, credi eis omnino oportere, seu de iure seu de facto malè subditorum ageretur utilitas, hæc igitur non frustra hic tractantur, vt sciamus Principibus nos consulentibus respondere, & quod ius suaserit dicere nec aliud credo voluisse clarissimum Monferrati presidem sensisse.*
242 *Potest etiam † Princeps non recognoscere superiorem de facto, si tanto tempore iurisdictionem absolutam exercuerit, cuius initij nulla memoria extet incontrarium, Felin. c. quæ in ecclesiarum, nume. 33. vers. tertius casus extra de constit. per tex. in. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. c.*
243 *super quibusdam. §. præterea ff. de verbo. signi. † nam possessio cuius initij nulla memoria extet in contrarium, etiam in his, quæ sunt Principi reseruata, priuilegij loco habetur, et hoc in specie,*

tenuit

tenuit etiam Felin.in cap.cum liceat,col.4.versic.certum, dum subdit Abb.de præscrip.& in cap. cum nobis.col. 2.in fi.ver. secunda declaratio.eo.tit.de præscript.Bart.ante eum in.l. 1.ff. de aq.pluuia arcen.in.l.infamem.ff.de public.iudic.in l.hostes.ff. de captiuis. Abb.in c.fi.in 1. no. extra de constit.& in c.quod ad translationem.in 1.not.de offi.leg. et in cons.82.in prin.lib. 1.Alex.cons.15.col. 2. vers. & satis est,ut prædicta proce-
244 *dant.lib.5.& in cons.2. col. 3. circa med.lib.7.† & tandem hanc esse magis communem testatur Craueta, qui alios quoque*
245 *citat in tract.de antiq.tẽp.in 4.parte,in 1.sect.nu.73. †quod tamen ipse Craueta negat procedere aduersus S.Pontificem in spiritualibus,ne videatur quis velle etiam præscribere, ne tenea*
246 *tur ẽt deo parere, † Item hoc intelligit procedere in Principe aut Ciuitate,secus in priuato, nam iuri subiectionis præscribere non potest ex Oldrado in consil. incip. consueuit. col. 3. & ex Archidiacono in c.placuit.16.q.3.*

247 *Principes† igitur hi,qui uel ex priuilegio habent potestatem Cesaream in suo statu, vel ex præscriptione supra memoriam hominum,possunt huiusmodi litteras concedere, quibus etiam ex ceptiones peremptoriæ auferantur, Principes verò inferiores hoc facere non possunt.*

248 *De voluntate autem Principis constare dicetur,†primò si ex certa scientia concedat huiusmodi literas, ut dicit glos.hic in versi.fi.1.glo. dum dicit,per hanc clausulam derogari his, quæ*
249 *sunt de iure ciuili,hæc enim clausula omnem habilitationem,et omnem dispensationẽ inducit,glo.l.2.vers.elegerit,inf.de crim. sacrileg.glo.c.eam te,ver. literarum. de ætate & qual Rip.l. nemo potest.col.3.nume.14.& 15.de leg.1.Dec.c.porrecta. nume.*

250 *nu. 5. de cōfirmat. utili uel inut.* † *et talis clausula æquiparatur secundæ iussioni, geminatoq; rescripto glo. in c. 1. de constit. lib. 6. vers. versatur, circa med. in ver. in rescripto etiā. Abb. c. porrecta nu. 5. de. cōfirma: utili vel inut. Feli. c. si quando uer. gemi*

251 *natio. de rescrip.* † *hæc enim clausula tantam habet vim, quātam clausula (de plenitudine potestatis) seu, de potestate absoluta. Abb. in cap. ad hæc col. fi. de rescrip.*

252 *Contra* † *tamen videtur, hanc clausulam per se non sufficere quia talis clausula non operatur in præiudicium tertij. Felin. c. nonnulli. in prin. col. 18 versic. limita secūdo hanc quartam fallentiam de rescrip. ex Baldo in prælud. feud. col. 8. nu. 36. vers. aliqua, sed pauca de Principe, quod sentit etiam Salyc. in distinctione, quam tradit. in. l. fin. infr. Si contra ius vel util. public. post med. fa. glos. in l. 3. §. si is pro quo. in fin. 1.*

253 *glos. ff. quod quisque iur.* † *quæ loquens de exceptione peremptoria sublata ait, Imperatorem apposuisse clausulam, ex certa scientia, & clausulam, non obstante aliqua lege, quibus verbis videtur innuere, alteram ex his clausulis minimè satis esse ad tollendam exceptionem peremptoriam, sed utramque*

254 *simul requiri,* † *& hanc esse communem opinionem testantur ibi Alex. Ias. & Dec. & idem Alex. in. l. fi. ver. requiratur infr. si contra ius vel util. pub. uidelicet in ap. ad Bart. post gl. ibi & gl. l. omnis ver. per usurpationem. C. de aquæducti lib. 11. et glos. l. 1. vers. relinquitur, in fin gl. infr. de petit bon. subl. lib. 10.*

255 *&* † *ratio est, quare sit necessaria clausula (non obstante)*

256 *quādo inducēda est, uel tollenda exceptio perēptoria,* † *quia hæc constitutio nostra habet clausulam derogatoriam ad rescripta, quapropter necesse est imprimis legem ipsam tollere Fel. in cap.*

L non-

nonnulli.in prin.col.16.in prin.de rescrip.& col. 18. post med.
257 per tex.in.l.si quis in prin.de leg.3.† ex quibus vides nutare id quod docet Castren.in.d.§.si is pro quo, dum ait, sufficere clausulam ex certa scientia absq; clausula, non obstante.
258 Sed pro opinione superiori tamẽ videtur facere, † quia hæc clausula, ex certa scientia, æquipollet clausulæ, non obstante, glo. fin. in l.ratas.in vers.conueniamini.in fin. glo.infr. de rescin.vend. & glos. in l.vniuersis.in 1. glo. infr. eod. ad quod consueuit citari text.in.l.idem vulpianus.§.sunt & alij ibi. ex rescripto Imperatoris scientis.ff de excusat. tuto. & ibi Bart. Bald. & Nicol.de Neapoli.adde etiam text.in.l. quidam consulebat.ff. de re iudic. ex quibus videtur remoueri, quod suprà diximus ex Felino. requiri hanc clausulam propter legem nostram, quæ habet clausulam derogatoriam, nam respondetur, † clausulam ipsam virtualiter inesse ipsi clausulæ certæ scientiæ, sed hæc
260 non obstant, cum supra dixerimus, † vtramq; clausulam esse necessariam, ergo non sufficit, quòd uirtualiter una alteram cõti-
261 neat. † Et tãtò magis procedet, si causæ cognitio nõ interueniat quia dicta clausula (ex certa scientia) non operatur, vbi Princeps nullam causæ adhibuit cognitionem, Socin.consi.164.col.4. vers.sed ad ista respondeo.li.2.Craue.cons.296.col.6. in prin. Dec.consi.419.col.pe.& cons.544.col.pariter pen.& fi. Ro-
262 lan.a valle in cons.2.nu.164.lib.1. † Poterit forte sic distingui ex Doctorib.in.d.§.si is pro quo, an scilicet hæc peremptoria, de qua tollenda uel inducenda agitur, parui sit præiudicij, an magni, vt si parui sit præiudicij, sufficiat certa scientia, nec requiratur clausula, non obstante, quia tũc lex nostra nihil obstaret, quapropter ei derogare opus non esset, si uerò magnum præiudicium

afferre

263 *afferre poſſet ſecus, quia eſſet, tūc ſupradicta militarēt, † Inter dum tamen, & ſi de modico præiudicio ageretur, certa ſcientia non ſufficeret, vt, ſi eſſemus in caſu, quo lex omnino prohiberet impetrationē reſcripti. Alex. i. d. § ſi is pro quo. col. 3. poſt med.*

Quid autem dicemus de clauſula illa (de plenitudine poteſtatis) an per eam videatur conualidari reſcriptum auferens peremptorias exceptiones, & pariter clauſula illa (ex poteſtate abſo-

264 *luta) † paria enim ſunt hæc, Abb. dict. cap. ad hæc. extra de reſcript.*

265 *Et videtur, per hanc clauſulam ualere, ſiue auferat ſeu inducat reſcriptum exceptionem peremptoriam, quod ſic proba-*

266 *tur, † nam conſtat Principem eſſe legibus ſolutum. l. Princeps. ff. de legib. l. ex imperfecto. de leg. 3. cap. innotuit. de elect. cap. propoſuit. de conceſ. preb. & in Authen. de conſul. §. fin.*

267 *cum ſim. † cum verò ſcribit de plenitudine poteſtatis, ſeu de poteſtate abſoluta, dubium non eſt, velle eum derogare iuribus, quibus obſtringi poterat, ne id decerneret, quod propoſuerat, Abb. capit. vnico. numero 11. vt eccleſiaſt. ben.*

268 *† nihil autem principi opponi poteſt aliquid ex poteſtatis plenitudine facienti Bald. in prohem. Decret. colum. 4. & quòd Imperator poßit ex poteſtatis plenitudine etiam abſque cauſa rem ſuam alicui auferre, dicit Bald. in. l. reſcripta. colum. fina. infr. eod. & l. ſecunda colum. 6. verſic. item nota, quod ſi Papa. & numero 39. infr. de ſeruit. & Aqua. Angel. in l. item ſi verberatū. ff. de rei vendic. in. l. ij. infr. de. quadrien.*

270 *præſcrip. Dec. conſilio 198. nume. 2. † cum enim duæ poteſtates ſint in Principe, altera, quæ legibus regitur, altera prorſus abſoluta, & libera, Ioan. Andr. in cap. ex publico colum. fin.*

post med. de conuers. coniugat, hanc posteriorem exercere se
271 *velle ostendit, † cum dicta clausula vtitur, sed quid agant, ipsi tamen viderint, ne hominum assentationes, à quibus omnia ferè mala fluunt, eos in præceps, salutisq; æternæ detrimentum impellant.*

272 *Contrarium tamen in specie nostra verius opinor, quia eiusscemodi clausulæ, (de plenitudine potestatis, & de potestate absoluta) nequaquàm præcedenti dispositioni clausulam derogatoriam habenti derogare censentur, Felin. in dict. capitulo. nonnulli, in principio col. 9. in fin. nu. octauo vers. fallit quartò, hoc eliciens ex mente Abbatis ibi post Antonium, & Io. Andreæ, in c. 1. de excessib. præla. lib. 6. refert, et sequitur Socinus ĩ cõs. 120. col. 6. lib. 3. et Crau. cons. 126. col. 2. in prin. nu. 2. vers. parcat mihi reuerentia, vbi damnat Marsiliũ, qui contrarium sensit in pract. causar crimin. §. quæritur, nu. 16.*
273 *vsq; in finem illius §. † Constitutio autem nostra habet clausulam derogatoriam ad futura rescripta, in illis verbis (nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur) & quod hæc sit clausula derogatoria, tradit etiam Felin. in dict. cap. nonnulli, col. 16. in principio & col. decima octaua post med. & nos diximus supra; Adde his & quod dicit Craueta in cons. 241. col. fin. circa medium vers. & si dicas, quòd scilicet, ferendum est potius, huiusmodi clausulas inutiles, & sine effectu remanere, ac nihil operari, quàm quòd illis tertii ius auferatur.*

274 † *Si tamen coniunctæ sint clausula ex certa scientia, et clausula, de potestate absoluta, seu de plenitudine potestatis, aptæ sunt etiam tollere ius tertii, vt in specie hac præscriptionis*

tollende

tollendæ consuluit Andr. Barbat. in consil. 26. col. 3. lib. 2. Ripa in l. quominus. nume. 34. ff. de flum. Decis. pedemõ. 12. nu. 7.

275 *Sed † quid dicemus de clausula illa (Motu proprio) de cuius viribus, & effectu habetur latè per Docto. in l. si quis iniquum. in prin. ff. qđ quisque iur. & in cap. si motu proprio, & c. si pluribus. de præben. in 6. Felin. capit. si quando, & capit. ad hæc, de rescript. æquiparatur enim clausulæ non obstante, Ancharan. consil. 20. viso prædicto puncto in princ. versic. præterea effectus, & Felin. capit. causam quæ. 2. nume. 8. de te-*

276 *stib. † qui ait, clausulam hanc (Motu proprio) facere præsumi, Principem vti voluisse potestatis plenitudine.*

277 *Item † quòd operetur motus proprius ad tollendam exceptionem peremptoriam non obstante nostra constitutione, suadetur,*

278 *quia motus proprius operari solet, † quamuis impetratio pro-*

279 *hibita sit, † quamuis non operetur, vbi est prohibita concessio, Bald. l. fin. infr. sentent. rescin. non poss. Felin. dict. cap. nonnulli. col. 2. in princip. versic. & no. quod aliquando; hic autem prohibita est impetratio, adde & Ruin. in consil. 21. col. antepenul. in princ. lib. 5.*

280 *Sed † dicas tu, minimè tolli huius legis dispositionem per hanc clausulam, quia non solet operari hæc clausula in præiudicium tertij. Abb. in cap. causam quæ. 2. de testib. vbi etiam Felin. col. 2. nu. 2. Alex. consil. 215. lib. 7. Dec. in l. si quis iniquum. in prin. col. 3. nu. 9. ff. quod quisq; iur. & in c. vlt. nu. 12. de Constit. hocq; modo suprà allegata in contrarium omnia intelligen-*

281 *da sunt, † nempe, ut procedant, cum de præiudiciũ tertij non agitur, & quod dixit Ruin. in dict. consil. 21. non credo iuri esse conforme.*

Superest

Superest videre, quid dicendum sit, si rescriptum Principis auferens peremptoriam exceptionem iteratum geminatumq; sit,
282 *† Et constat geminati rescripti vim longè maiorem esse, §. & hoc verò iubemus, in Authentico, ut nulli iud. & §. deinde competens, vers. si quis autem cui tale, in Authentico, de mandat. Princ. ubi glo. Bal. in l. nec damnosa. inf. eo. Feli. per illum tex. in c. Si quando, de rescrip. col. fi. vers. geminatio*
283 *de rescript. † & secunda iussio aequipollet clausulae (non obstante) Butr. c. 1. col. 4. vers. saluari potest dictum legistarū; de rescrip. & in c. quae in Ecclesiarum, col pe. vers. quandoq; est dubium, de const. Feli. in d. c. nonnulli, col. 20. nu. 14. vers. & sic no. ubi etiam alia allegat, & inter caetera citat glo. in c.*
284 *1. vers. noscatur, de const. in 6. † quare videtur tolli rescripto geminato legis nostrae dispositionem: Ego tamen id non*
285 *credo verum esse, † quia lex nostra habet clausulam derogatoriam, quam in specie sublatam esse oportet, & quia geminatio in praeiudicium tertii operari non solet.*

286 *Concludo igitur ex supradictis omnibus, † rescriptum concedens exceptionem peremptoriam, vel eam auferens non ualere, etiam quod esset geminatum, vel haberet clausulam (motu proprio) vel clausulam, de plenitudine potestatis, seu, de potestate absoluta, vel ex certa scientia, cum eis ex clausulis non videatur constare mentem Principis fuisse, ut iuri tertii praeiudicaret, sed tunc tantùm, quando habet clausulam (non obstante) Sed, quod attinet ad hanc clausulam (non obstante) sciàs*
287 *tamen, † quod neq; sufficit, si generalis adeò sit, ut ad nullam speciē se restringat, puta, si ita cōcepta sit, v 3. non obstante*
288 *aliqua lege, † neq; rursum requiritur, ut sit specifica mentio*

facta

facta de lege nostra, dicendo sic, non obstante lege. 2. C. de præ-
289 *cib. imp. offer.* † *sed specialem esse opportet, quod est medium inter singularem, & generalem, dicendo scilicet hoc modo, videlicet non obstante lege, qua hoc fieri prohibetur, Bart. in d. l. fi. inf. si contra ius, vel util. publ. et in d. extrauag. ad reprim.*
290 *vers. non obstantibus,* † *quem licet Paul. castr. ibi repræhendat, idem tamen ipse Paul. castr. videtur cum eo sentire in cons. 228. dubitatur primo. col. 3. & Io. Baptista de Sancto Seuerino in l. omnes populi declarat, et defendit ipsum Bar-*
291 *tholum,* † *& quamuis Felin. in d. c. nonnulli, in prin. col. 11. in fi. dicat, quod nescit capere id, quod dicit, d. Io. Baptista de S. Seuerino vbi supra, tu tamen vide Decium in cons. 10. incip. viso puncto, col. 2. in fi. & col. 3. in princ. qui declarat doctrinam, & dicta Bartholi, & Io. Baptistæ, & indicat, quemadmodum intelligi, & capi vterq; potest, et quod vterq; recte loquitur.*
292 *Sed caueas tamen, atq; hoc menti fixum teneas,* † *quod in hac materia præcipuum est, quod quandocumq; inueneris apud nos scriptum, Valere Principis rescriptum auferens exceptionem peremptoriam, eo quia Princeps ita specifice declarauit, id sane intelligendum est de iure & exceptione, quæ Iuris ciuilis sit, secus si ex Iure Gentium sit, vt ait Accurs hic, qui propterea tradit, non posse principem ex certa scientia mihi do-*
293 *minium rei meæ auferre,* † *cum dominium sit de Iure gentium, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure, quod ius gentium est*
294 *immutabile.* † *quod tamen intelligendum est, vbi nulla causa*
295 *subest.* † *nam, si causa subsit, creditur, principem ex certa scientia, & ex potestate soluta legibus procedentem auferre id*

posse

posse, ex traditis latè per Doct. in l. fi. inf. Si contra ius vel util. publ. & in c. quæ in Ecclesiarum, extra de Constit. Crau. cons.
296 *296. col. 7. qui alios citat, † Unde videtur inferri posse, quod, si quis nactus sit dominium aliquo modo à iure ciuili prodito, quos modos, & titulos ponit glo. in l. 1. ff. de acq. rer. dom. Bar. & Doct. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iure, poterit princeps sine causa tale dominium auferre, Paul. castr. in l. cum hæredes in princ. ff. de acq possess. in l. 3. ff. de testam. in l. ex. hoc iure col. 4. ad fi. ff. de iust. & iure. & in cons. 178. incip. donatio prædicta, col. 2. lib. 1. & in cons. 180. incip. super eo, quod primo loco quæritur, col. 1. post med. lib. 1. qui allegat Dyn. in cons. 10. Abbas in cons. 84. col. 3. nu. 5. lib. 1. incip. videtur primam, & in cons. 77. col. 2. in fi. vers. Princeps autē;*
297 *& col. 3. in princ. lib. 2. vbi, † quòd potest princeps dominium sententia quæsitum auferre, & Bal. in l. fi. col. pen. nu. 9. vers. pone ergo. inf. senten rescin. non posse & in cons. 214. incip. casus est talis, quidam habet vxorem, in fi. lib. 2. & in c. Domino guerram. in tit. hic finit lex Federici, num. 12. in feud. Alex. cons. 2. col. 6. circa med. lib. 2. Socin. cons. 87. col. 7. vers postremò ista conclusio lib. 3. Bolognin. inter consilia Abbatis, cons. vlt. col. fi. in prin. lib. 1. & idem Bologni. in addit. ad consilia Io. de Anania, cons. 81. Dec. cons. 198 col. fi. & cons. 252. col fi. & cons. 269. col. 5. cons. 390. col. 5. post med. cons. 624. col. fi. & cons. 357. col. secunda ad fi. & cons. 498. col. pe. nu. 25. & cons. 698. col. secunda nu. 4. & in l. 1. col. fi. in fi. inf. de secun. nup. & in Rubr. ff. Si cer. pet. col. 2. circa med. & in c. quæ in Ecclesiarum, col. 10. in fi. vers. quintus casus extra de constit. Ruin. cons. xxi. col. 5.*

infi. cum seq. lib. 5. & hanc communem dicit Curt. Iun conf. 174 col. 3. Gozadin. conf. 5. col. 5 quos refert Craueta sectator alterius opinionis, in cõs. 135. nu. 22 ubi citat alia ẽt loca eiusdẽ Curtii, et idem Crau. in conf. 241. col. 4. vers. aduertendum.
298 † *Contrariam tamen opinionẽ, quod imò Princeps non possit tollere dominium quæsitum iure ciuili, habuit Bal. in l. 2. infi. inf. de Iur. & fact. ignor. in l. rescripta, col fi. nu. x. inf. eo. in l. Deo nobis §. 1. quest. vlt. supra de Episcop. & Cleric. in l. 1. circa fi. inf. de iure aureorum annul & Castrens. à more suo, et à sententia sua discedens in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. fi. ff. de lib. & posthum. & conf. 34. col. pen. in principio lib. secundo Alexan. Iason. Aret. Socin. in dict. §. & quid si tantùm, qui hanc asserunt pluribus melioribusq; iuris consultis sententiam probatam esse, Socin. inter conf. Bruni Astensis, conf. 10. col. 6. ad fin. vers. tertia conclusio, & conf. 120. col. sexta vers. aliquando & secundo, libro tertio. vbi pariter hanc opinionem frequentius receptam testatur, Felin. dict. cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 49. vers. secundus est casus quando, & numer. seq. de const. Alex. in dict. l. cum hæredes, & Aret. in d. l. tertia ff. de testam. Iason. in d. l. fi. inf. Si cõtra ius uel vtil publ. col. prima vers. septimo singulariter limita. et in l. si is qui pro emptore, col. 54. ff. de vsucap. Dec. conf. 343. col. tertia vers. & quia post aditam. qui tamen Decius loquitur, cum hæres non solum hæreditatem adiuit, sed etiam nactus est possessionem, quo casu Doctores credunt acquisitionẽ esse ex Iure gentium. Castr. d. l. tertia. ff. de testam. et in d. l. cũ heredes ubi etiã alii scribentes. Itẽ loquitur ibi Decius de legitimatione facta p principẽ palatinũ, ĩ quo certè longe minor ratio, est, quã*

in Principe legitimante, Bal. in dict. §. Domino Guerram, in tit. hic finit lex. & hanc opinionem etiam consulendo sequutus est Craueta in d. cons. 135. nu. 40. vers. non obstat secundum argumentum, iuncto nu. 20. & 22. hac quippe ratione, ut humanæ potestates et negocia nõ confundantur, et d. cons. 241. col. 4. uers. aduertendum est autem circa prin. qui licet alleget consilium Decii. 284. in vers. tertio communis, id tamen consilium non admodum deseruire videtur, sed melius facit cons.
299 *365. col. 1. circa fin. † Sed Dominus Craueta ibi distinguit in d cons. 135. nu. 40. uers. non obstat secundum argumentum, dicens, quòd Princeps non potest dirrectò et absolutè huiusmodi dominium tollere modis ciuilibus quæsitum, sed restituendo aliquem ad causæ audientiam possit, vide etiam Crauetam prædictum in cons. supra allegato, 296. col. pen. ante med. vers. secundo principaliter considero, & Felin. in dict. cap. quæ in Ecclesiarum col. 9. in principio. vers. per istam conclusionem infert Baldus, qui tamen Felin. & ipse loquitur de Comite Palatino legitimante, quemadmodum & Decius vbi supra, Adde his et Tiraquel. in tract. de cõnst. possessor. parte 3 lim. 7. nu. 48. in fi.*

300 *At prior opinio forte est verior in puncto iuris, vt scilicet possit princeps dominiũ modis ciuilibus quæsitũ auferre, cũ nulla*
301 *lege cautũ opiner contrariũ, † neq; .n. l. ex hoc iure ff. de Iust. et iure, quæ ad hoc citari solet, hoc dicit, quãuis .n. dicat, dominia esse distincta de iure gentium, itaq; fieri et cõsequi oporteat, quòd Princeps hanc dominiorum distinctionem auferre non possit, eaq; confundere, ac rursum ad communionem reducere, non ideo tamen fiet quin possit vni dominium rei suæ auferre, cum*

ex hoc non sequatur, ut dominiorum distinctio iure gentium introducta confundatur, remanebunt enim adhuc nihilominus distincta: licet enim ab uno ad alium translatum sit, distinctũ tamen erit non secus ac prius, ac quæsitum cum sit modo ciuili, cui iuri ciuili Princeps superior est, hanc potestatem eius tol
302 *lendi habere debet, et quamuis effectus sit Iuris gentiũ, † ipsa tamen causa & origo potius consideranda est, arg. l. damni infecti. §. Sabini sententia ff. de damno infecto, quamuis Baldus in tit. de pace iuramen. firman. dicat, quòd non inspicimus initiũ*
303 *sed effectum, in quem est facta digreßio, † Quæ tamen de Principe ipso intelligenda sunt, non de Comite Palatino à Principe habente potestatem. Felin. in d. c. quæ in Ecclesiarum col. 11. vers. quarta declaratio, nu. 32.*
304 *Sed † Dominus Craueta in tract. de antiquit. temp. in prima sectione prima part. nu. 52. nouißimè post tradita ĩ aliis locis, et quæ ibidẽ prius copiosè disseruit, sic ait, putare se, idem esse in iure quæsito mediante ministerio iuris ciuilis, et in iure quæsito de iure gentium, ut neutrum ius à Principe sine causa tolli poßit. Sed in hoc solùm differentia versetur, nempè in causa, namq; ut quæsitum dominium iure gentiũ auferri poßit, non omnis causa valebit, sed ea duntaxat, quæ publicam utilitatem principaliter spectet, idq; ex Bar. in l. quæcumq; in fi. inf. de fide instrum. & iure hastæ fiscal. lib. 10. Oldrado, in cons. 224 istæ sunt allegationes. col. 7. Paul. castr. in cons. 177. Donatio prædicta in cõs. 229. visis et ponderatis col. 2. post med. et aliis per eum ibi cita-*
305 *tis. † Ubi verò agatur de tollendo iure quæsito mediante iure ciuili, eiusue ministerio, non putat causam talem exigi, quæ publicam utilitatem principaliter concernat, sed sufficiat alia*

M 2 *quæuis*

quæuis causa etiam vtilitatem priuatam respiciens, ponitq; hoc exemplum, vt, si agatur de auferendo iure quæsito ex sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, nec subsit remedium aliquod restitutionis in integrũ, iuxta. l. Imperatores. ff. de re iudic. et no. in. l. admonendi. ff. de iureiur. iusta causa erit, si dicatur sententia contra ius lata, &, ne aduersarius cum aliena iactura locupletetur, vel quia diligenter curatum litis negotium à procuratoribus non fuit, quod interdum fieri vidi, ac proximis quoque diebus Senatus Eccellen. Mediolani contra rem iudicatam audiri partes concessit, quod tam de iure, quàm ex æquitate esse Craueta credit, Socin. tamen in. l. singulis. ff. de except. rei iudic. post Cuman. ibi. ait malefacere principes, qui facilè concedunt literas, ut veritas sententiæ causæ decisæ iterum discutiatur, ac quia leges prohibent, non ualent tales literæ sine clausula, non obstantibus, Senatus quidem prædictus Mediolani, & si quandoq; eas concedat, vt dixi, non tamen facilè sed rarißimè, & vix eas concedere solet.

306 *Ex † his inferri potest ad alium articulum, An scilicet tollere poßit dominium vtile, cum tale dominium sit de iure ciuili, Bart. in dict. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, vnde, si verum sit, posse Principem dominia modis ciuilibus quæsita auferre, consequens erit, vt dominium vtile pariter tollere poßit: Sed tamen, quòd non poßit, opinatus est Bartholus in. l. tertia per illum tex. C. de fund. patrimoniali. lib. vndecimo & in extrauagan qui sint rebelles, vers. rebellando. col. 3. vers. item quæro, & Ias. in l. fi. col. prima inf. si*
307 *contra ius vel vtilit. public. qui alios citat, † Sed ad notitiam huius rei præmittendum est, triplicem esse vtilis domi-*

nii speciem, vnum scilicet, quod dirrectum elidit, ac perimit; aut saltem debilius reddit, cum ei aduersetur, illud est domi-
308 *nium vtile, quod præscriptione acquiritur, † quamuis enim vsucapione dominium dirrectum quæri soleat, præscriptione tamen vtile tantùm acquiri constat, Glo. & Bar. in Authen. Nisi tricennalis, inf. de Bon. Matern. Felin. in Rubr. extra de præscrip. quamuis Decius frustra conatus sit in l. traditionibus. col. fin. inf. de pact. defendere, præscriptione do-*
309 *minium dirrectum acquiri. † Hoc autem vtile dominium præscriptione quæsitum propterea directo aduersari dicitur, nam si Dominus dirrectus agat contra eum, qui præscripsit, poterit præscriptionis exceptione repelli, l. Si quis emptionis.*
310 *infr. de præscrip. 30. annorum † Et hoc est, quod dicitur, dominium occidi, & extingui præscriptione, id est, vtili dominio, vt gl. dicit. in l. tertia §. ex pluribus, in vers. poßideo. in fi. ff. de acq. posses. & Glo. in l. si ædes. prima §. primo in vers. poßidet, quæ est vltima glo. ff. de seruit. vrban. præd.*
311 *† quæ glossæ, dum dicunt, dominiũ præscriptione extingui, sic declarari, & intelligi debent, vt scilicet dominii effectus contra præscribentem cesset, non autem, vt omnino perem-*
312 *ptum extinctumq; sit, † neq; enim verum est, dominium dirrectum penitus extingui, si quidem remanent, ac superstites sunt aliqui eius effectus, & reliquiæ, non obstante præscriptione; si enim res præscripta ad manus tertii alicuius peruenerit, dominus dirrectus eam vendicare ab illo tertio poterit ratione sui Dominii dirrecti, quod adhuc spirat, nec dum omnino exanime est, atque in rerum natura esse*
313 *dicitur. † quinimo, si res præscripta reuertatur ad*

manus

manus Domini dirrecti, non poterit illi auferri per eum, qui præscripsit, vt est casus secundum intellectum Ioannis communiter approbatum, in l. si quis emptionis. in princ. infr. de præscript. 30. anno quod declarat etiam Ripa in Rub. extra de cau. possess. & propriet. nu. 44. & nu. 45.

314 *Altera † est species dominij vtilis, quod dirrecto quidem est inferius, non tamen ei aduersatur, eiusmodi est dominium vtile, quod habet emphiteota, superficiarius, vassallus, & si qui similes. l. 1. in fin. ff. si ager vectigal. vel emphit. petat. & l. 1. §. quod autem ait. ff. de superfacieb. cap. 1. §. rei autem. de inuesti. de re aliena facta, quibus in locis dicitur, huiusmodi personas, scilicet, vassallum, superficiarium, emphiteotam habere vtilem actionem in rem, & consequenter dominium vtile, Dominiũ verò directum, quod remanet penes dominum, appellatur dominium superius, seu dominium principale.*

315 *Tertia † est species dominij vtilis, quod neq; dirrecto aduersatur, neq; illi inferius est, aut subijcitur, verùm directo simile*
316 *est, & par in effectu, & potentia, † atq; idcirco proditum est, quia actiones dirrectæ transferri non possunt, cum ossibus inhæreant, affixæq; sint, l. 3. vbi glos. ff. pro socio, hinc fit, quòd saltẽ*
317 *actiones vtiles, & dominium vtile transferatur, † ideoq; do*
318 *minium tale à nonnullis appellatur effectus dominij, † de quo potest poni exemplum in fideicommissario, cui ab hærede restituta hæreditas sit, . restituta insti. de fideicom. hæredit. l. ex asse.*
319 *vbi Bart. ff. ad Trebel. † Item in quocumq; casu dominium ceditur a Domino dirrecto, ut no. in l. fin. infr. de hæred. uel act.*
320 *vend. Item in eo, cui dominium absq; traditione acquisitum est, vt no. in l. fi. in glo. pe. in prin. sup. de sacros. eccles. in Authen.*

then. donationem. infr. de iure dot. vbi glo. & Salyc. in l. i. infr. de donat. quæ sub modo. vbi glos. & patet exemplis positis per Deciũ in d. l. traditionibus. infr. de pact. Tiraquel. de constitu. pos. in 2. parte, Ampliat. 8. nu. 2. & has tres species dominij vtilis videre licet ex Bart. & Alexandro in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. posses. quæ dominiorum species cum iure ciuili proditæ sint, videtur dicendum eas à Principe tolli posse et sine causa, quemadmodum de alijs dominijs iuris ciuilis supra dictum est, generaliterq; conclusum, quod in feudo nuncupatim dixit Decius in consil. 498. col. pen. in princ. & consil. 269. nu. 7.
322 *& 8. † reddens hanc rationem, quòd, cum in feudo vassallus habeat solùm vtile dominium, quod quidem vtile dominiũ est de iure ciuili, propterea potest illud princeps arbitratu suo auferre, quæ ratio alijs pariter dominij vtilis speciebus conuenire videtur.*
323 *Vnde † nõ videtur satis tutum esse, quod retulimus supra ex Bart. in. d. l. 3. C. de fund. patrimonial. neq; rationes per eum ad-*
324 *ductæ in d. extrauag. Qui sint rebelles concludere uidentur, † quamuis enim dominium vtile sit effectus dominij, ut ipse ait, non ideo tamen fit, quin modus ille, quo talis effectus dominij producitur, sit iuris ciuilis, qui modus quidem attendi solet; ac si non modum, sed effectum dominij spectaremus, nulla dominij spe-*
325 *cies à Principe auferri posset, † cum & aliæ dominiorum species a iure ciuili proditæ effectum habeant dominij, ac certæ infitiari non possumus, quin hic saltem effectus dominij, quod utile dicitur, iure ciuili proditus sit, puta præscriptione alijsue similibus modis, cur igitur non dicamus hunc dominij effectum, cum ex iu-*
326 *re ciuili sit, à Principe tolli posse, † quod enim dicitur, dominiũ*

vtile

utile nichil aliud esse, quàm effectum dominii iuxta glossam, in Authen. Nisi, inf. de Bon. mater. cum ibi no. non ea ratione dictum est, quod minus de iure ciuili esse credatur, sed, vt ostenderetur, non minoris vtilitatis & effectus esse, quàm cætera dominia, & nihil ab eis differre, nisi in nomine & origine: nec tamen dicitur magis dominii iurisgentium esse effectus, quàm dominii Iuris ciuilis, sed generaliter effectus dominii di-
327 *ctus est, † deinde non credam ego, vllum dominium etiã iuris ciuilis carere dominii effectu, & tamen iuris ciuilis dicetur,*
328 *& à Principe auferri posse concedetur, † imò & cum effectus dominii est ex voluntate Principis causatum, tolli potest Rolan. cons. 3. nu. 143. lib. 1.*

Et quamuis obstare videatur tex. in c. primo, de Natura feudi, &
329 *in c. 1. de feudo sine culpa non ammittn. vbi Bal. 1 dicens, quod princeps hoc facere nõ potest etiam de plenitudine potestatis, nec etiam cum tota Maiestate sua gl. in c. 1. §. notandum.*
330 *qui feu. dare possunt, tamẽ respondeo, id procedere, † quia contractus cum principe initus erat, quapropter iam dicitur princeps obligatus de iure gentium, l. prima ff. de pact. & princeps tenetur ex suo contractu, Bal. in l. qui se patris. inf. vnde legit. doct. in c. primo. de pact. in c. nouit. de iudic. in c. primo de probat. Felin. in c. cum M. Ferrarien. & c. quæ in Ecclesia-*
331 *rum. de constitut. † feudum enim dicitur contractus nominatus c. de forma. 22. quest. 5. quod in specie dixit Crau. in tract. de antiquit. temp. in prima parte. nu. 17. Quare videtur in-*
332 *ferri posse † quòd, si feudum non deriuarit ab ipso principe, qui illud auferre vult, nec ab eius antecessore, sed ab alio fortè eius subdito, quòd tunc auferre illud arbitrio suo poßit, atq; hoc mo-*

do

do arbitror intelligi oportere, quæ scripsit Decius in d.cõs.269
333. et cons.498. † uel dicas, interesse, an feudi inuestitura facta sit gratis, et ex liberalitate mera Principis, quo casu forte posset ab eodem auferri, an precio intercedente, & tunc non poßit, quia contractus sit, per ea quæ tradit Bal. in d.l. qui se Patris.
334 † & quamuis princeps facilius tollere poßit ius à se concessum id tamen intelligendum, nisi ex contractu concessum sit, Paul. Castr. cons. 200. visa. infi. lib. 2. Crau. ubi supra nu.54. et 56.
335 † Quæ supra dixi de vtili dominio, eadem pariter de quasi dominio dicta intelligas, quale est illud, ad quod datur actio publiciana, de qua in .§. namq; si cui inst. de act. vbi Doct. &
336 to. tit. ff. de publici † cum & hoc quasi dominium inductum sit de iure ciuili, nempe a Publicio prætore, quod veluti pars iuris ciuilis à principe tolli potest, ipsum tamen quasi dominium potest & ipsum quandoq; directum esse, quandoq; vtile, Rip. in d. Rub. de caus. poss. & propriet. nu.46.
337 † Ac, quicquid dictum est, posse dominium modis ciuilibus inductum à principe auferri, intelligendum est, nisi quæsitum sit mediante traditione, quod tunc sit de iuregentium, Castr. dict. l. cum hæredes. de acq. posseß. dict. l. tertia. ff. de testam. & in dict. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & Craueta in d. tract. vbi supra nu.49. & seq.
338 Sciendum est etiam, † quòd, quibus in casibus potest Princeps alicui iura sua & defensiones auferre quæ iure ciuili competunt, poterit tamen is, cui ea auferuntur, latum Iudicis officium implorare, manuq; regia id consequi, quod olim primæuo iure competebat; Imola post Antonium. in d.c. quæ in Ecclesiarum ex no. ab Innoc. in d.c. nouit. de Iudic. sequitur consulendo

Soci.in conf.164.col.4.ad fi.verf.nõ omitto.lib.2.et nouißime hæc refert,ac probat Crau.in d.tract.de antiqu tẽp par.1.fect.
339 *1.nu.48. † quod fanè haud facilè ad forenfem ufum deduci poffe exiftimarẽ;quod tamen ẽt ante eos dixerat Abbas in d.c.*
340 *quæ in Ecclefiarũ nu.12.† Non erit tamẽ omnino hoc inutile,quãuis.n uerifimile nõ fit principẽ ipfum manũ Regiã adhibiturũ,ne uideatur uoluiffe tollere actionem,ut deinde fine actione exequatur,quamquam peccet nõ exequendo. Alex.et Iaf.in l.*
341 *Iurisgentiũ.§.igitur nuda.nu.15.ff.de pact. † alii tamen effectus inde refultabunt,nempe,qđ in curia mercatorũ,et ubiuis locorum, quibus proceditur de bono et æquo executionẽ accipiet,nõ*
342 *atiento,qđ actio fublata fit,† cum ẽt ex pacto nudo agi poßit Bar.in.l.quintus,et in l.fi fideiuffor.§.quædam.ff.Manda. Iaf.*
343 *d.§.igitur nuda nu.11. et 12. † item poterit peti executio per uiam denontiationis Euangelicæ ẽt in foro ciuili,Iaf.ubi fupra*
344 *pra nu.14. † itẽ in terris Ecclefiæ ẽt in foro feculari accipiet executionem.Felin.in d.c.quæ in Ecclefiarum nu.59.*
345 *Eft præterea infpiciendum, † quid dicendũ fit de exceptionibus,an de his veluti à iure ciuili inuentis iudicandum fit,propterea q; auferri indiftinctè poßint, an verò quafi à iure gentium*
346 *proditæ ab eo tolli non poßint, † quamuis.n.tam per textum hic,quàm per Gloffam fupponatur, exceptiones effe iuris ciuilis, de quo & nos fupra,hoc tamen vt ex profeffo tractetur,fub incudem reuocandum eft, nam examinatione opus eft, Quod*
347 *enim de iure naturali fint, eo fuaderi poteft †, quia defenfiones funt.l.fi quidem & l. defenfiones.inf.de except. c. dilecti*
348 *de except. † defenfio autẽ eft Iuris naturalis l.1.§.cum arietes.ff. fi quadrup. pauper.fecis.dicatur.l. vt vim.ff.de Iuft. et*

iure Cle. pastoralis. de re iudica. quod expreßit Abbas in Rub. ex. de except.

349 *Contra quod tamen facit, † quia exceptio tolli à principe solet, ut hac lege nostra, et in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iur.*
350 *& in c. ex parte, de offic. delegati, † quod minime posset, si iuris naturalis esset, Quam difficultatẽ sentiens Paul. Castr. ĩ d. §. si is pro quo, et concedens exceptiones esse iuris naturalis, respondet, decisionem, dicti. §. si is pro quo, in eo fundari, quia sicut potest actori sua actio auferri, sic et reo debet posse exceptio tolli, ut seruetur æqualitas, l. fin. inf. de fruct. & lit. expen. & ne melioris conditionis sit debitor, quàm creditor, sed hæc tamen solutio non satisfacit, quia allegat inconueniens, non soluit. l. creditori, de oper. no. nunciat, deinde non tollit difficultatem legis nostræ. Aliter dicit Alexan. in prædicto eodem. §. Si is pro quo, ex mente Bartholi in dict. l. ex hoc iure, nempe, quod Exceptiones non possunt negari esse de iure ciuili, cum tollant actiones, quæ sunt de iure ciuili, quamuis enim consensus de iure gentium sit, approbatione tamen & forma sunt de iure ciuili, nihil enim impedit, quin de iure ciuili dici pos-*
351 *sint, quamuis materia ex iuregentium sit, † quemadmodum obligationes, & actiones, quamuis præexistens earum materia videlicet contractus, sit iurisgentium, ipsæ tamen iu-*
352 *ris ciuilis sunt. Quæ tamen solutio non satisfacit, † cum ad iudicandum an exceptio sit iurisgentium, an iuris ciuilis, & proptere a an habeat effectus iuris ciuilis, an iurisgentiũ, inspiciendũ nõ sit, an iure ciuili approbatæ sint, sed origo, quò ad hunc effectũ an*
353 *tolli poßint, † quẽadmodũ dicitur de testamẽto, qđ ex cõmuni opinione iurisgentium inuentum est, & propterea à principe*

tolli non potest, quamuis forma sit de iure ciuili, l. si testamen-
354 *tum, vbi doctor. inf. de Testamen.* † *Sed quod exceptio-*
nes iure gentium inuentæ sint, patet in cap. serpens. dist. prima
355 *de pœniten. Specul. in prohæm. vers. Sanè num. 24. Nec*
obstat, † *quod, cum actiones sint de Iure ciuili, necesse etiam*
356 *sit exceptiones eodem iure esse, cum eas excludant,* † *cum*
actio sit causa exceptionis, nec poßit causatum præcedere cau-
sam, vt dicit Felin. in d. R. de excep. col. 2. in princ. ex Bar-
tholo in d. l. ex hoc iure; infi. ad hoc enim respondet Decius in
357. *d. §. Si is pro quò,* † *quod exceptio non solùm excludit actionē,*
358. *sed etiam excludit intentionē,* † *intentio autem prodita erat*
etiam ante natas actiones de iure gentium, sortiebaturq; execu-
tionem manu Regia, quare & tunc erant in vsu exceptiones,
& quamuis deinde intentio reducta sit ad certam actionum
formulam, non idem tamen est in exceptionibus.
359 † *Contrà tamen, quòd etiam exceptiones habeant formam*
360 *à iure ciuili, patet,* † *nam clarè & dilucidè proponi debent, et*
aptè, quod si ineptè fuerint propositæ, succumbet excipiens. l. 1.
§. Labeo. vbi Bar. ff. de flumin. & idem Bar. in l. prima ff.
de except. & in l. ab Anastasio, vbi etiam Bal. inf. Man-
dati. Lafran. Orian. in c. quoniam contra falsam vers. exce-
ptiones nu. 21. de probat. Felin. in Rub. ex. de excep. col. secun-
361 *da, circa med. & cap. pastoralis. col. antepe. de except.* † *non*
ideo, tamen requiritur eam in scriptis proponi. Orian. vbi supra
num. 17. & 18. per l. scire oportet. §. oportet ff. de excusat.
362 *tut.* † *vnde non est bona comparatio, quam facit Alexāder*
363 *de exceptionibus ad actiones,* † *cum actionum certa sit forma*
certaq; nomina à iure ciuili data; exceptionum autem non sic.

 Item

Item prædicta intelligenda esse existimarem, vt quibus in casibus dictum est, posse Principem rei suæ Dominium alicui auferre, vt quia modis a iure ciuili inductis quæsitum sit, alijsue rationi-
364 *bus † id tamen intelligendum sit, dummodo iustum prætiū rei Domino soluat. l. mulier in opus. ff. de capt. & post l. reuer, ex quo tex. Cepol. in cautela 12. ait, quod emens rem furtiuam aut raptam potest a Domino, prætium recuperare, si eam restituere cogatur. Ias. in l. si prætium in fi. C. de procurator, & tex. in l. in bello. §. si deportatum, & §. sed si in captiuo. ff. eo. tit. de captiuis & l. 2. C. ex quib. cau. serui pro prem. liber. accip. & l. si quando C. de oper. public. & l. si locus §. fi. iuncta. gl. ff. quemadmo. ser. amit. & l. 2. C. de Nauicular. non excusan. lib. 11. quā sententiam ex prædictis iuribus tenent. Felin. & Dec. in c. quæ in ecclesiarum, de constitut. ibi quidem Dec. nu. 26. & idem Dec. cons. 520. col. fi. et Soc. 120. nu. 8. infi. lib. 3. Ruin. cons. 88. col. fi. lib. 4. & cōs. 3. col. 5. Rolan. a vall. in consil. 69.*
365 *nu. 15. vsq; ad nu. 25. lib. 2. † quod procedit etiā si apposita esset clausula, non obstante. Ias. l. fi. inf. si contra ius vel util. publ. Dec. cōs. 537. nu. 6. Paris. cons. 11. nu. 117. lib. 1. Rol.*
366 *a Valle vbi sup. nu. 24. † & procedit etiam in bonis feudalibus vel censualibus, vel emphiteoticis, in quibus Princeps dominium directum habet, nedum in allodialibus, in quibus nullum dominium habet, vt in specie tradit Rolan. vbi supra. nu. 25. & 26. qui ait, nullam apud scribentes in hac materia constitui differentiam inter bona feudalia, & inter bona allodialia, quæ a Principe publicæ vtilitatis causa capta sint, utroq; enim casu prætium debetur, ex Luca de penna in d. l. fi. col. 26. uers. & quid in feudis. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. & Afflicto*

cto, in c. 1. nu. 26. de capit. qui cur uendid. & eodem Afflicto & Isernia in. c. 1. §. similiter. de capitan. qui cur. vendidit, & ex Ruino in. d. cons. 31. in fi. lib. 5. dum consulit pro comite Musocchi. et ex alijs multis per eum ibi adductis. Et hæc certè est æqua acceptabilisq; opinio, & quamuis gl. in l. si locus. §. fi. ff. quemadmo. seruitu. amit. in fi. dicat, hoc de consuetudine non obseruari, quam sequitur ibi Alberic. de Rosate, & Paul. Castr. Rolandus tamen ubi suprà nu. 46. & seq. ait, quatenus uerum esset, consuetudinem aduersari, ut ait glossa, eam tamen consuetudinem obseruari non debere, veluti irrationabilem, & minimè receptam ait illam Glossam, ex Isernia in c. 1. §. post natale. in fi. de pace tenen. & eius violat vbi Afflict. col 2. & Ias. d. l. fi. col. 2. in f. si contra ius vel util. publ. & multis alijs, quæ ipse cumulat: ac certe, vidi ego sepe obseruatum hoc, vt Princeps soluat pretium, & damnum sarciat priuato illatum etiam rei cuius ipse princeps dominium dire-

367 *ctum habebat † quod tamen nonnulli intelligere volunt, & declarare, nisi id generali lege cautum esset, cuius legis occasione sequeretur, aliquorum bonorum dominium priuatis auferri, nam supradicta ita demum procedere arbitrantur, si contra certam personam, uel etiam certas personas statuta lex fuisset. Alex. cons. 190. col. 4. uers. ad tertium lib. 2. seu in cons. 108. lib. 3. Ruin. cons. 60. col. 3. lib. 5. Dec. d. cons. 520. col. fi. uers. & prædictæ, & d. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 26. sed contrarium tamen tenuit Ias. in l. Barbarius col. 8. in fi. uers. inuenio*

368 *tamen. Roch. in c. fi. de consuetudine, col. 3. † Illud certe indubitatum, est quòd, si lex generalis vnius tantũ, vel paucarum personarum ratione facta uideretur, licet personæ expressæ*

non

non fuissent, idem tamen iudicandum esset, ac si lex illa specialis non generalis fuisset, quamuis generalibus verbis concepta esset Bar. in l. omnes populi nu. 53. vers. credo tamen, quòd licet statutum. ff. de iust. & iure.

FINIS.

CLARISSIMI
IVR. VTRIVSQ.
DOCT. D. MARCI
ANTONII
CVCCHI.

TRACTATVS DE MENTIENTE CIRCA POSSESSIONEM.

AD L. FIN. ff. DE REI VENDICATIONE.



PAPIAE.
MDLXXIIII.

INDEX SINGVLORVM NOTABILIVM CONTENTORVM IN HOC Commentario.l.fi.ff. de rei vendicat.digeſtus ordine Alfabeti,ſecundum numerum ipſorum notabilium.



A

Con-

D

E

F

H

I

L

M

Nar-

N

O

P

bus

R

S

T

V

SVMMARIVM NOTABILIVM DICTORVM COMMENTARII

l. fi. de rei vendicat.





1 REI vendicatio requirit duo extrema dominium s. & possessionem.

2 Rei vendicatio competit etiam contra eum, qui desiit dolo possidere.

3 Actio est vtilis, quæ datur contra eum, qui desiit dolo poßidere.

4 Idem, si culpa desierit poßidere.

5 Dummodo post litem contestatam desierit poßidere.

6 Desinens dolo possidere ante litem contestatam tenetur actione in factum.

7 Videtur dari actionem in rem etiam, quod ante litem contestatam desierit poßidere.

8 Etiam qui dolose acquirere possessionem desiit, tenetur rei vendicatione.

9 Possessor non liberatur, quin poßit rei vẽdicatione conueniri, etiam, quod agi poßit contra eum qui dolo desiit possidere.

10 Possessore suscipiente in se iudicium eximitur ille, qui dolo desiit poßidere.

11 Possessor & ipse dicitur rei vendicationem in habitu habere & potentia.

12 Rei vendicatio quandoq; competit etiam contra eũ, qui neq; poßidet, neq; dolo desiit poßidere, sed, quem speratur breui possessurum.

13 Regulariter rei vendicatio requirit duo prædicta extrema.

14 Rei vendicatio non est remedium possessorium, quamuis detur contra possessorem.

15 Rei uendicatio est remedium petitorium.

16 Ratio dicti huius.

17 Hippothecaria actio est remedium petitorium non possessorium, quam-

Confessione

49 Confeßione inducitur litis conteſtatio ſecundùm aliquos.
50 Praceptum de ſoluendo factum in confeſſum eſt ſententia interlocutoria.
51 Paratus ſoluere euadit ſententiam.
52 Etiam ſi confiteatur ſolùm poſt litem conteſtatam.
53 Differentia an quis ſit paratus ſoluere ante litem conteſtatam, an poſt.
54 Quomodò procedatur, contra eum, qui neque vult ſoluere, neq; confiteri, neq; litem ſuſcipere.
55 Miſſio in poſſeßionem bonorum prouidet, cum quis non uult litẽ cõteſtari.
56 Reus negans poßidere, an omnino poßit euadere litem in rei uẽdicatione, quamuis re vera poßideat.
57 Reo non poſſidente, contra quem actũ eſt, poteſt tamẽ actoris ius declarari.
58 Actoris intereſt declarari ius ſuum propter fructus, & acceßiones etiam quod reus non poſsideat.
59 Declaratur hæc lex, quomodò quis non compellatur actionem pati negando, ſe poſsidere.
60 Reus non poſsidens abſoluitur, quia non poſſidet, ſed tamen, poterit ferri ſententia declaratoria ſuper iure actoris, ſi actor ius ſuum probauerit.
61 Sententia declaratoria non eſt minoris virtutis, quàm condemnatoria.
62 Sententia abſolutoria non prodeſt, niſi eo tempore, quo non poſsidet.
63 Sententia condemnatoria lata contra non poſsidentem, quia liti ſe obtulit, an poſsit mitti executioni contra eum, ſi poſſeſsio ad eum peruenerit.
64 Sententia, quæ poteſt mitti executioni contra eũ, qui abſolutus eſt, multo magis debet mitti poſſe executioni contra eum, qui eſt condemnatus.
65 Liti ſe offerre quis dicatur.
66 Sententia non poteſt mitti executioni contra reum, quando poſſeſsio ad eũ peruenit ex noua cauſa.
67 Negans ſe poſsidere abſoluendus eſt, licet verè poſsideat, quando actor nõ probauit de poſſeſsione ipſius.
68 Poteſt tamen hoc caſu declaratoria ſequi iuris actoris.
69 Probatio poſſeßionis ab actore contra poſsidentem & negantẽ facta quos effectus operetur.
70 Poſſeſsio legis noſtræ videtur intelligenda de ea quæ rei incumbit.
71 Mendacium licere, an probetur in lege noſtra.
72 Verba legis noſtræ, quòd licet vnicuiq; dicere ſe non poſsidere, declarãtur.

Menda-

73 *Mendacium punitur in translatione possessionis.*
74 *Mendacium aliud simplex, aliud duplex.*
75 *Mendacium aliud benignitatis, aliud iocosum, aliud malignum.*
76 *Mendacium iudiciale est execrabilius cæteris.*
77 *Mendacium iudiciale regulariter est mortale, sed quandoq; veniale.*
78 *Leuitas rei excusat à peccato mortali in omni crimine, & numeris sequentibus.*
81 *Mendacium quid sit.*
82 *Diffinitio mendacii intelligitur de mendacio malignitatis.*
83 *Mendacium malignitatis solum deturpat famam, non alia mendacia.*
84 *Mendacium quod dicatur esse execrabilius in Principe, quàm in aliis.*
85 *Mendacium dicere, & mentiri differant apud humaniores scriptores.*
86 *Secus apud legistas.*
87 *Conuitium non est, si alicui obiiciatur, quod non dicit uerum.*
88 *Omne non verum est in se falsum.*
89 *Potest quis alteri dicere, quod mentitur, ut defendat honorem suum.*
90 *Verba illa. Saluo honore tuo, non excusant ab iniuria.*
91 *Litis contestatio inducitur per illa verba. Tu mentiris.*
92 *Mendacium legibus punitur.*
93 *Mendacium non caret dolo.*
94 *Obrepiens Principi punitur.*
95 *Debitor, qui negauit debitorem, amittit ius cessionis.*
96 *Possessor pignoris negans rem eius esse, cuius esse actor asseuerat, quomodo puniatur.*
97 *Negans se accepisse indebitum, quomodo puniatur.*
98 *Debitor negans se debitorem perdit beneficium, ne conueniatur, nisi inquã tum facere potest.*
99 *Negans se talem perdit beneficium competens ex tali qualitate.*
100 *Administrator negans se habere bona, quæ habet, præsumitur in dolo.*
101 *Administrator negans se administratorem præsumitur in dolo.*
102 *Mendax patitur iuramentum in litem sicut dolosus.*
103 *Negans scienter positiones præsumitur in dolo.*
104 *Vassallus negans rem esse feudalem priuatur feudo.*
105 *Negans appellationem non potest ea appellatione vti.*
106 *Emphiteota negans rem esse Emphiteoticam, non ideo priuatur iure suo.*

Negans

107 *Negans immixtionem abstinendi beneficium perdit.*
108 *Reo negante debitum in substantia, quantitas debiti uel qualitas poterit contra eum probari iuramento, & nu. seq.*
109 *Declaratur ex Craueta.*
110 *Secus si qualitatem, uel quantitatem negauerit.*
111 *Venditor dicens, rem quam vēdit, nulli esse obligatam, tenetur pœna falsi, vbi sit obligata.*
112 *Secus si tacuerit.*
113 *Dans vnam rem pro alia committit crimen stellionatus.*
114 *Affirmans pro vero, quod non est, est in dolo.*
115 *Exceptionibus cōtrariis pluribus vti quis non potest impune, illis casibus, quibus mendacium punitur.*
116 *Nemo ex mendacio priuatur iure suo, nisi iure expressum sit.*
117 *Negantis pœna augetur numquam vbi statuta pœnam ipso iure imponunt.*
118 *Causam iustam fouens, quando possit malitia vti.*
119 *Mendacium in indicio factum, vt iusta causa sustineatur, non est peccatum mortale.*
120 *Nisi iuramentum violaretur, aut graue praiudicium resultaret.*
121 *Petentem à me pecuniam, quam dicit se mihi mutuasse, si eam restitui, possum repellere negando petitionem.*
122 *Qui pecuniam sibi mutuatam restituit, potest negare positionē actoris, qua dicit, eum pecuniam debere.*
123 *Pecuniam acceptam mutuo qui restituit, potest negare se eam accepisse.*
124 *Licitum est calumniari contra calumniantem.*
125 *Peierans in iudicio criminali ad sui defensionem, non punitur hoc seculo.*
126 *Vnusquisq; redimere potest quoquomodo sanguinem suum.*
127 *Negans per mendacium, se posidere, an puniatur pœna legis Corneliæ.*
128 *L. si quis obrepserit. de fals. procedit in obreptione probatoria.*
129 *Narrationem falsam producens non tenetur falsi, sed qui falsa probauit.*
130 *L. si quis obrepserit procedit etiam contra eum, qui obrepsit Iudici.*

Obripiens

131 *Obripiens Iudici non punitur ex lege Cornelia, sed pœna arbitraria.*
132 *Negans per mendacium se possidere nõ punitur neq; pœna legis Corneliæ, neq, pœna arbitraria.*
133 *Probatio est quid diuersum à responsione ad interrogationem.*
134 *Lex nostra procedit in quacunq; possessione, & detentione.*
135 *Detentor quomodo patiatur translationem detentionis ex mendacio.*
136 *Dominus nullum præiudicium patitur, licet detentio auferratur detentori.*
137 *Detentor malè agit, negando se detinere.*
138 *Detentor dominum non nominans in Iudicio præsumitur in dolo.*
139 *Prefectus alicui negocio, videtur habere administrationem in omnibus illi negocio pertinentibus.*
140 *Negociator omittens domino denuntiare id quod ad eum pertinet, præsumitur esse in dolo.*
141 *Sententia lata contra colonum, vel alium detentorem non facit præiudicium domino.*
142 *Dominus non est priuandus sua possessione, & si executio facta sit contra colonum.*
143 *Detentor, qui verum Dominum in iudicio non nominat cadit in hanc legem.*
144 *Possidens suo nomine & dicens se possidere alieno nomine incidit in hanc legem.*
145 *Nominans potentiorem priuatur iure suo, nedum possessione & num. sequen.*
147 *Legis nostræ pœna procedit etiam in hypothecaria.*
148 *Item in Publiciana.*
149 *Item in petitione hæreditatis.*
159 *Etiam, quòd petitio hæreditatis intentetur contra singularis rei possessorem.*
151 *Etiam, quod re vendita habeat pretium.*
152 *Pretium succedit loco rei.*
153 *Pretium habens rei hæreditariæ potest negare se rem hæreditariam possidere ubi specificè de aliqua re sit interrogatus.*
154 *Contra Guliel. Cun. qui contrarium tenebat.*
155 *Interrogationes fiunt super facto non super iure.*

Quomodo

156 *Quomodo facienda sit interrogatio contra eum, quem prætenditur poßidere aliquam rem hæreditariam.*
157 *Qui dolo desiit poßidere non mentitur, nec punitur, si neget se possidere.*
158 *Interrogatio facienda, an dolo desierit possidere.*
159 *Idem in aliis vniuersalibus iudiciis, vt pretium loco rei succedat.*
160 *Procedit lex nostra etiam in remedio possessorio ex Edicto D. Hadriani.*
161 *Lex nostra ponit regulam generalem. secundum Barbatiam.*
162 *Remedium ex Edicto D. Hadriani est personale.*
163 *Item est possessorium.*
165 *Lex nostra habet locum in petitorio, & ubi agitur circa rem ipsam.*
165 *Lex nostra loquitur in rei vendicatione duntaxat.*
166 *Glossa in §. illud quoq; in quo casu loquatur.*
167 *Edictum D. Hadriani nõ potest dici petitorium, licet succedat loco petitionis hæreditatis.*
168 *Lex nostra an procedat in possessorio recuperandæ.*
169 *Ratio cur lex nostra non habeat locum in possessorio recuperandæ.*
170 *Lex nostra habet locum etiam, cum mendacium est factum in qualitate.*
172 *Azo. & Placent. confutati à Bart.*
172 *Nemo tenetur respondere de titulo suæ possesionis in rei uendicatione.*
173 *Possesio simplex tantùm facit in rei vendicatione, quantum in petitione hæreditatis facit modificata detentio.*
174 *Negatio facta his verbis, non poßideo, & quatenus reperiar poßidere, dico, quod iusto titulo possideo, facit cadere in pœnam.*
175 *Exceptione dicitur quis intentionem actoris negare.*
176 *Non præsumitur quis incontinenti se corrigere.*
177 *Neminem prohiberi vti pluribus exceptionibus, quomodo sit intelligendum.*
178 *Quod excipiens non dicatur negare, quomodo sit intelligendum.*
179 *Contumacia habetur pro negatione quò ad hanc pœnam.*
180 *Contumax in respondendo, & mendax æquiparantur.*
181 *Contumax habetur pro confesso, vbi contumacia est vtilis actori.*
182 *Actori vtiliuŝ est, quòd reus habeatur pro negante, quò ad casum legis nostræ.*

183 *Dominii probatio difficillima est.*

184 *Nemo ob contumaciam priuatur tota causa.*

185 *Supradicta regula plures exceptiones patitur.*

186 *Contumax ad iussum Iudicis potest iure suo priuari.*

187 *Lex nostra procedit, siue interrogatio ante litem contestatam sit facta, siue post.*

188 *Iudicis Maiestas non minus læditur per mendacium ad interrogationem factam post litem contestatam, quàm, si interrogatio facta sit ante.*

189 *An procedat, cum responsio facta est ad positiones.*

190 *Culpa maior adscribitur ei, qui vult impedire ne iudiciũ inchoetur, quàm ei, qui impedit prosecutionem.*

191 *Decii locus.*

192 *Lex nostra videtur loqui tantùm de interrogatione facta ante litem contestatam.*

193 *Actionem quis pati dicitur contestatione litis.*

194 *Lex nostra locum habet etiam in responsione data ad positiones.*

195 *Positiones faciens periclitatur.*

196 *Positiones faciens fatetur positiones.*

197 *Reus responsurus positionibus debet iurare de calumnia.*

198 *Actor grauatur onere probandi, cum reus positiones negat.*

199 *Leges punientes mendacium non se restringunt ad interrogationem factã ante litem contestatam.*

200 *Iudicis Maiestas læditur etiam per mendacium factum ad positiones.*

201 *Lex nostra intelligi potest etiam de responsione facta ad positiones.*

202 *Actionem pati is demum dicitur, contra quem fit executio.*

203 *Lex nostra ponit exemplum ad frequentiorem vsum.*

204 *Raro contingere solet, ut quis positiones faciat ad probationem possessionis rei.*

205 *Incautus est, qui cum possit facere interrogatoria facit positiones.*

206 *Decii dictum reiectum.*

207 *Libellus non requiritur in translatione possessionis ex lege nostra.*

208 *Negans se possidere, cum possideat, possessioni renuntiat.*

209 *Libellus datur etiam in officio Iudicis nobili.*

Li-

210 *Libellus non est necessarius in officio Iudicis nobili, quando non proponitur per modum actionis.*

211 *Libellus non requiritur in officio Iudicis nobili, quando impetratur super re liquida.*

212 *Pœnæ petitio resultantis ex aliquo emergenti non desiderat nouum libellum.*

213 *In notoriis non requiritur ordo Iudicii.*

214 *Iudicis officio expedienda uidentur habere causam odiosam.*

215 *Executio huius legis quomodo fiat in practica.*

216 *Litis contestatio an sit in hoc iudicio necessaria.*

217 *Emergentia quæ impediunt litem contestari, desiderant litis contestationem.*

218 *Negans se poßidere non uidetur litem contestari.*

219 *Libellus non requiritur, nec litis contestatio, neq; litis cõtestatio inducitur per responsionem negatiuam in terminis legis nostræ.*

220 *Procedit lex nostra etiam quòd actor uelit procedere in petitorio.*

221 *Reus quandoq; onus probandi suscipit.*

222 *Poßeßio in reo non dicetur inueniri ex lege nostra, quia translata sit.*

223 *Actor obtenta possessionis translatione poterit tamen agere & petere se dominum declarari.*

224 *Translatio hæc poßeßionis non reuocatur intra annum.*

225 *Mißionem passus ex primo decreto recuperare potest possessionem intra annum.*

226 *Procedit hæc lex etiam, quod reus uelit incontinenti probare dominium.*

227 *Possessoria regulariter admittunt exceptionem illam dolo facis, qui petis. &c.*

228 *Possessoriũ recuperandæ non admittit exceptionẽ dolo facis qui petis &c.*

229 *Exceptio proprietatis notoriæ an obstet huic possessorio.*

230 *Plus est notorium esse, quàm incontinenti probari posse.*

231 *Notoria non egent probatione.*

232 *Notoria numquam censentur exclusa à lege vel statuto, quæ omnes exceptiones excludant.*

233 *Possessorium recuperandæ admittit exceptionem notoriæ proprietatis.*

234 *Etiam quod spolium factum sit lite pendente.*

235 *Spolium factum lite pendente est execrabilius.*
236 *Prædo notorius ex processu non est restituendus.*
237 *Possessorium nostræ legis quod est adipiscendæ, non habet maiora priuilegia, quàm possessorium recuperandæ.*
238 *Notorium dicitur ius possessoris per confessionem actoris.*
239 *Notorium dicitur, si testes iam admissi fuerint, & probarint.*
240 *Acta facient notorium saltem ipsi Iudici.*
241 *Testium probatio facit rem notoriam.*
242 *Publica documenta faciunt notorium.*
243 *Instrumentum est probatio probata.*
244 *Instrumentum facit rem manifestam.*
245 *Instrumenti decisio habetur pro decisione legis. & seq.*
247 *Supradicta procedunt, etiam quòd instrumentum non habeat executionẽ paratam, nec sit guarentigiatum.*
248 *Instrumenta regulariter non habent executionem paratam.*
249 *Instrumenta, quibus aliqua exceptio opponi potest, non faciunt rem notoriam.*
250 *Possessio transferrenda non est in omnibus illis casibus quibus dominii exceptio notoria est tam in lege nostra, quàm in possessorio recuperandæ.*
251 *Lex nostra procedit etiam in beneficialibus, & spiritualibus, & seq.*
253 *Spoliatus beneficiis restituendus non est, nisi probet titulum coloratum.*
254 *Spoliatus restituendus non est ad beneficium reseruatum, quod ipse non habuit ex reseruatione.*
255 *Reseruationes contente in corpore iuris sunt notoriæ.*
256 *Reseruatio inficit possessionem.*
257 *Inficit etiam detentionem.*
258 *Exceptio execrabilitatis obiecta post spolii probationẽ reseruatur in causa petitorii in Rota, & spoliatus restituitur.*
259 *Distinctio in prædicto articulo secundùm Mandosium.*
260 *Reseruatio inficit possessionem simul atq; facta est, etiam antequam obiiciatur.*
261 *Lex nostra procedit etiam in actione in rem, quæ datur ad incorporalia.*
262 *Possessio non datur in rebus incorporalibus.*
263 *Actio in rem datur etiam possessori in rebus incorporalibus.*

Confessoria

264 *Confessoria datur contra possessorem.*
265 *Dicens se possidere, cum non possideret incidit in pœnam.*
266 *Offerre se liti quis dicatur.*
267 *Iudicium in se suscipiens cum non possideret, nō dicitur, se liti offerre, nisi interrogatus fuerit.*
268 *Offerrentis se liti quæ pœna sit. & seq.*
270 *Offerens se liti, cum non poßideat, debet soluere æstimationem rei.*
271 *Possessor verus non liberatur, licet alius se offerat liti, & consecutus sit actor æstimationem ab eo.*
272 *Personæ Ecclesiasticæ offerrentes se liti non continentur in supradictis.*
273 *Procedit hæc lex etiam in eo, qui non poßidet, sed desiit dolo poßidere.*
274 *Procedit etiam in vasallo & Emphiteota.*
275 *Procedit hæc lex tunc solùm, cum actor est grauatus onere probandi.*
276 *Reus qui semel negauit, potest deinde confiteri & euitare pœnam.*
277 *Pœna huius legis non procedit, si actor iuramento probarit possessionem rei.*
278 *Quod intelligendum, nisi probatum sit semiplenè saltem.*
279 *Probaturq; ratione.*
280 *Pœna hæc non habet locum si reus ante litis contestationem confitetur.*
281 *Reuocatio negationis fieri potest etiā lite contestata dummodo non sit conuictus probationibus.*
282 *Pœna legalis imposita neganti euitari potest pænitentia quandocumq; ante sententiam.*
283 *Qui prius confessus fuit, non potest deinde negare.*
284 *Reuocatio negationis non facit euitare expensas.*
285 *Actor potest vti confeßione rei si uelit.*
286 *Reuocans negationem non consequitur beneficium à statuto confitenti concessum.*
287 *Mendacium hoc non punitur, nisi responsio sit data ad interrogationem in iure à Iudice factam cum comminatione.*
288 *Negatio facta per clausulam generalem, nego narrata &c. non facit incurrere hanc pœnam.*

289 *Negatio facta super libello inepto non facit incurrere hanc pœnam.*

290 *Etiam si præcesserit, uel subsecuta fuerit libellum interrogatio uel in libello facta sit.*

291 *Negatio facta sine dolo, uel lata culpa non punitur.*

292 *Actor probare debet, quòd reus sciebat se posidere.*

293 *Dolum vel latam culpam requiri probatur.*

294 *Lata culpa quomodo præsumatur.*

295 *Pœna hæc non habet locum, si interrogatio per iudicem annullata sit.*

296 *Possessio non perditur ipso iure per negationem.*

297 *Peti debet, vt possessionem ingrediendi licentia detur.*

298 *Mendacium non facit, vt sententia feratur super principali.*

299 *Possessio non transfertur, vbi notorium est ius proprietatis in reo.*

300 *Possessionis translationem passus auditur super dominio usque ad annos decem.*

301 *Præscriptio decem annorum currit contra hunc, qui translationem possessionis passus est propter negationem.*

302 *Præscriptio decem annorum non procedit sine titulo.*

303 *Præscribere non potest is, in quem translata non est conditio vsucapiendi.*

304 *Dominus non potest amplius fieri dominus.*

305 *Sententia lata in actione reali non transfert dominium.*

305 *Titulum habet, qui authore prætore posidet.*

307 *Lex nostra non procedit in actionibus personalibus.*

308 *Contrarium videtur dixisse glossa.*

309 *Possessionis translatio peti debet prius, quàm causa terminetur in petitorio.*

310 *Notorium efficitur per sententiam.*

311 *Possessorium recuperandæ cessat, cum sententia lata est in rei fauorem.*

312 *Possessionis hæc translatio fit causa ordinandi iudicii in petitorio.*

313 *Possessorio videtur renuntiare, qui petitorium prosequitur.*

314 *Spoliatus, qui patitur litem fieri super petitorio, videtur renuntiare possessorio.*

315 *Officium Iudicis mercenarium cessat post terminatum iudicium.*

Quæ

316 *Quæ fiunt post litem contestatam, pertinent ad Iudicis officium mercenarium.*

317 *Mißio in poſſeſſionem fit ex officio Iudicis nobili.*

318 *Mentiens circa qualitatem poſſeßionis non punitur hac lege.*

319 *Non fit hæc translatio ubi proceditur ſola facti veritate inſpecta ſi probationes in promptu ſint ſuper proprietate.*

320 *Spoliatus non reſtituitur, cum predo habet probationes in promptu ſuper proprietate, quando proceditur ſola facti ueritate inſpecta.*

321 *Argumentum valet à poſſeßorio recuperatorio adhoc noſtrum poſſeſſorium.*

322 *Mendacium hoc non punitur, niſi in ea re, in qua factum eſt.*

323 *Pœna non egreditur delictum in his, quæ diuiſionem admittunt.*

324 *Pœna hæc non habet locum, ſi actor non benè ſpecificauerit bona.*

325 *Duæ demonſtrationes ſufficiunt ad rei indicationem.*

329 *Fallit, ſi quis incideret ex hoc in pœnam.*

327 *Pœna euitatur, modò una ex demonſtrationibus uera non reperiatur.*

328 *Dolus non probatur, nec lata culpa, ſi quis neget rem non rectè demonſtratam.*

329 *Pretium habens, & negans rem habere, non mentitur in rei vendicatione.*

330 *Mendacium prælati non facit transferri poſſeſſionem.*

331 *Mendacium prælati non nocet Eccleſiæ.*

332 *Prælatus deſinens dolo poſſidere Eccleſiæ damnum non dat.*

333 *Prælatus non facit incidere Eccleſiam in pœnam legis ſi quis in tantam.*

334 *Rippæ opinio approbata.*

335 *Translatio poſſeßionis in lege noſtra poteſt eſſe cauſa, vt dominium amittatur.*

336 *In lege noſtra transfertur poſſeßio in actorem, quam numquam habuit.*

337 *Prelatꝰ mentiente circa poſſeſsionem, actor debet poſſeſsionem probare, & petitorium proſequi.*

338 *Negocium hoc non admittit diuiſionem, vt poſſeßio transferatur ſolùm dum prælatus viuit.*

Translatio

339 Translatio possessionis non fiet in lege nostra, ubicumq; difficilis esset postmodum recuperatio futura.

340 Spoliatus non restituitur, ubi recuperatio difficilis esset.

341 Contrarium author deffendit. & seq.

343 Animæ salus cuicunq; rei præferenda est.

344 Appellatio permittitur in causis, quibus damnum irrecuparabile infertur.

345 Damnum corporeum est maius quam damnum rerum.

346 Personæ quæ Iudicem promptum non habent, sua authoritate possessionem recuperare possunt.

347 Idem, si paterentur enorme damnum.

348 Promptum est leges legibus concordare.

349 Decisio Bartholi in l. si alius. §. bellissimè non est tuta.

350 Quod res difficilis recuperationis sit, debet nocere etiam spoliatori.

351 Distinctio Fabii in §. nihil commune, reprobata.

352 Eligens viam iudicii non potest redire ad uiam facti.

353 Concedens precario non potest propria authoritate expellere possidentem, vbi res ad iudicium deducta est.

354 Limitatur.

355 Conclusio contra communem, quod spoliatus sit restituendus etiam, quod difficilis recuperatio esset.

356 Consulitur, vt cautio offeratur.

357 Contrarium conclusionis prædictæ in nostro possessorio esse dicitur.

358 Diuersæ rationes militant in nostro possessorio circa hũc articulum quàm in possessorio recuperandæ.

359 Vitium, quod rem ipsam afficit, maius est, quàm uitium extrinsecum.

360 Possessionis translatio non fit ex lege nostra, vbi difficilis sit recuperatio.

361 Nec vbi immineret scandalum.

362 Abbati agenti ad recuperationem Monachi an possit opponi exceptio proprietatis, non facta restitutione.

363 Ripæ sententia reiecta.

364 Frequens habitus monachalis mutatio est graue scandalum.

365 Guidonis Pap. limitatio ad legem nostram, ut non procedat contra detentorem.

366 Lex nostra loquitur de possidente non de detentore.

Debet

Poßeßio

398 *Possessio non amittitur solo animo.*
399 *Responsio ad rationem Bartholi per authorem.*
400 *Interrogatus an possideat, videtur interrogari de plena possessione.*
401 *Qui animo possidere desiit, non potest negare se possidere, si detinet.*
402 *Interrogandus est reus, an possideat, vel detineat.*
403 *Remedium possessionis adipiscendæ in lege nostra contentum, non solet enumerari à Doctoribus inter alia remedia adipiscendæ.*
404 *Remedia adipiscendæ quæ sint.*
405 *Remedium hoc possessorium fortè omissum est, tamquam mercenarium.*
406 *Remedium nostrum possessorium est ex officio Iudicis nobili.*
407 *Translatio qualibet possessionis fit ex officio Iudicis nobili.*
408 *Missio in possessionem contra contumacem non defendentem ex officio Iudicis nobili est adipiscendæ.*
409 *Missio in possessionem ex primo decreto uidetur prebere solam detentionem.*
410 *Nonnulli casus excipiuntur.*
411 *Missio ex primo decreto dat possessionem, quando habet uim secundi decreti.*
412 *Idem, si permittatur ei lucrari fructus.*
413 *Missus ex primo decreto in actione reali possidet, ex magis communi.*
414 *Multi tenuerunt communem opinionem esse in contrarium.*
415 *Possessorium adipiscendæ est etiam remedium quod datur ex secundo decreto in actionibus personalibus.*
416 *Item illud quod datur ventri, ut in possessionem mittatur.*
417 *Possessoria omnia dantur Iudicis officio nobili.*
418 *Appellandum est Iudice non curante possessionem dare ex hac lege.*
419 *Procedere non debet in petitorio, qui vult possessionem in se transferri ex hac lege.*
420 *Appellari non potest regulariter à sententia in possessorio.*
421 *Distinguitur in eo articulo an à possessorio appellari possit.*
422 *Appellatio in possessorio non impedit executionem, sed facit causæ cognitionem deuolui ad superiorem.*
423 *Idem in possessorio nostræ legis.*
424 *Vtilius est appellare in hoc possessorio, quàm petitorio agere.*

Qui

425 Qui deposuit sequestro an possideat.
426 L.licet.ff.depositi.& l.interesse.ff.de acq.possess.videntur contrariæ.
427 Gl.in d. l.licet.non rectè conciliat eas leges.
428 Nec Glossa in d.l.interesse.
429 Distinctio illa,an depositio fiat ab vtraq; parte, an ab altera,reprobata.
430 Sequester proprie qui sit.& seq.
432 Prædictæ leges conciliatæ.
433 Intellectus nouus ad l.interesse.
434 Ratio cur possessio amittatur, cum vtraq; pars consentit.
435 Duo non possunt eandem rem simul possidere.
436 Sequestrum necessarium,quod à Iudice fit non transfert possessionem.
437 Contrarium tenet Author.
438 Declaratur opinio contraria doctorum.
439 Possessio translata per iudicem in sequestrem prodest victori ad usucapionem.
440 Sequestrum necessarium transfert possessionem in sequestrem, ubi constat de uoluntate Iudicis.
441 Sequester modo rem detineat,potest conueniri,& cadere in hanc legem.
442 Qui sequestro deposuit pariter in hanc legem cadere potest.
443 Nisi transtulisset omnem possessionem.
444 Possessionis probatio resultat ex probatione detentionis.
445 Detentio est facti propterea facilè probari potest.

Furius Anthinus.

L I N rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere, ſe non poſsidere: ita tamen, ut ſi poſsit aduerſarius conuincere, rem ab aduerſario poſsideri, transferat ad ſe poſſeſsionem per Iudicem, licet ſuam eſſe non probarit.

Quattuor ſunt huius legis partes, nam prima pars tradit regulam, ſecunda affert regulæ rationem, quæ eſt ibi, quia licet. tertia limitationem, ibi. Ita tamen. quarta & ultima, ibi, licet ſuam eſſe, dictam limitationem ampliat. Compendioſis uerbis ſenſus hic elicitur, videlicet. Negans ſe poſsidere non conuenitur rei vendicatione, ſed tamen mentiens poſſeſsione priuatur.



1 *Ræmitte, quò cætera tibi clariora fiant, † Quòd in rei vendicatione requiruntur duo extrema, alterum, quod eſt dominium, ex parte actoris, alterum, quod eſt poſſeſsio, ex parte rei. l. 1. vbi. glo. C. de alienat. mutan. iudic. cau. facta. §. namque*

agit unusquisq;, ubi glo. in ver. poßidet, inst. de action. de
2 *quo tamen per Angel. & Iasonem ibi.† Satis tamen fuerit, ut actio hæc detur, quod desierit dolo poßidere, nam perinde cõuenietur, ac si poßideret, l. qui dolo, & l. parem. ubi Dec. & Cagnol. de regul. iur. & l. si autem. §. sed si quis. & l. quòd si dolo. supra eo. reg. pro possessore. in 6. Bart. in d. l. un. C. de alienat.*
3 *iud. mut. cau. facta.* † *hoc verò casu, cum dolo desiit poßidere, actio erit utilis, non directa. Bart. in l. quamquam. §. Iulianus.*
4 *ff. de acq. plu. arcen. glos. Dec. & Cagnol. in d. l. qui dolo.* † *& fortè etiam idem erit, si culpa desiisset poßidere Cagnol. ubi su-*
5 *pra,* † *quæ tamen intelligenda sunt, scilicet si post litem conte-*
6 *statam poßidere desiisset,* † *nam si ante litem contestatam posſidere desiisset, non rei uendicatio, sed actio in factum contra eũ competeret ex titulo illo, de alienatione iudicii mutandi causa facta. Ab. c. 1. num. 5. extra de aliena. iudit. mutan. cau. fac. Ias.*
7 *in §. omnium. num. 77. inst. de act.* † *sed tu tamen vide textum in l. si autem. §. sed & is. suprà co. qui ait, quod etiam, qui ante litem contestatam desiit dolo poßidere, tenetur actione in*
8 *rem;* † *Tenetur item rei uendicatione ille, qui dolosè omisit posſeßionem acquirere. l. 1. §. toties. in versi. sanè questionis fuit. ff.*
9 *si quis omis. cau. testam. In quo tamen sciendum est,* † *quòd licet agi poßit contra eum, qui dolo desiit poßidere, non propterea tamen liberatur ille, qui poßidet, quin & ipse conueniri poßit, l.*
10 *etiam. §. item si quis dolo. ff. de petit. hereditat.* † *quin etiam, si posſessor in se iudicium suscipiat, eximetur ille, qui dolo desiit poßi-*
11 *dere. Deci. in d. l. qui dolo. de reg. iur.* † *Nec pretereundum tamen, quod, etiam ille, qui poßidet, dicitur ipse quoq; rei uendicationem habere in habitu, & potentia, Angel. in l. si autem.*

§. poßi-

12 *§.possidere.in fin.supra eo.* † *Competit etiam interdum rei uendicatio contra eum, qui neq; possidet, neq; dolo desiit possidere, sed quem speratur breui esse possessurum, Barbat.in c. fin.per illum textum, extra de iudic.apostillant.ad Bart.in d. l. 1. C.de*
13 *alienat.iudic.mutan.cau.fact. in uersi. requiruntur.* † *Regulariter tamen loquendo in rei vendicatione particulari duo extrema requiruntur, vt suprà dixi, nempe dominium ex parte actoris, possessio autem ex parte rei, ideoq; fit, quòd huiusce legis decisio vt fieret, necessarium erat.*

14 † *Nec ideo tamen credat quis, rei vendicationem remedium possessorium esse, quia contra possessorem dirigatur, & ab eo auo-*
15 *cetur possessio,* † *erit enim nihilominus remedium petitorium, l. actio in personam. ff. de actio. & obligat. l. qui petitorio. su-*
16 *prà eo,* † *cuius rei ratio est, quòd, quamuis possessionem auocet, non tamen in possessione, iuris sui, & intentionis suæ fundamen*
17 *tum iacit, sed ratione dominii, quod penes se est;* † *quemadmodum etiam hypothecaria actio auocat quidem possessionem à reo, sed tamen, quia ratione iuris hypothecæ, quam habet, non ratione possessionis vllius, quam habeat, uel habuerit, non dicitur possessorium remedium, sed petitorium, Bart.in l. 1. C.de saluia-*
18 *no interdicto.* † *Sic etenim libellus in rei uēdicatione formatur; nam actor petit, se dominū declarari, & rem sibi restitui, Bar. in l.ex diuerso.§.fi.ff. de rei vendicat. Angel. Aret. & Ias.*
19 *in §.omnium.inst.de act.* † *Hac igitur ratione, quia possessio requiritur ex parte rei, propterea actori consulitur, vt prius quàm libellum det in rei vendicatione, & litem moueat, reum interrogari curet, an possideat, uel dolo desierit possidere, ne frustra experiatur, si ille reperiatur non possidere d. l. qui petitorio*

20 *supra eo.& l.si fundus.§.in uendicatione.ff. de pignor.* † *nam si ageret contra eum, qui nõ possideret, ille absoluendus esset etiam diffinitiuè, vbi contestata lis fuisset, d.l.si fundus.§.in vendicatione, de pignor. quod sanè intelligendum, nisi ille defensioni se obtulerit sine causa, cũ non possideret, nec dolo fecisset, quominus possideret, & actor id ignoraret, tũc enim absoluẽdus non esset,*

21 † *Sin autem, cum à Titio petere vellẽ, aliquis dixerit se possidere, sicq; liti se obtulerit, hoc autem probatum sit, omnimodo condemnandus erit l.is qui destinauit, cum duab.seq.supra eo.*

22 † *Hæc verò interrogatio, non solùm ante litem contestatam, sed & postea fieri potest, si ante facere eam oblitus sit, glo. in*

23 *d.l. qui petitorio. in fin. secundæ glossæ:* † *nam, si forte contigisset actorem intentasse rei vendicationem contra eum, qui non possidebat, neq; dolo fecerat, quominus possideret, nec eum interrogauerat, an possideret, vel ne, sed ipse litem vltrò suscepisset, teneret quidem iudicium, uerùm tamen interrogari postea posset, quamuis contestata iam lis esset, & tunc, si responderet, se non possidere, absolueretur diffinitiuè per d.l.si fundus.§. in uendicatione, vt dicit Imola.in d.l.naturaliter.§.nihil commune.in quarta combinatione Bartholi.colum.5.num.7. uersi. item ad-*

24 *de circa quartam.ff.de acq.posses.* † *Si autem numquam interrogatus fuisset, nec vmquàm excepisset, procederetur, veluti si verè possideret, quia videretur se liti obtulisse, & tamquam sese liti offerens condemnandus esset d. l. is qui se obtulit ex di-*

25 *stinctione ibi tradita,* † *Et hic fortè esse posset casus, in quo non impediretur cumulatio petitorii cum possessorio recuperandæ, vt per Imol.c Alex.Ripam.in d.§.nihil commune.per l.si à te.ff. de excep.rei iudic.vbi Bart. quia tunc non obstaret illa regula,*

seu

seu causa, quæ solet impedire cumulationem, videlicet contra-
26 *rietatis & repugnantiæ ratio,† in illo enim textu habetur, quòd si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit, mox emerit, & secundùm petitorem res iudicata sit, an restituere eum cogatur, si quis dubitet, Neratius diffinit si actori iterum petenti obiiciatur exceptio rei Iudicatæ, replicare eum oportere de re secundùm se iudicata; qui quidem textus plures intellectus recipit, nam Accursius ibi, in ver. si quis fundum. Tres intellectus affert, ex quibus vnus est, quòd sententia in fauorem actoris lata sit, condemnato reo, & declarato actoris iure. Alter, quod reus absolutus fuerit, quia non possidebat, & ius actoris minimè fuerit declaratum. Tertius fuit intellectus, quod sententia in vna parte pro actore, in altera pro reo lata sit; pro actore quidem in eo sit lata, quia ius ei competere sit declaratum, pro reo*
27 *autem, dum absolutus fuit, eo quia non possidebat, † qui tamen textus si iuxta illum intellectum exaudiatur, vt ferri sententia diffinitiua possit pro actore, qua sententia actor declaretur Dominus, licet reus non possideat, declarandus est, non procedere, si actor ipse possideret, tunc enim libellus, non teneret, vt dicit Alexan. in d. §. nihil commune. in 3. lectura. ff. de acquir.*
28 *poss. per tex. in c. examinata. de Iudic. † idemque si aliunde actor certus esset, reum non possidere, tunc enim non ab alio, sed à se actor decipitur. l. nam & si actor, quæ est l. seq. ad l. is qui se obtulit. ad quod Mathesillan. in sing. 137. nota quòd si actor. Felin. in c. examinata. colum. prima de iudic. et in c. pen. colum. 5. de Except. Ripa in d. §. nihil commune. num. 162. in fin. numeri illius.*

Quæ quidem præmittenda censui, quod non paruam lucem afferant

se obtulit, cur non & multò magis eum dicamus, pati actionem debere, qui verè possessor sit, sed & textus in d.l. si à te. §. 1. secūdùm vnum intellectum videtur aduersari, dum supponitur,
31 † *declarari posse diffinitiuè de actoris iure, & si reus nequaquā possideat, quod non fieret, nisi actionem pati reus compelleretur, idest, nisi lis foret contestata. Sed tamen, quia is qui mentitur, negans se possidere, cum re uera possideret, plus incommodi & damni sensurus est, quàm ex eo sentiret, si actionem in rem pati compelleretur, cum possessio ab eo in actorem transferatur, & ex reo fiat actor, sicque illud commodum perdat, quod possessori competere solet. §. commodum. inst. de interdictis. cum simil. eò factum est, quòd actionem pati non compellitur, idq; in pœnam mendacii alteri pernitiosi, quod in prædictis casibus faciendum non erat, cum non admissum esset tātum peccatum, non igitur releuatio est, si actionem pati non compellatur, sed potius grauamen & onus, quum ex possessore actor efficiatur.*

Videbatur quoque altera decisio posterior non carere dubitatione,
32 *quandoquidem scriptum est, † quia non facit quis conditionem suam deteriorem mentiendo, nec ideo quis iure suo priuatur regulariter. Dec. l. nemo ex his. de reg. iur. certæ enim cōstitutæ sunt causæ, quibus iure suo quis priuari poßit, nec facilè ad priuationem procedendum est. §. cum igitur. in Authen. de non eligen. secun. nub. glo. c. fin. de iure patronat.*
33 *Verum enimuerò † is qui se poßidere negat, videtur possessionem suam neglectam habere, & quasi de ore suo iudicium passus illa meritò priuandus est, arg. l. si quis vi. § differentia. ff. de acq. posseß. & in alium transferri debet. ad quem verò debet*

rectius

rectius transferri, quàm ad eum, qui eam dominiumq́ etiam rei
34 *ipsius ad se spectare de iure contendit,† sic etiam possessione sua priuatur, qui eam non defendit, l. si prius. vbi Barto. de oper. no. nun. & ad alium ex aduerso litigantem transfertur. vt ibi Doctores. Hic igitur est vnus ex illis casibus, quibus potest quis iure suo priuari, ea quoque ratione, præter supradictas in-*
35 *ductus, † quia is, qui in iudicio mentitur, videtur iudiciis Maiestatem ledere, cum eius authoritate, & imperio sit interroga-*
36 *tus. arg. l. si prætor. ff. de iudic. † qua ratione pariter & ille, qui nihil respondet, sed tacet, puniendus est l. de ætate. §. quia tacuit.*
37 *ff. de interrogat. act. c. 2. de confess. in vi. † quod ergo dicitur, neminem mentiendo facere conditionem suam deteriorem, nec ideo iure suo priuari, id exaudiendum est, nisi ipsi iudici mendacium dixerit, nam tunc grauius puniendus est, quia iudicem, & partem simul offendit, l. debuit. ff. de interrogat. act. & faciunt notata in l. si à te ff. de excep. rei iudi. propterea Glo. prima hic ponit exemplum, quando à Iudice fuit de hoc interrogatus, de quo & nos infra. Nec tamen te moueat, quòd eadem glossa uideatur vnum dicere contrarium priori rationi à me dictæ, dum ait, quod non propterea negando se posidere perdit possessionem, quia voluntatem non habuit eam amittendi, quamuis enim ego proximè suprà dixerim, videri eum possessionem pro neglecta habere, & ideo priuandum esse ea, non tamen dixi, quod eam amittat, quemadmodum eam amittit, qui animum posidendi non habuit, sed dixi priuandum esse ea, quasi neglectam eam*
38 *habeat; † diuersa autem hæc sunt, quod eam ipso iure amittat, quia posidendi animum habere desierit, uel quod priuandus sit, perinde ac si eam neglectum haberet de hoc tamen alias.*

Noto

39 *Noto primò, ibi, in rem actionem pati &c.* † *quòd non dicitur quis actionem pati, etsi libellus contra eum porrectus iam sit,*
40 *nisi lis sit contestata,* † *quemadmodum etiam petitum non dicitur, nisi iudicio per litis contestationem accepto. l. amplius non petitum. ff. rem rat. haberi.*
41 *Noto secundò,* † *quòd non cogitur quis pati rei uendicationem,*
42 *si respondeat, se non possidere,* † *sic etiam non cogitur quis actio*
43 *nem pati, si paratus sit soluere id, quod à se petitur;* † *hinc est, quòd omnia iudicia esse absolutoria dicuntur. §. fi. inst. de perpet. & temp. act. quod scilicet intellige, nisi actoris intersit ratione expensarum, alteriusve interesse iudicium finiri: iuxta notata*
44 *in l. Iulianus. ff. de condict. indeb.* † *Sic & econtra nemo cogitur agere, uel accusare inuitus, vt in titulo. C. vt nemo inuit. agere compellatur. in rub. & nigro, exceptis tamen quibusdam casibus, de quibus per glo. in d. l. 1. C. vt nemo inuit. & in l. diffama*
45 *ri. C. de ingen. manumiss.* † *ex quibus videtur elici posse, quòd decreta, seu statuta, quæ plerisq; in locis præsertim Mediolanēsis totiusque insubriæ prouinciæ vigent, vt cum bona aliqua veneunt, fiant proclamata; ut quisquis in illis ius prætendit certo dierum termino ius suum deducat, ac probet; non sint huiusmodi statuta iuri communi conformia, cum illis agere quis compelli videatur, sed pro eiuscemodi statutis tamen facit. l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. in l. locorum. C. de omni agro deserto. lib. 11. de quo per Bartholum, Alexandrum, Iason. Socinum Ripam. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. Bart. inquam & Alexan. colum fin. Ias. colum. pen. Rip. nume. 41. vide & Plotum. in repetit. l. si quando, & in Indice illius tractatus. in ver. decreti dominii Mediolani sub rub. de bon. ad crid. ponen.*

D qui

qui latè multa in vtranq; partem adducit, sed tandem concludit, esse conforme iuri communi, multaq; ibi ad hoc decretum pertinentia subdit; Ac, vt redeā ad propositum, videtur hoc ge
46 *nerale esse, vt, quemadmodum quis agere non compellitur, non compellatur pariter iudicium suscipere, & actionem contra se, ac inuitus se defendere. glo. in d. l. 1. C. vt nemo inuit. ager. compel. Qua tamen in re paulò altius exordiendo, vt scias, quo effugere iudiciū, aut quatenus possit, sic dicas: Quod in ciuili*
47 *bus causis, † si reus conuentus actione personali velit litem euitare, potest à principio debitum fateri, sic enim euadet sentētiā,*
48 *diffinitiuam, † sed Iudex tantùm ei faciet præceptum, vt soluat, l. proinde. §. fi. ff. ad legem Aquil. l. 1. & 2. ff. de confes. ha*
49 *betur enim pro iudicato, † Nonnulli tamen dicunt, confeßione, litis contestationem fieri, de quo per Bart. in l si reus paratus. ff. de procur. post glo. in l. 1. C. de litis contestat. Doct. in l. si debitori. ff. de iudic. Rot. Bissigneti. in tit. de lit. contestat. decis. 15. Sed hoc tamen parum videtur interesse, quò ad effectum exactionis, an litis contestatio inducatur cōfessione in iudicio facta, an minus. Constat enim inter omnes tale præceptum fieri posse,*
50 *& valere, executionemq; sortiri. † Dicetur autem huiusmodi præceptum sententia interlocutoria sententiæ diffinitiuæ habens vigorem. Felin. in Rub. extra. de re iudi. num. 5. videlicet, si tale præceptum emanarit post datum libellum, cuius libelli occasione confessio facta fuerit, ac præceptum de soluendo, Barto. in d. l. 1. ff. de confess. Felin. vbi. supra.*

51 † *Euadet multò magis Iudicium reus, si debitum à se petitum soluere paratus sit, vt diximus etiam suprà, l. si reus paratus,*
52 *vbi Bart. & Paul. de Castro ff. de procuratorib. † quod procedet*

det, non minus ante litem contestatam, quàm post, §. fin. inst. de
53 *perpet. & temp. action.* † *hoc tamen intererit, an post litem contestatam, vel prius offerat quis se paratum soluere, nam post litem contestatam fiet absolutoria ab obseruatione iudicii, quæ tamen intelligas, vt proximè dictum est, nisi actoris intersit ad iudicium procedere etiam facta solutione, vt propter fructus, vel accessiones, uel expensas hactenus factas, vt dicit Pau. de Castro in d. l. si reus paratus. colum. prima in princ. per l. non utique supra eo. Capella Tholosana. in quest. 5.*
54 † *quòd si reus nolit neq; confiteri, neq; soluere, neq; litem suscipere, cogetur tunc pignoribus captis, uel mulcta indicta litem contestari, si Iudex ita viderit expedire, & poterit etiam, si ita ei sederit, eum detinere in palatio, quousq; litem contestatus fuerit, ut dicunt Baldus, Castren. & Iason in l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de uer. obligat. ex eo quidem textu dum ait, Iudicium contra inuitum reddi.*
55 † *Quæ tamen intelligenda puto, nisi permißionem in possessionem bonorum rei conuenti poßit actori plenè esse consultum, ut dicit glo. magna in Authen. qui semel, super uer. locum habet, post med. glossæ. C. quomodo & quan. iud. in illis verbis. & idem dico, si est præsens, vbi Bart. colum. 4. nume. 19. & Apostillantes ad ipsum Bartholum. ibi. Felin. in c. cum olim. col. 1. de testib. & in c. 1. col. fi. in fin. de lit. contestat. num. 23. Alex. in apost. ad Bartholum in l. 1. uersi. narrationem. circa medium. C. eo. de litis contestat.*

Noto secundò hanc legem ad hoc, videtur enim ex sui narratione supponere, quòd, si reus, se non poßidere dicat, quamuis actor deinde probet, eum poßidere, non tamen poterit contra eum rei uendicationem intentare, sed solùm obtinebit, quod possessio ad

56 *se transferretur, quod quidem mirum est, † cum etsi reus non possideat, possit tamen ius actoris declarari, quamuis etiam reus absoluendus esset, l. si à te. § si fundum. ff. de except. rei iudi. secūdum tertium intellectum Accursii à nobis relatum suprà. Si ergo iuxta illum intellectum, is qui verè non possidet, actionem tamen pati compellitur, ita vt possit etiam ferri sententia diffinitiua, qua declaretur super iure actoris, ergo idem videbatur, & multò magis dicendum, cum reus conuentus possidere conuictus est, vt actionem pati compellatur, quamuis neget se possidere:*
57 *† Neque enim sine effectu & vtilitate erit fortasse, quod agere possit, forte enim sic Iuribus suis confidit, ut speret nō futurum sibi difficilè probare, se dominum illius rei esse, idque oportet fortasse declarari propter fructus, & accessiones.*

58 *† Sed tamen ne credas, quod propterea impediendus sit agere ad fructus, & redditus, nam alioqui posset contingere, quod damno esset ipsi actori possessionem ad se translatam esse, vbi agere ad fructus non posset, nec vlterius prosequi iudicium petitoriū, forte enim maioris pretii erant fructus percepti, quàm intersit possessionis translatio: non est igitur hic textus ita simpliciter intelligendus, quòd vbi reus negauit se possidere, transferatur ab eo possessio ad actorem, nec possit ammodo actor amplius prosequi Iudicium etiam quòd prosequi velit, sed quòd contentus esse debeat possessione in se translata, hic quippe intellectus non est ferendus,*
59 *† sed hoc modo intelligi debet, videlicet quòd non cogatur reus pati actionem in rem catenus, quatenus probatum non sit eum possidere, quamdiu enim possessio rei probata non fuerit, & ipse non fuerit conuictus de mendacio, verum erit, agi contra eum actione in rem non posse, sed vbi conuictus fuerit eum*

possi-

possidere, tunc quidem agi contra eum poterit, neque enim hic tex. hoc negat, nam dum dicit, quod actionem in rem pati non compellitur, si neget se possidere, intellige, nisi conuictus fuerit de mendacio, & quamuis dicat tex postmodùm, quòd si conuictus fuerit possidere, transferetur ab eo possessio, non tamen negat, quin tunc etiam pati actionem teneatur, hoc enim omisit tã quã notũ, & illud expreßit, qđ erat magis ambiguũ, et insigne: hunc intellectum sensit etiã. Ang. hic, & Soc. in d l. si à te. col. 2. circa med. versi. uel etiam dicas, dum ait sic. Ideo autẽ fuit processum in Iudicio, quia actor voluit probare ipsum possidere, & non probauit, quod facere poterat, iuxta illud, quod habetur in l fin. ff de rei uendicat. Dicas igitur, quòd, vbi quæritur, an possit quis rei vendicationem intentare contra eum, qui vel non possidet, vel se possidere negauit per mendacium, sic distinguendum est secundùm infrascriptos casus.

60 *Primus est casus, quando actum est contra eum, qui nec possidebat, nec se obtulerat, nec dolo fecerat, aut culpa quominus possideret, absoluendus erit reus, quia non possidet, sed tamen si actor probauerit de iure suo poterit ferri sententia declaratoria super tali iure, cuius sententiæ effectus erit, quia, si postmodum peruenerit possessio ad reum, poterit ex ea sententia contra eum fieri executio Bal. in l. cogi. ad fin. C. de petit. hæred. & in. Rub. ff. de rei vendicat. per tex. in l. sed & si possessori. in princip. ff. de*
61 *iureiuran. † quia sententia declaratoria non solet esse minoris virtutis, quàm condẽnatoria l. ex diuerso. §. 1 ff. de rei vendic. l. in summa. ff. de re iudic. & quia si huiusmodi sententia declaratoria executionem in possessione superuenienti non sortiretur, frustra lata videretur, aut certè parui effectus esset, quamuis*

enim

enim hoc operari possit, vt si veteri actione iterum agatur, possit dominium hac sententia probari d.l. sed etsi possessori. & no. in d.l. ex diuerso. §. 1. quia tamen id rarò contingere potest, vix
62 *in consideratione habendum est.† Et hæc est communis opinio, ut testatur Bartholomæus Socin. in d. l. si à te. §. si quis fundum. colum. secunda quamuis enim absolutoria lata sit, non tamen ei prodest, nisi quo tempore non possidet, sed superueniente possessione aliud est dicendum.*

63 *Secundus est casus, † cum sententia condemnatoria lata est cōtra non possidentem, vt quia se liti obtulit, an contra eum possit executio fieri ex dicta sententia, si ad eum possessio perueniat, qui casus videtur ferè ex supradicto decisus, & quidem à ma-*
64 *iori, † nam, si contra eum, qui absolutus est, executio fieri potest, multò magis contra eum, qui condemnatus est, fieri poterit, & probatur satis liquidò. in d.l. sed & si possessori arguendo à iureiurando ad sententiam, vt ibi per Barto. ff. de iureiurando.*

65 *† In quo tamen sciendum, quòd ille dicitur se liti offerre, qui nec possidebat, nec putabat se possidere, sed sine vlla causa litem suscepit nam, si putaret se possidere, non diceretur, se liti offerre.*

66 *Quæ † supradicta sunt tamen intelligenda, modò possessio non superueniat ex noua causa, nam, si ex noua causa superueniret, non posset ex ea fieri executio, vt per doctores præsertim Socin. in d.l. si à te. §. si quis fundum.*

67 *Tertius est, † cum ille, qui possidet, negat se possidere, & tunc dicendum est, quod si quidem ad interrogationem actoris ita respondit, actorq; nullam probationem facere velit, non dubium est, quod reus erit absoluendus, quasi deficiente uno extremorum,*

quæ

quæ requiruntur in rei uendicatione, tunc sequetur sententia ab-
68 *solutoria, † poterit tamen etiam sequi declaratoria iuris acto-*
69 *ris, si ipse actor de iure suo probarit ex supradictis: † Si verò actor maluerit probare possessionem rei, poterit hoc facere; quo probato hoc consequeretur, primum quidem consequetur translationem possessionis ad se, quæ operabitur, vt aduersarius de reo efficiatur actor, Item consequetur, vt possit nihilominus rei uēdicationem contra ipsum reum prosequi, licet ille negauerit se*
70 *possidere: † Est tamen aduertendum, quòd possessio de qua hic, uidetur intelligenda de possessione illa, quæ ipsi rei incumbit, non de possessione ciuili, quæ in animo consistit, arg. l. officium. vbi not. supra eò, nam interrogatio, quæ fit, de corporali est intelligenda.*
71 *Tertio, Noto, ibi, licet alicui dicere, se non possidere. † quod licet alicui dicere mendacium, ex quo comprobatur reg. l. non omne, de reg. iur. vt scilicet, non omne, quod licet, honestum sit, imò amplius hic videtur probari, quòd etiam id pœnam mereatur quandoq;, quod licitè fit, contra. l. Gracchus. C. de adult. & similes: hic enim dicitur, quod licet vnicuiq; dicere, se non possidere, & tamen, si quis dixerit, se non possidere, quamuis uerè possideret, punitur in translatione possessionis ad actorem.*
72 *† Sed responde, quòd hæc lex non dicit, quòd liceat mendaciū dicere, sed tantùm quòd licet alicui dicere se non possidere, debet autem de illo intelligi, qui re vera non possidet, non de eo qui possidet, vel dic, quòd licet de factò, hoc est, quia prohiberi nemo potest, de facto, quin dicat, ac respondeat quicquid velit.*
73 *Quarto noto, † quod mendacium punitur in translatione, &*
74 *priuatione possessionis, † distingui autē solet mēdaciū, vt aliud*

sit

sit mendacium simplex, aliud mendacium duplex.l.& elegan
75 *ter.§.fin cum l.sequen.ff. de dolo.† Item triplex esse dicitur mendacii species, alia quidem malignitatis,quod fit causa alicuius decipiendi,alia Iocosa,cum scilicet nemo læditur. Tertia benignitatis, seu pietatis,cum,ut alteri prosit, quis mendacium dicit, Glo.in cap.ne quis.in prima glo.22.quæst.2. Ac sciẽdum,*
76 *† quod mendacium in iudicio factum execrabilius est his, quæ extra iudicium fiunt:plerisq; enim casibus mendacium in iudicio factum crimen lætale æstimabitur, quod,si extra iudicium factum esset,veniam mereri posset, dummodò his in negociis factum sit,quæ ad iudicium pertinent.Thom.& Caietan. 22. q. 69.artic.primo,& quest.110.articulo 4. ad quod citari solet text.noster,& fa.etiam text.in l.de ætate.§. si cum esset.ff. de interroga.act.etiam si accidat in re leuissima,quia calor,& authoritas iudicii potest ex veniali mortale efficere,& ex leui graue,quod tamen postremum non probatur à Didaco in lib.primo*
77 *variar.resolut.cap.1.num.2. † qui opinatur posse nonnumquã mendacium in iudicio factum veniale crimen esse, si in leui*
78 *re committatur, † si quidem omni in materia rei leuitas à peccato mortali excusat.c.vnum.25.distinct.ad finem Thom.2. 2.quest.88.art.5.& 6.citatq; ad id probãdum authoritatem Martini ab Azpilcueta in cap.vlt.de pæniten.& Dominic.*
79 *Soto in relect.de secret.memb.2.quæst.7.conclu.2.† aitque ita esse intelligendum,quod scribit Imola in cap. primo de mutuis*
80 *petit.num.13.& Alex. id l. qui totam.ff. ad trebel. † dum sentiunt,mendacium in iudicio factum, quandoq; esse peccatum veniale non mortale, ita sanè intelligendum est, cum in re leui mendacium factum est.*

81 † *Men-*

81 † *Mendacium autem est falsa vocis significatio cum intentione fallendi secundùm Augustinum, quem refert Glossa in l de ætate §.si cum esset, in ver. mendacii. ff. de in terrogat. act.*
82 *ubi etiam Baldus,* † *quā quidem mendacii diffinitionem patet in primam speciem tantùm, quæ est malignitatis cadere pos-*
83 *se.* † *& hanc tantùm speciem crediderim hominis famam de-*
84 *turpare,* † *hocq; modo intelligendum arbitror, quod traditur mē dacium in Principe, quàm in cæteris longè execrabilius censeri,*
85 *Rol.à valle consi.1.num.34.* † *& quamuis apud professores litterarum humaniorum, Mendacium dicere, & mentiri inter se differant, vt est apud Aulum Gellium. Libro 11.cap.11. noct. Atticar. qui referens verba Publii Nigidii sic ait, Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur, qui mendacium dicit, ipse fallitur, Item, qui mentitur, fallit, quantùm in se est, at, qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantùm in se est, Item, vir bonus (inquit) præstare debet, ne mentiatur, Prudens, ne mendacium dicat, alterum incidit in hominem, alterū*
86 *non.* † *quamuis inquàm sic interpretentur illi, secus tamen ac forte verius intellexisse & interpretati esse hæc verba videntur Iurisconsulti, vt ex citata l.de ætate, in ver. mendacii. deprehendi potest, vbi, quem suprà dixerat, mendacium dixisse, deinde paulò infrà dicit, eum mentiri, sicq; pro Synonomis hæc habere videntur; quæ Iurisconsultorum interpretatio magis à communi vsu recepta videtur, his præsertim, qui subtilissimis apicibus honorem tueri, & Monomachiæ præcepta tradere profitentur. nam, siue quis alteri obiecerit, quod mentiatur, seu, quod mendacium dicat, eodem sensu accipiunt, factumq; ei cōuitium opinantur. Augustinus tamen in soliloquiis ait, quòd non omnis*

vult fallere, qui mentitur. Nam & mimi, & Comœdiæ, & multa pœmata mendaciorũ plena sunt, delectandi potius quàm
87 *fallendi voluntate.* † *Illud quidem apud omnes in confesso est, quòd non videtur conuicio aliquem afficere, honoremve illius deturpare uelle, qui improperet, non dixisse eum uerum, aut eum dicere falsum, quia non videatur his verbis significare, quod ex proposito, aut fallendi animo, ex certa scientia uerum subticuerit, Salycet. & Alex. in l. de tutela. C. de rest. in integr. per tex. ibi. cum gl. Ias. in l. si quis extraneus. colum. 1. ff. de acquir. hære-*
88 *dita.* † *cum omne non verum sit in se falsum. per tex. in Au-*
89 *then. de fide instru. in princ.* † *licebit tamen interdum alicui etiã citra pœnam iniuriarum dicere alteri, tu mentiris. videlicet, si ille prius aliquid contra me obiecisset, quod honori meo & famæ bonæ detraheret, glo. & Barth. in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procuratorib. in uer. mentiri. in fin. quia licitum est iniuriam retorquere in eum, qui prior intulit iniuriam. l. qui cum maior. §. si libertus ff. de bon. libertor. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllanian. l. libertus à patrono ff. de in ius uocan. & impium est famã propriam negligere. Non sic tamen nos exemplo suo docuit Iesus Christus Dominus noster, qui, cum malediceretur non cõ*
90 *minabatur.* † *Quòd si nullo affectus conuitio, nullave iniuria aliquem dixerim mentiri, non ideo excusatione dignus ero, quod addiderim hæc, vel similia uerba videlicet, saluo honorè tuo, Bart. in l. Apud Labeonem. §. ait prætor. versi. & ideo puto. ff. de iniur. & in d l. si quis extraneus. ff. de Acquiren. hæreditate, vbi etiam Pau Castr. & Iason, & Dec. in cõsi. 686.*
91 *colum. pen. num. 11.* † *Quinetiam asserunt Doctores, litis cõtestationem hisce verbis induci uel similibus, videlicet, tu dicis*

men-

mendacium, uel, Tu mentiris, vt dicunt Bald. Angel. Imola. Alexan. in l. turpia. de leg. 1. Ias. in d. l. si quis extraneus. ff. de acq. hæredit.

Redeundo autem ad propositum, dicebã Mendacium legibus pu-
92 *niri vt hac. l. nostra, † item exemplum est in d. l. de ætate. §. Si cum esset. ff. de interrogator. act. vbi pulcherrimus est tex. quòd si quis cum esset ex semisse hæres, dixerit, ex quadrante, mendacii pœnam hanc feret, quòd insolidum conuenietur, non enim*
93 *(inquit text.) mentiri debuit, Nec immeritò certè. † Neque enim caret delicto mendacium, cum dolum in se contineat. l. fal sus. §. si quis. ff. de furt. l. si quis affirmauerit, in prin. & l. quòd si*
94 *creditor. ff. de dolo. † Item patet puniri mendacium in l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cornel. de fal. vbi si accusatus fuerit aliquis, quòd obrepserit Principi tam per acta, quàm per libelli interpellationem, & probatum fuerit, pœnas temeratoris luit, quia falsum fecerit, ad quod Felin. in c. nonnulli. §. sunt & alii. num. 44. versi. amplia septimo. de rescrip. Abb. in c. super litteris.*
95 *colum. 1. in primo Not. eod. tit. de rescript. † Sic etiam debitor, qui se inficiatus est, esse debitorem, si conuictus fuerit, amittit ius cessionis, vt dixit Ang. in §. 1. colum. 3. uersic. quæro quid si à principio. instit. de act. contrarium tamen tenent. Salycet. in l. prima. C. qui bon. ced. possunt, & Dec. in l. nemo ex his. nu. 7. de reg. iur.*

Habetur etiam exemplum in Authen. Item possessor. C. qui potior. in pignor. vbi est casus nostro quàm similimus, videlicet,
96 *† quod possessor pignoris negans rem eius, cuius actor eam esse asseuerat, si probata ea intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca vel alia causa in eãdem personam delata se propin-*

quiorem esse, quàm, qui mouet causam, prius transferat possessionem, quàm ius suum proponat; Sic fit etiam in l. cum de inde-
97 *bito. ff. de probat. † nam cum de indebito quæritur, si quæstio sit, quis probare debeat, non fuisse debitum, res ita temperanda est, vt, si quidem is, qui accepisse dicitur rem, uel pecuniam indebitam, hoc negauerit, & ipse, qui dedit, legitimis probationibus solutionem probauerit, sine vlla distinctione, ipsum, qui negauit, pecuniam accepisse, si vult audiri, compellendum esse ad probationes præstandas, quòd pecuniam debitam acceperit, nam absurdum est, eum, qui ab initio negauit, pecuniam accepisse, postquàm fuerit conuictus, eam accepisse, probationem non debiti ab*
98 *aduersario exigere. † Item debitor; qui se debitorem inficiatus est, perdit beneficium, ne cõueniatur, nisi quatenus facere potest; Felin. in c. exceptionibus. colum. 4. de except. Port. Imola in*
99 *lib. 1. commu opin. reg. 30. † ac generaliter persona, quæ negat se talem, perdit beneficium sibi competens ex tali qualitate. l. sed si ex parte. in fi. prin. ff. quod cum eo, qui in aliena potest. gl. in §. item si socius in vltima glo. vbi Angel. Aret. inst. de act. & vide multos alios casus per eundem Angel. Are. in §. & quia num. 3. inst. de fideicom. hæreditat. per illum text. vide etiàm text. in l. si unus. §. fin. ff. pro Socio, & in l. Contra qui propriã: vbi Bartol. Angel. Salycet. C. de non numer. pecun.*
100 *† Item, si quis administrator, puta tutor uel curator, vel administrator alicuius societatis, hospitalis, vel hæreditatis, aut alterius loci deprehensus in mendacio fuerit, ut, quia dixerit, se non habere bona, quæ habebat, ex his, quæ administrabat, vel negauerit ea bona esse sui principalis, vel confessus fuerit, se habere vnum librum tantùm, cum plures haberet, uel negauerit posi-*

tiones sibi factas, conuictusq; fuerit, præsumitur esse in dolo, & poterit contra eum iurari in litem, & tamquàm dolosus, & suspectus remoueri ab administratione. Soc. consil. 213. colum. 2. in princip. & col. pen. lib. 2. Ancharan. consi. 316. colum. 1. idq; argumento huius nostræ legis, & argum. text. in l. rem non nouam. §. fin. C. de iudic. et in prohemio digestorum. circa finem. & in l. excellentia. C. de erogatione milit. annone. lib. 12.

101 † *Idemq; erit, si per mendacium negauerit, se fuisse negotiatorē, tutorem, vel administratorem, Socin. consil. 190. colum. pen. & fin. Plot. in repetit. l. si quando. num. 212. Hinc etiam, quia (vt diximus) ex mendacio probatur dolus, infertur,*

102 † *quòd d. l. si quando. C. vnde vi. concedens facultatem iurandi in litem contra dolosum, habet locum etiam contra mendacem. Plotus ibidem. num. 653. per l. si quis affirmauerit. §. primo. & l. quod venditor. §. 1. & l. eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo, & l. falsus. §. si quis. ff. de furt. citatq; etiam Socinum in d. consil. 213. colum. 2. num. 5. lib. 2.*

103 † *Item negans positiones super facto proprio negantis, aut alterius, de quo ipse plenè sit instructus, si conuincatur de mendacio, poterit contra eum iurari in litem a ponente super damnis interesse, & expensis paßis per ponentem. Ancharan. consilio 310. incip. in causa. colum. 1. Socin. d. consil. 213. columna 3. Plot. vbi supra per l. in actionibus, & l. nummis. vbi glo. fin. in*

104 *in fin. ff. de in lit. iuran.* † *Item Vassallus, qui negat rem feudalem esse, feudo priuatur. Innoc. & Abb in c. cæterum. colū. fin. de iudic. Bald. in cap. primo §. vassallus. primo. si de feudo*

105 *fuer. controuer. inter Dom. & agnat.* † *Item, qui negat aduersarium appellasse, non potest ea appellatione inniti, Felin. c.*

ex

ex parte.colum.prima de rescript. Guido Pape Singul. 386.
106 † *Emphiteota uero negans rem esse Emphiteoticam non ideo priuatur iure suo, & emphiteosi. Bald.in d.cap. 1. §. vassallus. Ias.in l.2.colum. 29.C.de iure emphiteot. Purpurat.in l.1.colum.9.C.de transac. Marsil.Singul. 242. sed contrarium tenet Angel.hic. Alber.in l.2.C.de iure emph.quod fortè est uerius, cum à feudo ad emphiteosim argumentum procedere soleat, neq; concludens diuersitatis ratio subsit, præsertim & stan-*
107 *tibus prædictis decisionibus;* † *Item negans immixtionem abstinendi beneficium amittit, & negans pretium rerum priuandus est iure suo. Cassan.consil. 21.colum. 9. Port. Imola vbi*
108 *supra.* † *Item reus negans debitum, & de mendacio conuictus, probata veritate debiti, licet qualitas, vel quantitas probata non sit, vel pecuniæ, vel rerum æstimatio, super qualitate ipsa tamen, uel quantitate actoris iuramento standũ erit, Mẽdacii etenim hæc pœna erit, vt contra eum debiti substantiam probari sufficiat, quamuis qualitas, aut quantitas non probetur, Doct.in l.1.ff.de in lit.iur. Barto.in l.admonendi.num.40.ff. de iureiuran. Dec.in d.l.in actionibus.num.13. versi.& vlterius, & in consi.146.& in l. certi condictio. §. quoniam. colum. 3. circa med. ff. si cert petat.& in l.fin. colum. fin. C. de*
109 *edendo.& in cap.primo.de probat.* † *quod tamen intelligendum, si reus factum negauerit, ex quo debitum illud resultat. Craueta.in tract.de antiquitate tempor.uer.uidimus, seu in uer. secundo limitatur. num.15.in fin.numeri. & num.16.in prin.*
110 † *aliud enim dicendum esset, si non substantiam ipsam debiti, & factum, sed quantitatem duntaxat, uel qualitatem, numerumque negasset. Craueta vbi suprà. Purpurat.in l. admonendi.*

di.num.265. Plotus in d.repet.l.si quando. num. 661.

111 *Item, † qui in venditione dicit, rem, quam vendit, nulli esse obligatam, cum tamen obligata esset, falsi pœna tenetur, l.si à debitore, vbi glo. & Bartho. ff. de fals. & poterit contra eum in li-*
112 *tem iurari. Plot. vbi supra num. 667. † Si tamen non expressis verbis mentitus sit, sed tantùm tacuerit, quòd res obligata alteri esset, teneretur ex crimine Stellionatus ad pœnam arbitrariam. l. 3. vbi glo. ff. de Crim. stellionat. & l. 1. §. 1. ff. de pignor. act. ideoq; contra eum in litem iurari poterit, gloss. in d.l. nummis. in fin. Doct. in d. l. in actionibus. Plot. vbi supra. num. 668.*

113 *† Sic etiam Stellionatus crimen committit, qui mendacium in eo facit, dum aliam rem tradit pro alia. d.l. 3. §. primo. vbi glo.*
114 *de crim stellion. Plot. vbi supra. num. 669. † Item affirmans pro vero, quod non est, puta, aliquem esse virum probum, uel, animal non esse morbosum, in dolo esse dicitur. l. si quis affirmauerit ff. de dolo. & dicens, uas esse integrum, cum non sit, tenetur ad interesse, l. tenetur. §. si vas. ff. de act. empti. Dec. in l. 1. in 3. lect. colum. pen. C. de senten. quæ pro eo quod interest. multaq; alia vide pertinentia ad pœnam mendacii per Crau. in consi. 192. num. 13. Hæc verò libenter attigi, tum quia frequentissimè quæstiones huiusmodi in foro versantur, tum*
115 *etiam quia ad decisionem illam deseruient, † qua traditũ est, quòd omnibus illis casibus, quibus mendacium de iure punitur, nõ licebit alicui pluribus exceptionibus contrariis vti citra mendacii pœnam à Iure illi mendacio impositam, quamuis alióqui pluribus exceptionibus vti nemo prohibeatur. Barto. in l. nemo prohibetur. ff. de excep. Bald. in hac l. nostra in fin. & idem Bald.*

in Authen.contra qui propriam.in 2.colum. vers. mod. sequitur. C.de non num.pecun.vbi ad hoc citat hanc nostram legem. & ibi etiam Salyc.in d.Auth.contra qui propriã: Andreas Barbat.in consi.36.difficile est colum. 3. lib. 3 qui ex hoc infert ad conclusionem, de qua nos infra in limitationibus, seu ampliationibus. Angel.in §.illud.2.in Authen.de trien.& semis. Socin.in d l.nemo prohibetur.colum.2.num.6. Deci. in d.l.nemo ex his.num.7.qui ex hoc infert, non satis videri tutam decisionem. Angeli Aretini in d.§.fin. colum. 3. versic. quæro quid si à principio, inst.de act.quod scilicet debitor, qui negauit debitum, si postea conuictus confiteatur, perdit beneficium cessio
116 *nis propter mendacium. † Regulariter tamen dicendum est, ex mendacio priuari iure suo neminem, nisi in iure sit expressum, vt eo in casu priuetur, vt ait Decius in d l. nemo ex his.de reg iur.ad quod non inconuenit illa decisio Bartholi in .l. quod seruo.§.si conseruum.ff.de pecul.legato qui ex eo textu ait,*
117 *† quod, vbi statuta pœnam ipso iure imponunt, numquam augetur pœna contra negantem, quia condemnatio videtur fieri tanquam contra non negantem, & ideo pœna (inquit) in negatione numquam augetur. Sequitur Ang.de maleficiis. in ver. comparuerunt inquisiti, & partem negant. &c.num.6.vbi additio Augustini Ariminen.& huius quæstionis occasione non esset ab re scrutari, an liceat ei, qui ius fouet, quò debitum iustitiæ consequatur, in iudicio mendacium dicere; sed hanc quæstio-*
118 *nem sic dirimunt Doctor, † posse quidem eum, qui ius fouet, aliqua malitia, uel cauillatione vti, quo causam suam tueatur, modò tamen absit falsitas & mendacium. Abb.in cap. primo num.7. de his, quæ met.cau.Bald.in Rub.C. de fide instrumen.*
uersi.

versi.incidenter. Felin.in c.olim.colum.2.circa fin.versic.dum dicit Abbas. de rescript. Alciat. in tract. præsump. in reg.2. præsumpt. 31.in fin.& reg. 3.præsump. 27. Deci. in l. ea est
119 *natura cauillationis. de reg. iur.* † *Sed tamen, & si mendacium fiat in iudicio, ut causa iusta sustineatur, non erit illud mendacium lætale, sed crimen venia dignum, ut dicit Imol. in cap.primo de mutuis petit.num. 13.nec refragatur Alexan.in*
120 *d. l. qui totam. in prima colum.ff.ad Trebel.* † *quod sanè intelligendum, nisi iuramenti religio violaretur, vel graue præiudicium versaretur; vt declarat Didacus in lib. primo uariar. resolut.cap.2.fol.mihi 29.qui Didacus eodem in loco fusissimè tractat, An qui mutuam pecuniam acceperat, ac reddiderat, secretò, si rursum dicta pecunia à creditore petatur contra se, possit veram illam mutuationem negare, ac post multa idem Didacus ita hanc quæstionem finit constituendo tres species.*
121 † *Prima est, cũ actor petit à me pecuniam, quam dicit, se mihi mutuasse, nam si eam restitui, possum petitione mnegare, quia nullum hic subsit mendacium, sic enim nego me ei obligatum esse ad restitutionem, quod uerum est, quippe cum iam resti*
122 *tuerim.* † *Secunda, quòd, si positio contra me data sit, qua cõtinetur, me accepisse pecuniam mutuam, eamq; debere, possum eam negare, quòd verum non sit, me eam debere: & hæ duæ*
123 *priores species satis certæ sunt;* † *sed tertia species longè est magis ambigua, cum scilicet positiones distinctæ datæ sunt, quibus ego simpliciter interrogandus sim, an recitatam pecuniam ab actore acceperim: & in hoc persistũt, neq; aliud addatur, an scilicet ea debeam, cogor.n. hic simpliciter respondere negãdo, vel confitendo, me ea accepisse; & hoc quoq; casu idẽ Didacus*
F *credit*

124 *credit negari ea posse,† quòd licitum sit calumniam & dolum interrogantis, qui verè scit nihil me debere, sed restituisse, quod debebam, his artibus eludere, hoc scilicet intellectu, quasi nec unquam acceperim illud, quod iam restitui, & quasi mutuatio illa, eiusq; obligatio per solutionem & restitutionem sit rescissa: cum enim ego interrogor, an mutuum acceperim, interrogor eo etenim sensu positio facta creditur; verùm cum obligatio sit iam sublata solutione, nihil pecco, si respondeam, me nihil mutuò accepisse: quæ verba hanc inoerpretationem accipiunt, scilicet, me nihil accepisse, quod restituere tenear, & cuius obligatio superstes sit; quod quidem summopere notandum est; rara etenim adeò temporibus nostris est fides, vt possit hoc factum frequenter contingere; & prodesse potest in litteris monitoriis, quarum in rebus occultis in foro ecclesiastico frequentissimus vsus est.*

Nec omittendum censeo casum, in quo mendacium etiam in iudicio cum periurio factum, criminalem tamen pœnam nullam
125 *lam sustinet, videlicet, † si quis à iudice interrogatus super crimine cum iuramento id neget, se fecisse, quamuis enim postea id conuincatur fecisse, non tamen veluti periurus plecti poterit,*
126 *† quia traditum est, licere vnicuique sanguinem suum quoquo modo redimere. Alex. in apost. ad Bart. in l. 1. ff. de Bon. eor. qui ante senten. mor. sibi consciuerunt. Angel. in tract. de maleficiis. ver. quod fama publica. num. 46. vbi addit. Augustini Ariminen. & Bernard. Landr. Dec. consi. 234. col. 2. nume. 3. Silua nuptialis. in ver. monitoriæ. fol mihi. 233. nu. 44. Boss. in pract. crim.*

Quæ si vera sunt, cur nam permittitur huiusmodi iuramentum reis deferri?

deferri? in quo scimus, & si verè delinquentes sint, verum tamen negaturos? &, quamuis peierent, nullam periurii pœnā laturos, quotus enim quisq; est, qui periurii timorē velit mortis, alteriusve supplicii metui præferre? quo circa non erat fortasse nota dignus ille Iudex, qui simulabat iuramentum reo offerre, nec tamen illud deferebat, vt tradit Neuizan. vbi suprà, & optarem ego propterea, vt mos iste, & lex iurisiurandi, quod delinquentibus defertur, abrogaretur omnino. si modò id optare fas piumq; iudicetur, nec enim alio modo votum meum interpretari volo.

127 *Quæritur deinde, † an iste, qui per mendacium negauit, se possidere, ideoque absolutus fuit per obreptionem puniatur pœna legis Corneliæ, vel saltem extra ordinariè tanquàm obrepserit*
128 *per l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cornel. de fal. † quæ quidem lex procedit in obreptione probatoria, non autem in narratoria,*
129 *† nam producens falsam narrationem non tenetur falsi, sed ille tantùm, qui falsam probationem producit, ut dicit Bald. in l. quicumq;. colum. fin. in princip. C. de seruis fugitiuis & in l. si vt proponis, secunda, in fi. C. quomodo; & quando Iudex, vbi ait, d. l. si quis obrepserit, intelligendam esse circa substantialia, & decisiua, sequitur Dec in consi. 175. colum. 4. ante med. & columna octaua circa medium, versiculo, vltimo non obstat.*
130 *† & videtur ea lex procedere, & locum habere non solùm contra eum, qui obrepsit principi, sed etiā contrà eum, qui obrepserit iudici, ut dicit Felin. in cap. nonnulli. § sunt & alii, colum. tertia, versi. amplia tertiò, qui citat Andr. Barbatiam, ibi, con-*
131 *tra Baldum. † quo tamen casu pœna non erit ex lege cornelia, sed erit pœna arbitraria, vt tradit idem Felin. in d. §. sunt &*

F 2 alii.

alii.col.7.in fi.num.44.uersi.amplia septimò. Quod autem at-
132 *tinet ad quæstionem propositam, † non credam ego hunc, qui*
negauit per mendacium, se possidere, incidere neq; in legem Cor-
neliam, neq; in pœnam extraordinariam aliam, quàm hanc
translationem possessionis in aduersarium; satis enim plectitur,
dum possessionem amittit, nec aliam in iure pœnam contra eum
inductam reperio, nec dicitur hoc admissum in probationibus,
133 *† aliud enim est probatio, aliud responsio ad interrogationem.*
arg.l.eum qui.ff.de iureiurando.

Deueniendo autē ad principalem decisionē legis nostræ, dū in ea ha
betur, qđ negās p mēdaciū se possidere, possessione priuatur, eaq;
in aduersarium transfertur, ea exornanda est pluribus modis.
134 *Ampliandam igitur credo primò, † ut procedat in quacunque*
possessione, ratione cuius posit intentari rei vendicatio, cum igi-
tur rei vendicatio detur ad possessionem etiam naturalem solā,
& ad ciuilem solam, item etiam ratione solius detentationis, l.
officium. vbi glo. in verbo peti posse, supra eo. Glo. Bartho. &
Baldus in l. secunda. C. vbi in rem actio. & colligitur ex no-
tatis in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses-
sione, si quis reperiatur possidere tantùm ciuiliter, vel natu-
raliter, negetque se possidere, non poterit is deinde ex tali sua
possessione subsidium aliquod petere, quippe cum Iudicis offi-
135 *cio in actorem sit transferenda; † verùm ambigi potest,*
quomodo in detentore solo exemplum poni poterit, nam, si
transferatur ab eo in actorem detentio illa, mendacium ip-
sius detentoris oberit vero Domino, quod erit contra illam
regulam, quod non debet alteri per alterum iniqua conditio in-
ferri; nam & si colonus meus, vel inquilinus, vel commo-
datarius,

datarius, vel depositarius, vel is, qui missus est in possessionem causa rei seruandæ, negent se detinere, non uidetur æquum, vt hoc posit præiudicium Domino afferre.

136 † *Verùm dicas, quod nulla per hoc iniqua conditio Domino affertur, sed illi detentori dontaxat, neque enim plus iuris in actorem transferetur, quàm quod esset in ipso detentore, quamdiu igitur potuisset ille in detentione manere, tamdiu actor eam habebit, nec longiori tempore, vt dicit Baldus in d. l. secunda, columna tertia. numero 14. C. vbi in rem actio, quærit enim ibi Baldus, vtrùm missio facta contra colonum Domino non citato præiudicet Domino, & decidit, non præiudicare, quia Iudex numquam intendit ei præiudicare, qui non est citatus, nec*

137 *etiam posset præiudicare, si vellet;* † *malè tamen & incautè secum aget huiusmodi rei detentor, si potius uoluerit detentionem, vel possessionẽ, quam nomine alieno habet, inficiari, quàm Dominum ipsum in iudicio nominando se eximere iuxta consi*

138 *lium traditum in l. 2. C. vbi in rem actio,* † *cum si dominum*

139 *nominare omittat, eiq; denuntiare, in dolo esse uideatur,* † *nãq; vbicunq; aliquis alium præponit certo negocio, uidetur eum quò ad omnia illi incumbentia administratorẽ facere. l. 2. ff. de oper. no. nuntiat. l. 1. in fin ff. vsufruct. quemadmo. cau. & arg. l. 1.*

140 *C. si per uim uel alio modo,* † *qui propterea si omittat Domino denuntiare id quod in præiudicium ipsius agi sciat, etiam de facto, & in sola possessione, dolo carere nõ videtur, arg. l. Item queritur. §. exercitus. ff. locati. & l. si procurator. §. si ignorantes. ff. mandati. ita quidem docet Bald. in d. l. secunda. columna secunda, iuncto fine colum. antecedentis. versic. secundo interest. C. vbi in rem actio. & magis specificè hoc dicit Castrensis ibi.*

in

in d l. 2. colum. prima. ad fin. quod scilicet etiam à simplici detentore possit detentatio auferri, si neget, se detinere, ibi in versiculo secundo est utilis, qui his ipsis verbis utitur, dicens. Secundò est utilis prouisio huius legis ipsi colono, uel inquilino conuento, quoniã ante istam legem cogebatur subire iudicium, postquam detinebat, si nolebat detentionem dimittere, per d. l. officium. de rei uendicat. iuncta l. fin. nunc verò per legem istam (inquit) poterit declinare iudicium. &c. & Barto. pariter ibi. nume. 17. ait,
141 † quòd sententia lata contra colonum, aliumve, qui alterius nomine possideat, ullum minimè præiudicium afferre potest,
142 per l. fin. C. si per uim vel alio modo, † additq;, quod etiam facta executione, & re ad actorem translata, non ideo puniendus erit Dominus possessione sua, si quam habeat, arg. l. fin. C. si per uim uel alio modo. sequitur Salyc. ibi colum. 4. versic. quæro quinto, nec alii aliter sentiunt. Alex. in l peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poss. idemq; prius dixerat. Speculator in tit. de primo & secundo decreto. §. restat. num: 19.
143 Amplia secundò, † etiam quòd iste, qui alieno nomine possidet, uel detinet, non solùm negauerit se possidere, sed verum dominum in iudicio interrogatus non nominauerit, nam nihilominus detentatio illa seu possessio, quam alieno nomine habet, in actorem propter hoc mendacium transferretur Bald. hic Spec. in titu. de primo decreto. §. restat, & idem si dixerit, se suo nomine proprio possidere, cum alieno possideret, Specul. vbi supra.
144 † Amplia tertio † etiam, quòd dixisset, se possidere alieno nomine, cum suo nomine possideret Bald. hic Angel. Aret. in §. omnium autem actionum. colum. 6. & septima versi. quæro

quid

quid econtra si tempore litis contestatæ.inst.de act.Roma.consi. 70.colum. 3.versi.vltimo quæro an dispositio. Marsil.in singul.242. Abb.in c.quoniam frequenter.§.quod si super. extra, vt lite non contest & ante eos hoc dixerat. Specul. in titulo de primo decreto.§.restat.num.20.uersi.quid si nominans.ibi.prædictam quoq; pœnam.vbi ait,prædictam quoq; pœnam patietur nominans nominato dicente, quod ille eius nomine possidet, vt in d.l.fin.ff de rei vendic.sequitur Portius Imola, qui supradicta allegat. in libro primo communium opinionum, regu. 30.amplia.tertia.vide etiam addit.ad Pract. Pap.in forma interrogationis fiendæ.in fin.

145 *Procedet † autem multò magis prædicta ampliatio, si aliquem potentiorem in iudicio nominarit,cum uerè ipse reus conuentus,non autem ille potens possideret, quod fortè fecerat, vt alius Iudex priuilegiatus non ordinarius adiretur, finge enim nominasse eum Senatorem,aut aliquem, qui non possit conueniri, nisi sub Capitaneo Iustitiæ,vt per constitutiones Mediolani di*
146 *sponitur,uel finge,quod nominauerit Episcopum, † certè hoc casu hoc modo iste, qui sic mentitus est, non solùm possessione priuabitur,sed,quod plus est,priuabitur etiam omni iure, vt dixit Bald in l.prima. C. de his, qui poten. nom. numero primo per illam legem. Marianus Socin. in cap. quoniam frequenter.§.quod si super. colum.11.vt lite non contest. Port. Imol. vbi supra ampl.5.*

149 *Quarto amplia,†vt procedat nedum in rei vendicatione sed etiam in hypothecaria actione.l.si fundus.§.in vendicatione. ff. de pignor.ubi Barth.in primo not.nu. primo,qui allegando hanc legem nostram ait in illo iudicio hypothecariæ actionis distinguen-*

guendum esse eo modo, quo distinguitur in rei vendicatione, an conuentus possideat. ad quod etiam Apostillan. ad Bartho.hic.

148 *Quintò amplia † etiam in publiciana actione, & generaliter in qualibet actione in rem directa, & vtili, & in quocumque etiam, qui neget authorem suum fuisse Dominum, glo per illum tex.in Auth.de trien.et semis.ver.conuentus.§.illud quoq;. Iason.in.§.sed istæ.nu.37.inst.de act.*

149 *Sexto amplia † etiam in petitione hæreditatis, nam & ille, à quo petitur hæreditas, si neget, se possidere, possessione priuabitur, eaq; transferetur in actorem glo.& Bart. hic.nume. 5. & idem ait glo.in d.§.illud quoq;. in ver.conuentus.in Authen.de*

150 *Triente & semis.ad fin. † quod procedit, etiam si petitio hæreditatis intentetur contra singularis, seu particularis cuiuspiam rei possessorem, vel debitorem, nam si neget ille, mittetur actor in possessionem illius rei, si talis sit, quæ possideri possit Glos. & idem Bart.hic.num.8.& alii transeunt simpliciter, & Barba. in consi.36.lib.3.col.5.circa med.*

151 *Septimo ampliarem ego, † & si quis non amplius hæreditariam rem possideret, sed accepto pretio eam rem possidere desiisset, nam, si interrogatus responderit, se nihil hæreditariū pos-*

152 *sidere, mendacium faciet, † cum pretium succedat loco rei. l. si rem & pratium. vbi Barto.& Angel.ff.de petit. hæreditat.Bart.in l.si à debitore.ff.quæ in fraud. credit. Barbat. in d. consi. 36.colum.5.circa med.Glo.Bart.hic Bald. in.l cogi. col.*

153 *tertia.num.12.C.de petit.hæredit. † qui tamen Baldus hoc ita demum declarat procedere, si interrogatus fuerit indefinitè an possideat, verùm si aliquibus hæreditariis corporibus specifi-*

cè

cè expressis interrogatus fuerit, an ea, vel eorum aliquod possideat, rectè respondere poterit, se ea non possidere, nec mentietur, quamuis pretium habeat, nec propterea transferenda erit ab eo possessio, quia in veritate non possidet, licet iuris fictione posside-
154 re videatur, † quamuis Gulielmus antiquus Doctor contrarium teneret, qui opinabatur, non secus puniri eum, qui mentitur inspecta fictione, quam eum, qui mentitur veritate inspecta,
155 † sed mihi magis placet opinio Baldi, nam huiusmodi interrogationes fiunt super facto, nō super iure, cū nominatim exprimū-
156 tur corpora. † cautus igitur sit is, qui petitionē hæreditatis intētaturus est, ut nō solùm interroget, an possideat tale quid hæreditarium, sed præterea adiiciat, aliamue hæreditariā rem, uel pretiū eius, sic.n. remouebuntur oēs difficultates, & melius est ante prouidendo cōsulere, quàm post vulneratā cām remediū quærere.
157 † Quinimo addit ibi idem Baldus aliud, quod non est speciali annotatione profectò indignum, nempe, Quòd, si is, qui dolo desiit possidere interrogatus vtrùm possideat, responderit, se non possidere, non erit ob hæc puniendus, nec possessio ab eo transferēda eadem videlicet ratione, quam proximè diximus, hoc est, quia is non dicitur mentiri, si veritatem inspiciamus, licet inspe-
158 cta iuris fictione mentiri videatur, † quocirca hoc pariter casu erit ulterius procedendum, & interrogandus (si actor modò certus esse cupit, ac rem suam consultè agere) interrogabit inquàm, an dolo desierit possidere, neq; enim captiosa habenda est huiusmodi interrogatio, &, cum ei respondere teneatur ad libellum, nulla ratio est, quin etiam ante litem contestatam ad interrogationem pariter ei respondere debeat.
159 Quare † & idem videtur dicendum in quibuscunque aliis

Iudiciis uniuersalibus, in quibus pretium loco rei succedit, de quibus per glo. & Bart. in d. l. si rem & pretium. ff. de petit. hæreditat. Doctor. in l. mater. C. de rei uendicat. in Rubr. soluto matri, his scilicet, quæ competunt ad rem. nempe, ut posſidentes pretium mentiantur, & puniantur, si negant posſidere se.

160 *Octauò amplia, † quod pœna huius legis procedit etiam contra eum, qui conuenitur remedio possessorio prodito ex l. fin. C. de Edicto Diui Hadriani, ut dilucidè explicat idem Andr. Barbatia in d. consi. 36. colum. 5. ad fin. lib. 3. his quidem rationibus, quia (inquit) hæc l. nostra in quacumq; actione locum sibi uendicat, qua propter ob mendacē possessoris negationē actor probandæ posſeſſionis onere grauatur, nedum in rei uendicatione,*

161 *† generalem enim (inquit) regulam ponit hæc lex, ut mentiens in negando possessionem ipsam posſeſſionem amittat, neq; in rei uendicatione specialis hæc est decisio, Item cum sine controuersia receptum sit, etiam in petitione hæreditatis locum eam habere, ut proximè dictum est, idem quoq; necessariò dicendū est in remedio prædicto ex d. l. fin. C. de edicto Diui Hadr. tol. cum detur, uel denegetur contra possessores bonorum his casibus, quibus petitio hæreditatis, dari, uel denegari solet, ut per scribentes in d. l. fin. C. de edicto Diui Hadr. hocq; etiam non respuit glo. in d. . illud quoq;. in uer. conuentus. in fin. in Authen. de Triente & semisse, ad quam Ias. in . sed istæ numero*

162 *37. inst. de act. Tu tamen aduerte, † quia remedium ex d. l. fin. de Edicto Diui Hadriani est personale. Castren. in d. l. fin. num. 4. qui ait esse condictionem ex ea lege, & sic actionē*

163 *personalem, † item nulli dubium, esse illud remedium posſeſ-*

164 *sorium, ut ex eadē ipsa lege manifestū fit, † at lex nostra lo-*

cum

cum habet solum in petitorio, & ubi quæstio uersatur circa rem ipsam, vt dicit glo. hic in ver. per iudicem. ver. sed nonne debet, clariusq; Bartho. hic colum. pen. num. 7. versi. dic clarius, & Abbas in cap. pen. colum. 5. sub. num. 18. versic. item requiritur quod agatur petitorio. de iuramento calum. quare non videtur in hoc possessorio ex edicto Diui Hadri. legem hanc procedere, neq; refert, quod dicitur, videri legem istam generaliter lò-
165 *qui, nedum in rei vendicatione, † nam respondeo, imò legem hanc loqui de rei vendicatione, seu actione in rem tantùm, non autem de possessorio remedio, neq; de actione personali, in personali enim actione id procedit, quod habetur in d. l. de ætate. §. qui tacuit, secundum Gloss. & Bartholum hic.*
166 † *Glossa autem in d. §. illud quoq;. in versic. conuentus, non loquitur in casu legis nostræ, sed vbi quis mentitus est circa rem ipsam, non autem circa possessionem, iuxta casum illius tex. d.*
167 *§. illud quoq;. † videtur ergo hæc ampliatio inter limitationes potius reponenda, & quamuis illud edictum sit loco petitionis hæreditatis, nemo tamen dixerit esse remedium petitorium, sed possessorium esse manifestißimum est.*
168 *Nonò † ampliandum hoc uidetur etiam in possessorio recuperandæ, ex his, quæ tradit Aretin. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. dum circa illam conclusionem, quòd possessorium recuperandæ ab vno propositum facit silere petitorium ab aduersario prius intentatum, ratione priuilegii quo spoliatus fruitur: ad hanc inquàm conclusionem redditur ratio per Aretinum. vbi suprà, quòd hoc contingit ratione præiudicii, nã qui petitorium intentat reum poßidere ait, rursus & ipse reus, dum reconuenit actorem possessorio recuperandæ, pariter ait il-*

lũ poßidere, & quamuis (subdit ibidem Aretin. id quòd præsertim casum nostrũ attingit) uideatur, quòd agens petitorio possit ipsum reũ agentẽ ad recuperandũ conuincere de mendacio, respõdet Aretinus, quòd idem fieri poterit in interdicto recuperãdæ, in quo examinatur etiam quis poßideat; sequitur ibi Ripa. nu. 157. quãuis illam rationem dicat coincidere cũ ratione Bar. de cuius rei tamen veritate fusius agendũ esset. hoc certè, quod attinet ad quæstionem nostrã eodem morbo videtur laborare, quo præcedentem proximè quæstionem laborare diximus, quod scilicet mendaciũ possessionis transferendæ causam, & vim nõ ha-
169 *beat, quia non petitorio agatur: † quòd, si quis me rogarit, cur nã spoliatus hoc non consequatur, vt possessio in se trãsferatur propter mendaciũ spoliatoris, qui se poßidere negat, attentis maximis priuilegiis, quæ spolio alioqui conceduntur, cum tamen qui intentat in rem actionem hoc commodi habeat. Responderẽ Ego, eum, qui in rem acturus est, multùm onerari in probatione Dominii sui, uel iuris. l. fin. C. eo. propterea hoc cõsequitur, ut hoc saltẽ releuari debeat, spoliatus uerò plura priuilegia cũ habeat, illis contentus esse debet, præsertim, quia facilior fortè exitus erit ei, neq; illi opus sit ad hoc remedium confugere.*
170 *Decimò amplia, † etiam, quòd mentitus sit circa qualitatẽ et titulum possessionis, cum circa substantiam verũ confessus fuisset puta, quia confessus sit, se poßidere quidẽ, sed alium titulũ expresserit, quàm cũ, quo uerè poßidebat, ut, quia dixerit, se posside re pro emptore, cum alio titulo posideret; nam, si cũ titulum, quẽ asserit, non probauerit, vti conuictus de mendacio, quia assertũ titulum non probarit, puniendus erit in possessionis translatione, quod Azo. & Placen. relati à Barthol hic docuerunt, Itaq;*

bi

hi non solùm hunc puniri credunt, sed etiã ad eum spectare onus probãdi eum titulũ, quo se dixit possidere, quod ualde mirãdum est, quòd eo ipso uideatur de mendacio conuictus, quo nõ probat, quod asserit: meritoq; à Bar. confutatur hic, ea uidelicet ratione,
171 † *quòd non incidit quis in pœnam huius legis, nisi aduersarius probãdi onere grauatus sit, de quo nos infra, non dicetur autem quis probãdi onere grauatus, si aduersario onus, quod asserit, probandi incumbat: quòd, si ipse actor probaret titulum nullum esse, quem reus pretendit, vt quia à furioso emerit, alio ve, qui potestatem vendendi, non haberet, tunc vtiq; ueluti mentiens possessione priuãdus erit, quòd autem mentiens in qualitate possessionis priuetur possessione, tradit etiam Ias. in §. omnium. col. 42. inst. de act. Port. Imol. in d. conclus. 30. lib. 1. Commu. opi. in 7. amplia. Tamen Franc. Curt. apostil. ad Io. Petr Ferrar. in sua practica. in forma interrogationis fiendæ reo conuento. in uer. teneat possideat, inquit, quod conuentus rei uendicatione non tenetur respondere de qualitate suæ possessionis, citat Pau. Cast. in consi. 196. incip. super primo dubio. lib. 2. quod consiliũ non re*
172 *perio, sed uerum est, quod non tenetur respondere quis super titulo suæ possessionis in rei uendicatione, quãuis in petitione hæreditatis cogatur respondere, an pro hærede, an pro possessore possi*
173 *deat, † nã tãtũ facit in rei uẽdicatione simplex possessio, quãtũ in petitione hæreditatis modificata detẽtio. l. cogi. ubi gl. uer. pter eũ. circa med. C. de petit. hæred. hæc igitur ampliatio restringẽda est ad petitionẽ hæreditatis vt s. in petitione hæreditatis mẽtiens super possessionis qualitate ea priuetur, nõ aũt mẽtiẽs ĩ rei uẽdic. Vndecimo, amplianda est supradicta conclusio; nam locus ei esse*
274 *poterit, † & si non absolutè, & purè negasset, se poßidere, sed*

his

his vel similibus verbis, puta, dicendo, non poßideo, & quatenus reperiar poßidere, dico, quòd iusto titulo poßideo, quod hac ratione probatur, aut enim consideramus prima verba, quibus explicitè inficiatus est, se poßidere, & tunc omni ambiguitate vacat, nec ulla difficultas remanet, quin simus in casu legis nostræ; nam si actor contrarium probauerit, possesionem ad se transferet. Aut posteriora verba duntaxat consideramus, illa scilicet, quatenus reperiar poßidere, dico, quòd iusto titulo poßideo, & hoc casu, non potest certè dici, hæc uerba esse affirmatiua, nec quòd confiteantur posseßionem, imò potius negatiua dici possunt, cum in actorem probationis onus transferant, ut ille probare teneatur, reum poßidere: Aut deniq; omnia hæc uerba consideramus simul & coniunctim accepta, & hoc quoq; casu, cum responsio huiusmodi à negatiua incipiat, satis negare uidetur, nec conditionalis responsio subsequens facit, quin negasse videatur:

175 † *nam per exceptionem reus dicitur aduersarii intentionem negare glo. in c. exceptionem de reg. iur. in 6. & glo. in cap. cum uenerabilis. vbi Innocen. de except. Si ergo per exceptionem simplicem dicitur quis actoris intẽtionem simpliciter negare, multò magis, vbi negatiua iam præcesit, Item, quia, cum iam simpli-*

176 *citer, aperteq; negauerit, † non est vtiq; dicendus se correxisse per responsionem statim subsequutam. arg. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. nam, si voluisset primam negationem reuocare, eamq; corrigere, hoc fecisset clarè, & explicitè. arg. cap.*

177 *ad audientiam: de decim.* † *Et quamuis dicatur, neminem prohiberi pluribus exceptionibus vti, id sanè intelligendum est, nisi illæ exceptiones ita contrariæ sint, & tale mendacium dicant, quod à iure pœnam mereri soleat, ex Baldo, & Salycet.*

in

in dicta Authen. contra qui propriam, & diximus suprà,
178 † *quod ergo tradunt Doctores in cap. cum venerabilis de except. vbi Abbas, Innoc. Bald. quod. s. ille qui excipit, non dicitur negare, intelligendum est, nisi negatio explicita iam præcessisset. His quidem rationibus quamuis prolixioribus verbis hanc conclusionem ex facto consultus respondendo tenuit Andreas Barbatia in consi. 36. colum. 2. & 3. lib. 3. quod uerissimum arbitror, si quidem actor non minus grauatur per hanc responsionem, quàm si explicitè negasset, nec vllam conditionem adiecisset. quod tantò magis procedet, si actor eam responsionem acceptarit, quatenus sui fauorem spectet, in ea verò parte, quæ sibi præiudicium afferat, eam se respuere testatus sit, vt idem Barbatia ibi prosequitur.*

179 *Amplianda est etiam hæc conclusio, vt locus ei sit, † etiam si non negauerit expressè, sed solùm contumax fuerit in respondendo, cum interrogatus esset. arg. l. de ætate. §. qui tacuit ff. de in-*
180 *terrogator. act. † vbi contumax in respondendo & mendax æquiparantur, hæc enim verba sunt illius tex. quasi negauit se hæredem, nam, qui omnino non respondit, contumax est, contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, vt insolidùm conueniatur, quemadmodum si negasset, quia prætorem contemnere videtur, facit glo. in cap. fin. in ver. confesso. de confes. in 6. quæ di-*
181 *cit, † quòd contumax tunc demum habetur pro confesso, quãdo confessio esset vtilis actori, verùm, si ei vtile esset potius,*
182 *quod negasset, haberetur pro negante: † vtilius autem esset ei, quòd habeatur pro negante, quia sic efficitur de actore possessor & reus, nec ei necesse erit ammodò ius suum, vel dominiũ pro-*
183 *bare. l. fin. C. eo. tit. † cum tamen dominii probatio difficilli-*

ma

ma habeatur glo. & Doct. in l. cum res. C. de probat. Ias. in l. rem quæ nobis. nume. 28. post alios. ff. de acq. poss. ad hoc etiam congruit. l. si prius vbi Bart. in prima oppositione tertiæ partis, dum soluit oppositionem factam de l. cum de indebito, in §. primo. ff. de probat. dicens negationem id operari in d. l. cum de indebito, quod operatur contumacia in d. l. si prius. post glo. ibi.
184 † *quamuis enim ob contumaciam nemo tota causa, & iure suo priuari soleat regulariter. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. l. 2. in fin. C. vbi in rem actio. glo. in l. prima. §. fin. ff. si quis iusdicẽ. nõ obtemperau. ea tamẽ regula multas patitur exce*
185 *ptiones, eamq; inter cæteras. † cum scilicet pœna priuationis non directò ad totam causam amittendam ordinata est, sed per consequens hoc deinde contingit, vt in casu nostro, quo actoris partes contumax sustinere cogitur, quò fiat, vt si dominium ipse probare nequiuerit, in causa succumbet. l. cõtumacia in prin. ff. de re iudi. cum simil. ita quidem dicit Alciat. in d. l. si prius.*
186 *in sexto casu. de oper. no. nunciat. † sed & alia ratione hoc cõtingere potest, quia scilicet aduersus iussum Iudicis sibi in præsentia comminantis contumax fuit, quam rationem reddit idem ipse text. in d. l. de ætate. §. qui tacuit. ff de interrogat. act. & scriben. ad dictum capitulum secundum, de confes. in 6. Alciat. ubi supra in quarto casu & ad hoc conueniunt, quæ diximus suprà in rationibus decidendi.*

187 *Ampliari etiam posse videtur, † vt procedat conclusio nostra non minus, cum facta est interrogatio post litem contestatam, quàm si facta sit ante: idq; ex Glo. in d. l. qui petitorio. in ver. vtitur. ad fin cum qua transeunt ibi Doctores, & Barto. in l. 1. ff. de interrogator. act. qui aiunt, posse fieri illam interrogationem*

gationem etiam post litem contestatam, si oblitus sit interrogare ante litis contestationem, quod verum credo ex.l. vbicumq;. ff.eod.tit.de interrogator.act.sequũtur Doct.videlicet. Alex. Ias.Imol.in l.naturaliter.§.nihil commune.in 4.cõbinat.Bart. ff.de acq.possess.quapropter, si interrogari potest etiam post litem contestatam, ergo si ad ipsam interrogationem mentitus fuerit,
188 *habebit pariter locum hæc.lex, † cum utroq; casu pariter lædatur, & contemnatur Maiestas prætoris, & vtroque casu actor probandi onere grauetur: quamuis igitur verum sit, hanc interrogationem fieri debere ante litem contestatam.d.l. qui petitorio.supra eo.l.qui seruum.§.in iure.infr.de interrogat.act. Si tamen contigerit, factam esse post litem contestatam, non ante, idem sequetur effectus, quod attinet ad casum legis nostræ: nec*
189 *valde hærendum arbitror in hac re. † Magis fortè ambigi posset, vtrùm idem recipiendum sit, si nõ ad interrogationem, sed ad positiones in iudicio factas mentitus fuerit: videtur enim considerari posse aliquam differentiæ rationem, quippe interrogatoria*
190 *fiunt ad ordinandum iudicium, † quare uidetur magis in culpa esse, qui iam tum à principio reluctatur, ne iudicium ordinari, suoque cursu incipi & progredi possit; quàm ille, qui iam cepto iudicio illud euitare enititur, neq; enim debebat actor iudicium incipere, si probationes in promptu non habebat, cum debeat instructus ad iudicium accedere l.qui accusare.C. de edendo.l.si quando.C.de dilat.l.nimis graue.C.de testib.cap primo de probat. Doct.in l.1.C.de edendo, cum ergo actor iudicium iam sit ingressus, non est, quòd de reo conqueratur, sed à principio uires suas ex probationibus metiri debuerat, interrogationisq; remedio vti, & quòd respondens positionibus per mendacium se non*

possidere, non cadat in pœnam huius legis, tacitè sentit etiam Decius in d.l. 1. C. de Edendo. in 5. nota. sub nume. 8. venatur enim ibi Decius rationem, curnam reus non teneatur actori edere ad fundandam eius intentionem, & tamen tenetur respondere positionibus, ex quibus positionibus resultare potest auxilium probationi actoris, atq; inter cæteras hanc reddit rationem De-
191 *cius ibi & in cap. primo de probation. † quia inquit, hæc positionum facultas, quæ actori conceditur, non cogit, neque arctat reum, cum possit negare positionem. Sicq́; Decius admittit, posse reum negare positionem impunè, quòd attinet ad alias pœnas extra periurium, in quod incidit propter iuramentum calumniæ. generaliter enim loquitur Decius, nec videtur excipere casum hunc, quando positiones fiunt in iudicio hoc rei uendicationis alteriusùe in rem actionis.*

192 *Quin † & lex nostra de negatione ante litem cõtestatam facta dontaxat loqui voluisse videtur, & sic non de responsione facta ad positiones, (quippe non nisi post litem contestatam positiones fiunt regulariter, licet interdum quoq; ante contestationem eas fieri posse traditum sit, Barto. in d.l. vbicunq;. ff. de interrogat. act.) quod probatur illis uerbis, videlicet; In rem actio*
193 *nem pati non compellimur, † pati enim dicitur quis actionem litis contestatione, arg. l. amplius non petitum. ff. rem rat. hab. ubi Bart. & Castren. & ad hoc faciunt, quæ dicta sunt supra de interrogatione facienda ex gl. in d. §. illud quoq;.*

194 *Ego † tamen idem credam in responsione hac reddita ad positiones factas, quod in aliis interrogatoriis, imò, & maior ratio*
195 *his inesse uidetur., † cum ille, qui ponit, periclitetur, quod non*
196 *facit is, qui solùm interrogat, † nam, qui ponit, fatetur positiones,*

tiones, non sic ille, qui interrogat. Bart. in d. l. 1. ff. de interroga. act. Deci. consi. 310. colum. pen. Doct. in d. l. 1. C. de edendo. æquum est igitur, ut, quo casu actor maiori periculo se exponit, maiore quidem rei utilitate, sentiat inuicem non minus commo-
197 *dum ex tergiuersatione rei. † Præterea actor cum facit positiones, reus tenetur prius de calumnia iurare, quàm positionibus respondeat. l. 2. §. quod obseruari. ff. de iuramen. calum. si ergo punitur in possessionis translatione is, qui nullum iuramentum præstitit, quanto magis puniendum dicemus, qui contrà iura-*
198 *mentum à se præstitum mentitus est? † Item non minus grauabitur actor onere probãdi, si reus positiones neget, quàm si in-*
199 *terrogatoria ante litem contestatam facta negauerit; † nec aliæ leges, quæ neganti pœnam imponunt, magis loquuntur de responsione ad interrogatoria data, & ante litem contestatam, quàm data post litem contestatam, & ad positiones. d. §. illud quoq; d. Authen. item si possessor: nec minus fiunt hæ positiones authoritate iudicis, & ad eas respondere authoritate Iudicis cõ-*
200 *pellitur, quàm aliis interrogatoriis, † vnde pariter iudicis Maiestas læditur. d. l. de ætate. §. qui tacuit. d. l. debuit. ff. de in-*
201 *terrogat. act. † Nec lex nostra refragatur, quamuis enim prius dictum legis ad interrogationes ante litem contestatam fa-*
202 *ctas videatur commodius aptari, † nec tamen eum malè sentire crediderim, quisquis dixerit, eum demum actionem pati, qui*
203 *executionem perferat, non qui litem contestari cogitur, † vel dicas, quòd licet lex ponat exemplum ex frequentiori vsu, cum sit interrogatio ante litem contestatam, non tamen propterea interpretandum est, quin idem uoluerit etiam, cum post litem contestatam mendacium factũ est. ar. gl. l. 2. ver. filio de vulg.*

204 Non † crediderim tamen frequenter hanc quæstionem con-
205 tingere posse, nisi actor malè cautus sit, † cùm enim possit interrogatoria facere in quacunq; iudicii parte, si ante litem contestatam interrogare oblitus sit, consilio careret, si positionum cãcellis se coarctare, & restringere vellet. Bar. in d. l. 1. & l. ubicumq;. ff. de interrogat. act.

Amplianda est igitur prædicta conclusio, ut procedat, non solùm si interrogatio facta sit ante litem contestatam, sed & si post, Item ut procedat, & cum mendacium est factum respon-
206 dendo positionibus, † Et quod videtur sensisse Decius in d. l. prima. C. de Edendo, videlicet, posse quem impune positionem negare excepta periurii pœna, verum esse non credo, præsertim si voluit hoc intelligere, de eo, qui negauit se possidere.

207 Decimosexto Amplia, † ut procedat, fiatque hæc possessionis translatio etiam sine nouo libello. glo. in d. §. illud quoq;. in uer. & legem. in fin. in Authen. de triente, & semisse. Bartho. hic columna prima, numero 2. Roman. in dicto consilio. 70. colum. pen. nume. 7. uersi. tertio. principaliter quæro: ac sine litis contestatione, sed iudicis officio nobili. Bald. in. l. fin. C. de execut. rei iudic. Ias. in. §. omnium. colum. 14. uersi. & ad-
208 uerte, quòd talis translatio inst. de act. † quod ea ratione contingit; uel quia iste negando se possidere possessioni renuntiat, unde potest Iudex officio suo eam possessionem aduersario dare. l. non alienum. ff. de interrogator. act. vel id fit in pœnam mendacii, quocirca, quemadmodum contra non venientem mittitur actor in possessionem ex primo, vel secundo decreto, sic & contra hunc mendacem fit executio

per officium Iudicis transferendo ab eo possessionem absque nouo libello : probatque hoc etiam lex nostra , cùm dicit ,
209 *transferendam esse possessionem per Iudicem ,* † *quamuis enim in officio quoque iudicis nobili detur libellus . ut per tex. in cap. fin. extra, de offic. iudic. Barto. in l. ne quicquam. §. vbi decretum . ff. de offic. proconsul. in Rubric. ff. de interrogator.*
210 *act . tamen verum est ,* † *quòd si non proponatur per modum actionis, libellus non sit necessarius, vt ibidem ait Bar.*
211 † *Item non requiritur libellus in officio Iudicis, quando imploratur super eo, quod est liquidatum . Innocen. cap. fin. colum. penul. de Iudic. Bart. in l. Iubere cauere ad fin . & ibi Deci. nume. 17. ff. de iurisdict. omnium iudic. magis certè liquida res non potest esse, quàm per assertionem partis in iu-*
212 *dicio factam coram Iudice .* † *Item, vbicunque pœna resultat ex aliquo emergenti in iudicio , illa pœnæ appositio numquam desiderat nouum libellum , aut litis contestationem . Bald. in l. supplicare, in vltimo not. num. 6. C. vt lite pendente. ibi. quia ista est pœna emergens. etc. hæc quidem pœna ex nega-*
213 *tione causatur in iudicio facta,* † *Item in notoriis non requiritur Iudicis ordo, c. ad nostram. de iureiuran. notorium verò quis neget esse hoc , quod Iudici ex confessione & dicto ipsiusmet rei constat. & Bal. in l. fi. col. 2 in fi. nu. 7. ait , officium iudicis , quod sumit uim ex actis, libellũ non requirere , etiã si possessionẽ transferri petatur . Innocen. cap. ex insinuatione de appel. cum similibus . non est igitur admittendum, quod ait glo. prima hic , nempe dum tradit, dari condictionem ex lege, quã glossã meritò Bar. hic refellit, quãuis Ang. non abnuat: quare uideretur infer-*
214 *ri posse, quòd, cum officio iudicis expediatur,* † *propterea causa*

hæc,

hæc quæ iudicem mouit, odiosa, execrabilisque sit, hanc enim consequentiam facit Aretin.in d. .nihil commune.in 4. combinat.quam tamen consequentiam minimè admittit Ripa ibi. num. 158.stet igitur conclusio,fieri hanc translationem possessionis sine libello per officium Iudicis,tum quia ille videtur possessionem pro derelicta habere, tum quia statur confessioni ipsius contra se,qui negauit se possidere.

215 † *Hoc igitur modo huius rei executio in vsu forensi fiet, quia scilicet, vbi reus se negauerit possidere, actor petet sibi licentiā intrandi possessionem per iudicem dari, veluti rei vacantis, saluo iure tertii cuiuslibet,nec poterit huic licentiæ reus contradicere, cum sua nihil intersit,quandoquidem ipse negauit se possidere: Sic docet Ange hic.colum.fin.in prin.allegando textum. in d l.qui seruū.§.in iure.ff.de Interrogator. act.Bal.in l.fi.C.de*

216 *execut.rei iudi.* † *Videtur quidem aliqua difficultas in hoc superesse,an lis contestatio sit necessaria, nam aliqui crediderunt, contestandam esse litem etiam sine libello, & quamuis emergentia in iudicio litis contestationem requirere non credantur,*

217 † *ubicunq; tamen propter hæc emergentia litis contestatio impeditur in principali,ea quoq; litis contestationem desiderare creditur. Angel.hic,quæ tamen inspectio ad nihil ferè deducitur, si verum est, quod dicit glo.in d.§.illud quoq;, nempe, eo ipso litis fieri contestationem super possessione, cum reus interrogatus*

218 *an possideat,negat,se possidere,* † *quod sanè mihi non facilè persuaderi sinam,cum neq; actoris,neq; rei animus fuerit ea interrogatione,vel responsione litem super possessione contestari, sed super petitorio tantùm,cuius ordinandi gratia facta est illa interrogatio. Sicq́ glossam illam suis propriis telis confodi posse*

con-

constat, hoc enim argumento ipso idem Accursius in simili pro posito usus fuit, dum tenuit litem non contestari super petitorio
219 *per hanc negationem:* † *Non est igitur dicendum litis contestationem induci, nec etiam requiri, neq; libellum, sed solo iudicis officio rem absolui posse, ad simplicem actoris petitionem iuxta modum per me iam traditum, qui longè breuior, faciliorq; erit.*

220 *Decimoseptimò Ampliarem* † *ego hanc conclusionem, ut procedat, etiam si actor velit in Iudicio petitorio procedere, nec reum cogere curet, ad sustinendas actoris partes; neq; enim ei inutile quandoq; erit, ut aliàs diximus, declarari se dominũ*
221 *rationibus tunc adductis;* † *nec nouum est, quod reus in se onus probandi interdum suscipiat, ut in l. circa. ff. de probat. Aret. in §. omnium. inst. de act. super glo. in ver. dicat, & ibi etiam Ias. num. 112. & seq. & quamuis in rei vendicatione duo illa extrema sint necessaria, de quibus diximus suprà, uide-*
222 *licet dominium ex parte agentis, possessio ex parte rei,* † *quæ quidem possessio ex parte rei hic non reperitur adesse, cum in actorem sit translata, id tamen est intelligendum, possessionem requiri in reo, scilicet, quò ad hoc ut possit ferri sententia contra eum, qua condemnetur ad restituendum, qui est finis, & effectus actionis in rem, verùm quò ad hoc, ut sententia ferri possit de claratoria super iure agentis, non est necessaria possessio ex parte rei, ut patet ex d. l. si à te in prin. & §. primo cum ibi not. ff. de excep. rei iudica. & diximus suprà.*

223 † *Poterit igitur actor in primis contra reum mentientem obtinere, ut ad se transferatur possessio rei, quam petere uolebat, seu, quam petiit, deinde, si videat reum contra se litem mouere*

nolle,

nolle, poterit ipse iudicium cœptum prosequi nihilominus, & petere se Dominum declarari, & reum in fructibus, & obuentionibus erga se condemnari.

224 Decimo octauò Amplia,† quod hæc translatio possessionis perpetua firmaq; erit, quoad pro reo fuerit in petitorio iudicatum, neq; enim, & si intra annum paratus sit iudicium suscipere, propterea possessionē recuperabit, licet expensas soluere sit paratus. Butr. & Abb. in c. cum causam. de iuramento calum. Roma. in d. consi. 70. Felin. in c. ceterum. col. pen. num. 18. de iudic. Port. Imol. in d reg. 30. in prima amplia. quod est in pœ-
225 nam mendacii,† quamuis missionem passus propter contumaciam ex primo decreto, si intra annum reuertatur, eam recuperet, uel intra aliud tempus secundum uarias Doctorum opiniones. l. fin. C. de iure don. impetran. Doct. post glo. in l. si finita. §. si plures. ver. prius. ff. de damno infecto. Sic videre potes maiorem mendacii, quàm contumaciæ pœnam à iure constitutam esse, quod ad multas decisiones argumentum præstare potest, tā suprà dictas, quàm infrà dicendas.

226 Decimonono amplia,† quod pœnam hanc translationis possessionis feret mentiens in possessione, etiam, quod paratum se offerat mox probaturum dominium ipsius rei, quod Accurs. hic in fin. vlt. glo. Barto. Bald. Ange. tradiderunt. Abb. in c. cum causam. colum. 5. circa med. sub num. 18. ver. item requiritur, quod agatur petitorio. de iuramento calūniæ. ibi, nunquid autem reus debet admitti volens probare &c. Angel. Aret. in §. omnium. colum. 11. inst. de act. vbi etiam Ias. & idem Ias. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 42. Ripa ibi. nu. 102. et 103. Gomes. in. §. ex maleficiis. num. 16. inst. de act. Port.

Imola

Imola in d.reg.30.lib.1.commu.opin.ampl. 2. & Accursius ipse perpetuò constans in hac sententia fuit, nempe in d. Auth. Item possessor, in princ. vltimæ gl. quæ est in ver. transferat. C. qui pot. in pignor. & in l.dolo.ff.de doli excep.circa princ. primæ glo. & in l.inuitus.§.cui damnus.in fin. secundæ glo. de regu. iur.
227 *quod quidem euenit in mendacii pœnam, † cum alioqui etiam in quibuscunq; adipiscẽdæ possessoriis, quamuis priuilegiatis admittatur illa exceptio, Dolo facis, qui petis, quod es restiturus, & qui paratus est mox dominium probare, possessionem dimit-*
228 *tere non teneatur, † quod tamen in possessorio recuperandæ secus est. cap.litteras.§.pen.& fin.de restit.spoliat.Specul.in tit.de*
229 *petit.& possess.nec vllus dubitat. † Verùm non ab re ambigi quis poterit hic, an idem sit, si exceptio proprietatis notoria sit, an nihilominus transferenda erit propter mendacium possessio,*
230 *† plus enim est, notorium aliquid esse, quàm quod in continen-*
231 *ti probari possit, † cum notoria ab hoc probationis onere sint*
232 *immunia, † notoriaq; à lege, vel statuto exceptiones quaslibet excludente numquàm seclusa, censentur Bald.in Rubric.C. de probat.num.1, Paul.Castr.consi.44. in præsenti quæst. col. 1.lib.1.Felin in cap.ex parte secundo in quinta fallen. de offic.*
233 *delegati, † & quamuis doctores negent, in possessorio recuperandæ admitti exceptionem dominii, quod predo offerat in continenti se probaturum, fatentur tamen admitti exceptionem notoriæ proprietatis debere, Ripa.in d.§.nihil commune num. 70.*
234 *per text.in cap. ad decimas. de restit. spoliat. lib.6. etiam,*
235 *quod spolium factum sit lite pendente, † quamuis illud spolium*
236 *execrabilius sit, Rot.decis.14.fuit dubitatum, in nouis, † & quòd predo notorius, si spoliatus sit, non debeat restitui, vt puta,*

si ex processu constat, eum esse predonem, dixerunt Innocen. & Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa possession. & propriet. Innoc. quidem. colum. prima ad med. Abb. num. 26. uers. secundo quod predo. idem Abb. in cap. in litteris nume. 7. & 27. de restit. spoliat. Rub. Alexan. consi. 167. colum. 4. Craueta consi. 248. colum. 2. in fin. num. 6. versic. nec obstat, quod dicitur. quamuis alioqui spoliatus ante omnia restituendus sit, etiam, si predo uellet statim ius suum probare. vt not. in d §. nihil commune. & in cap. sepe, & cap. in litteris. de restitut. spoliat. cum igitur hoc procedat in possessorio recuperandæ, videtur, quod pariter procedere debeat in hoc nostro possessorio,
237 *adipiscendæ, † quod licet ob mendacii crimen priuilegio maiore perfruatur, quàm alia adipiscendæ possessionis possessoria, nemo tamen dixerit maiore priuilegio frui, quàm spolium. quapropter si spoliatus restituendus non est, cum obstat notorius defectus proprietatis, eadem ratione & is, qui mentitus est, priuari non debet possessione, si ius suum notoria sit.*
238 † *Dicetur autem notorium esse ius possessoris, si ipsemet actor hoc confessus fuerit, vt dicit Abbas. in cap. primo in 4. nota. de restit. spoliat. et ibi Berous num. 27. Innocen. in cap. constitutus.*
239 *de filiis presbiteror. † Idemq; dicam, si testes iam recepti admissiq; probassent possessoris ius, vt ait Abbas. vbi proximè supra. finge enim, quod oblitus fuisset actor interrogare super possessione reum, ante litem contestatam, & post factas probationes, cum interrogauerit super possessione, vtiq; si ex probationibus resultaret probatio iuris ipsius possessoris, quamuis in possessione fuisset mentitus, ea non priuabitur; ex hoc enim resultabit*
240 *notorium, † cum acta faciant notorium, saltem ipsi Iudici, Abb.*

Abb.c.olim.de verb.sign.Decius vbi supra Neuizan. consil.
241 *34.num. 3.cum simil.* † *vt probatio per testes facta rem notoriam, & euidentem reddit.l.fin.C.de probat.& hoc in specie docuit Abb.in d.cap.primo.de restit.spoliat. in 4.not. & Berous ibi. Crau.consi.299.num.8.& consi. 302.nu.3.& sic in quibuscumq; actis proinde in eo iudicio factis, cum res fiat notoria, pariter dicendum erit, non fieri restitutionem, si dominium aut ius possessoris fuerit probatum.Dec.cons.91.num.9.colum. 2.uersi.quarto facit, Craueta vbi supra, & ante eos Innocen.*
242 *in cap.cum Ecclesia Sutrina.de cau.possess.& prop.* † *Idemq; erit, si de iure vel dominio spoliatoris probatio ex publicis docu-*
243 *mentis proferatur,* † *quandoquidem Instrumentum est probatio probata.Bald.l.quoties.in fin.C. de iudic. l. pupillus. C. de vsur.pupil.l.interest.C.de solut.Dec.consi.36.colum. secunda.*
244 *in princip.* † *& facit rem manifestam etiam in his, quæ colliguntur ex instrumento indirecte. Abb.c.cum olim.num.10.*
245 *de censib.Bald.l.ad probationem. C. de probation.* † *& non magis dubium esse debet in questione aliqua, vbi habeat casum decisum instrumento publico, quàm si lege aliqua decisus foret. Bald.consi.215.proponitur, quod inuestituræ. colum. secunda*
246 *circa fin.lib.2.* † *habet enim instrumentum vim diffinitionis causæ. Bald.cons.233.incip. si per instrumenta. lib.primo: quo circa satis dicetur res esse notoria, ita vt alia probatione opus nō sit, meritoq; non debeat spoliatus restitui, & consequenter, nec is qui mentitus est, sua possessione propter mendacium priuari;*
247 † *neq; ego desiderari opinor, vt tale instrumentum ex his sit, quæ promptam paratamq; executionem sortiuntur, quæ vulgò*
248 *instrumenta guarentigiata appellantur.* † *ex regula quidem*

instrumenta non habent executionem.l.minor uigintiquinq; annis cui fideicommissum.ff.de minor. Ias.in l.1.nu.9.ff de iureiu. & in l 1.colum.5.in fi.ff.de edendo.Coarru.lib.2.var.resolut. cap.11.per totum id capitulum, sed statutis vel constitutionibus, vel partiũ pactis instrumento appositis id contingit, quomodocumq; tamen, aut qualiacumq; sint ipsa instrumenta, & si executionem paratam non habeant, tamen liquidam notoriãq; rem facient, propterea possessionis translationem, vel restitutionem impedire poterunt, quamuis aliud opinatus fuerit Corset. in fallen. 35.ad regul.quod spoliatus ante omnia est restien.

249 † *Quæ tamen sic intelligas moneo, nisi aliqua exceptio contra instrumentum opposita fuerit, quæ lucem illius obtenebret, puta si statuti verba illum sensum non admittant, aliudue simile. Bar. Castren. Alex. Alciat.in l. si causa cognita. C. de transact. Dec.consi.351.num.9.Crau.consi.306.nume.6. Et ne diu-*

250 *tius his immorer.* † *concludo, omnibus illis casibus, quibus Iudici notorium sit, reum conuentum rei uendicatione Dominum ipsius rei esse, priuari eum non oportere possessione, quamuis per mendacium negauerit se possidere, quemadmodum, nec prædo possessionem restituere tenetur, ubi notorium est eum esse dominum. Cum enim uerè dominus esset, ferendus fuit, licet in possessione mentitus sit.*

251 *Vigesimo amplia,* † *quòd procedit etiam in beneficialibus, et spiritualibus, vt ait Ang. hic in ver. trãsferat, allegando Inno. in c.cum uenissent, in gl. super ver quò ad proprietatem. de rest.*

252 *in integ.* † *hoc tamen, quod de beneficialibus & spiritualibus dictum est, intelligendũ ego opinor, modò is qui agit, titulum aliquẽ probet, neq; n. possessio in beneficialibus uel spiritualibus dari*

potest

253 potest absq; probatione alicuius tituli colorati,† adeò quòd spoliatus restituendus non est,nisi aliquem titulum coloratum probarit gl.ult.in clem.uni.de causa posses.& propriet.fa.text.in c.patet.3.q.1.Rota in antiq. decis.7.nota quòd ubi agitur possessorio,& 46.& 93.Quintilian. Mandos.in prima reg. Cancel.q.3.nu.2.iuxta declarationem Ripe in .§.nihil cõmune. nu. 71.uersi.3 fallit & per tex.in c.1.de reg.iur. quapropter uidetur,quòd si reus idemq; possessor beneficiũ reseruatum poßideat ex reseruationis causa,& interrogatus ab eo, qui litem moturus est,an poßideat,negarit,se poßidere,non teneatur tamen ei propter mendaciũ tradere possessionẽ,si ille beneficiũ ab alio impetrarit,quàm à S. Pontifice,alteroue potestatẽ habẽte beneficia
254 reseruata cõferendi,† quẽadmodum etiã spoliatus restituẽdus nõ est ad beneficiũ reseruatũ,si ipse ex reseruationis causa illud non obtineat; Si igitur poßidens beneficiũ, illudq; se negans poßidere ostendat beneficium esse ex reseruatis,proptereaq; actorem in eo ius non habere,effugiet amißionem possessionis,siue id pro-
255 cedat, † quia reseruationes sunt notoriæ , quæ præsertim sunt insertæ in corpore iuris,uel etiam in regulis Cancellariæ, quo casu locum haberent , quæ diximus in proximè antecedenti am-
256 pliatione,seu id procedat,†quia reseruatio inficit possessionem, Abb.cap.in literis. de restit. spoliat.num.28. & in cap. item cum quis col.2.eo.ti.Aeneas falco in tract.de reseruat.in 11.
257 effectu.nu.3.† imò etiam inficit detentationem Rota. Bissigneti prima,de rest.spolia.utrãq; rationẽ in spolio affert Soc. in l.rẽ quæ nobis.col.10.uersic.sed tamen consideran.nu. 19.sed tandem persistit in ultima; Sed Quintilian. ubi suprà, ait ob-
258 tentum Romæ fuisse in Rota , † quod exceptio reseruationis

ex

ex cap. Execrabilis (quam ipse appellat exceptionem execrabilitatis) post spolium probatum obiecta, fuit reseruata in causa
259 *petitorii, & spoliatus restitutus fuit, † quapropter sic ipse distinguit, quod si exceptio reseruationis opposita sit, antequam causa super spolio instructa sit, & prius quàm spolium sit probatũ, tunc quidem reseruatio illa possessionem inficiat, & consequenter spoliatum restitui impediat, nam is, cui reseruatio obstat, uerus possessor dici non potest, impedimento reseruationis, quæ possessionem inficit, quare ad possessionem, quam numquam habuit, non est restituendus; Si verò probatio plena super spolio facta iam erat, quo tempore obiecit spoliator exceptionem reseruationis, tunc locum habeat decisio supra recitata sequuta in audito-*
260 *rio Rotæ. † Tu tamen caue, quia reseruatio non solùm inficit possessionem, quando opposita est ante spolium probatum, sed eam inficit, simul atq; reseruatio facta est, & ideo etiam priusquam obiecta per exceptionem fuerit. c. si eo tempore. de elect. in 6. vbi glo. in ver. ignoranter, ex quo nihil videtur referre, quod demum post probatum spolium obiecta fuerit, cum non ipsa exceptionis obiectio, sed reseruatio, vt dixi, possessionem inficiat; Sed post hanc leuē digressionem sic statuas; possessorem, qui titulum coloratum beneficii ostenderit, quamuis se posidere negauerit, non tamen teneri possessionem tradere ei, qui titulum coloratum non habebat, vt quia reseruatio, aliaue causa ei obstaret, & idem dicas in aliis spiritualibus, quæ titulum requirũt, nec possessione sola contentantur, vt not. in cap. cum Ecclesia sutrina. de causa posses. & propriet. in cap. cum venissent. de rest. in integr.*

261 † *Vigesimoprimò idem dicam in actione in rem, quæ compe-*

tit

262 *tit pro iuribus incorporalibus, † quamuis enim in his non detur possessio, sed quasi possessio. l. sequitur. §. si uiam. ff. de Vsucapion & l. si ædes. §. libertas. ff. de seruit. vrban. prædior. &*
263 *† quãuis in iuribus incorporalibus detur actio in rẽ etiam possessori, nempe negatoria, quapropter non videatur eo casu necessaria interrogatio, an possideat is, cum quo acturus sim, cum ego actor possideam. §. æque si agat. in uersi. quod genus. inst. de actio*
264 *ni. † cum tamen quis confessoriam actionem intentat, tunc quidem prætendit, reum in possessione esse: vt per gl. in d. c. cum Ecclesia Sutrina: quare videtur & tunc, interrogationem ante litem contestatam, an reus possideat, fieri vtile esse, in eaq; mentiens translationem ex hac lege patiatur; sed tamen perrarò hoc contingere crediderim, ut acturus actione in rem pro rebus seu iuribus incorporalibus aliquem interroget, an possideat, ne fortè hac interrogatione sibi ipsi præiudicium faciat.*

265 *Vigesimo secundò amplia, † quod è contra punitur pariter ille, qui dixit, se possidere, quamuis non possideret. l. is qui se obtulit, cum ibi. no. suprà eo, diximusq; etiam suprà in princip. & est tex. in l. qui se obtulit. & l. etiam. §. non solum, in fin. ff. de petit. hæreditat. & vide omnino textum pulcherrimum. in. l. penult.*
266 *ff. de dolo malo. † Is autem dicitur liti se offerre, qui interrogatus in iudicio vtrùm possideat, respõderit, se possidere, quãuis*
267 *re uera non possideret, † at si interrogatus non fuisset, & si iudicium suscepisset, non tamen diceretur liti se obtulisse. Bart. d. l. is qui se obtulit, & d. l. qui se obtulit, & d. l. si à te. §. primo. Bal. in l. cogi, ad fi. C. de petit. hæreditat. Abbas in c. examinata. de iudiciis. Felin. in cap. aduersario, colum. secunda. nume. 3. de except. qui Doctores præterea dicunt (id quod notandum) quod*

quod sufficiet etiam interrogationem factam esse extra iudiciũ,
269 *dũmodo fides in iudicio de responsione fiat.* † *Pœna autem huius, qui se liti obtulerit, hæc legibus tradita est, quod perinde cõdemnandus erit, ac si possideret, d. l. is qui se obtulit, & l. si quis in iure interrogatus. 2. & l. confessionibus. in princ. & l. qui ex parte, & l. qui seruũ. in princ. ff. de interrog. act. & l. de ætate. §. 1. & §. si quis interrog. respondit. ff eo. de interro. act. non potest quidem omnino condemnari, ueluti si possideret, neq; enim possessionem, & rem tradere poterit, quam in sua potestate non ha*
270 *bet,* † *sed æstimationem ipsius soluere compelletur, vt dicit glo. prima in l. si is, qui se obtulerit. ff eo. per illum text. cum qua*
271 *glossa transeunt doctores; nec propterea tamen liberatur uerus possessor, quamuis actor æstimationem sit consecutus ab eo. l. qui se obtulit, cum glo. ibi, per text. in d. l. qui seruum. in princip. ff. de interrogat. act. Felin. in d. cap. aduersario. numero 3.*
272 † *quod tamen de iure canonico non procedit in personis Ecclesiasticis, de quos nos infrà in limitationibus.*

273 *Vigesimo tertiò amplia,* † *vt procedat, etiam si re vera non possideret, sed per alienationem desiisset dolo possidere Ias. in d. §. omnium. colum. 42. instit. de act. Portius Imola vbi supra.*

274 *Vigesimoquartò* † *procedit etiam in Vassallo, & Emphiteota Angel. hic. Port. vbi suprà.*

Hæc uerò conclusio & decisio quamplures admittit declarationes, ac limitationes, quibus expositis doctrina hæc valde vtilis ad forensem vsum fiet.

275 *Imprimis igitur declaranda est,* † *vt procedat ita demum, si actor grauatus fuisset onere probandi ipsam possessionem,*

276 † *quòd si reus deinde eam confessus fuisset, ita ut actori nihil probare opus fuerit, aliud dicendum erit. ut consultus respondit Gratus consi. 37. colum. secunda lib. 2. Portius in d. reg. 30. in fi. quæ reuocatio, seu confessio quando fieri possit, postea differe-*
277 *mus.* † *Hinc & tradi uidetur posse, quòd, si iureiurando actoris ea possessio probata sit, non fiat locus huic pœnæ, ut ait Accurs. hic, argum. l. eum qui. ff. de iureiuran. sequitur Bart. nec cæteri dissentiunt, Ias. in d. . omnium. colum. 41. num. 103. quod & ego probo, si de iuramento uoluntario quod à parte ultrò delatum est, intelligatur, uerùm si de iuramento necessario, quod in probationis supplementum defertur, intelligi quis uelit, aliud*
278 *dicendum censerem, † cum non possit dici actorem à probationis onere immunem abiisse, cum semiplenè probauit, quod tradiderunt Salycet. Castren. Roman. Iason. in d. l. eum qui. ad finē principii: quamuis Bart. Bald. Fulgos. & Alexā. ibi aliud docuerint, & propterea magis recepta hæc uideatur sententia,*
279 † *cui tamen plurimùm obest, quia, quantùm in ipso reo fuit, actor certè probandi onus sustinuit, cum reus neq; per confessionem, neq; per negationis reuocationem, nec per iuramenti dilationem ulla ex parte actorem onere probandi leuarit, sed quicquid leuaminis actor habuit, illud à iure nō à reo cōsequutus est, at iura cum mendaci indulgent, ei ueluti crimen suum pertæso condonant, quod in eo, qui semiplena probatione, ac iureiurando necessario à Iudice delato conuictus est, minimè deprehensum dici potest.*

280 *Secundò principaliter ex prædictis declara, † Conclusionem nostram non procedere, ubicunq; ipsemet reus, quod prius negauerat, mox, id est, ante litis contestationem fassus sit, quod &*

proximè diximus suprà. Glo. hic Bart. & cæteri per text. in .l. electio.§.neq;.ff.de noxalib. text. & glo. in.l.inde Neratius. §. hæc actio.uer.in duplum.ff.ad leg. Acquil. Felin.in cap. ceterũ. colum.pen.ad fin.de iudic. Iason, in d.§.omnium.colum. 14.& 15. Roman.in d.consi.59.colum.fin.in fin. et consi. 70.colum. secunda. Alex.in l.hæreditatum.§.fin.ff.ad legem falcid. Angel.in l.si dubitetur.§ primo.ff.de fideiussor. Hip. in Rub. de fideius.num.77. Imola Port.ubi suprà, qui multa alia ad hoc ci
281 *tat.* † *Satis tamen erit, ut reuocare negationem queat, si conuictus non sit, nam licet contestata lis iam sit, modò adhuc factæ probationes non fuerint, nec de mendacio conuictus, res adhuc integra dicetur, ut fateri poßit, quod prius inficiatus fuerat, pœnamq; hanc translationis poßeßionis euitare.l.de ætate.§.fin. ubi Bal.infr. de interrogat.act.eius textus hæc sunt uerba ulz, Celsus quoque respondit licere respondenti pænitere, si nulla captio ex eius pænitentia sit actoris, quod uerißimum mihi uidetur, maximè si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis, vel Epistolis amicorum iuris sui edoctus. quæ uerba referre placuit, quia ualde elegantia in hoc articulo mihi visa sunt, idem Bald. hic & in cap.primo.§. porro, quæ fuit prima causa benef.amitten.in colum.penul. ubi sic ait, quòd si confitetur nondum liquidato negocio per probationem testium, tunc uitat damnum, quod ex negatione emergebat, idem ait Ias. in .§. item seruiana.num.79.in fin.inst.de act. Roman. in d. consilio 59. colum.fin.ibi.in versic. tertiò quia cum hæc pœna & in d. consi.70 colum. 3.in versi.tertio cum hæc sit pœna. & Andr. Barbat.in d.consi.36.colum.prima.lib.3. Marian.in cap.quoniam frequenter.§.quod si super. ut lite non contest. Gozad.cõs.*
66.in

66.in fin.hæcq; ex not.in l.contra negantem.C. ad legem Acquil.in l.ea quæ.C.de condict.indeb.in Authen.contra qui propriam C.de non num.pecun.arg l.conductores.C locati.l.non ab re.C.vnde vi.l.qui cum maior .§. accusasse.ff.de bon.liber. quæ
282 *iura solent ad hoc citari,* † *quòd pœna legalis imposita neganti euitari potest pœnitentia quandocunq; ante sententiam. Hæc tamen nonnullas recipiunt declarationes.*

283 † *Prima est, vt prædicta non procedant in casu contrario, cum scilicet prius confessus fuit, deinde negauit, nam tunc ad negationem vti posteriorem, non ad confeßionem est respiciendũ. argum.l.pacta nouißima.C.de pact. cum similib. ita dixit Glo. à Doctoribus ibi recepta.in §.item mixta.in verbo, distulerit, inst.de act.Doct.in d.l.eum qui.ff. de iureiuran.*

284 † *Item sublimita, quod quamuis reuocatio negationis prosit reo, vt euitet translationem possesionis, non tamen faciet, quominus in expensis ex causa mendacii factis condẽnetur. Apostil.ad Iasonem.in.§.item si quis in fraudem.num. 79. inst. de*
285 *act.* † *Tertiò sublimita, quòd potest tamen actor, si nolit, non vti ea confessione, Io. Fabri. Io. Plat. Nicolaus Neap. in .§. item mixta.inst. de act. qui.§. item mixta legitur cum. §. ex maleficiis.*

286 † *Quartò intelligas, quòd quamuis iste, qui reuocauit suam negationem, audiatur ita, ut pœnam à lege inflictam euitet, non tamen cõsequetur beneficium à statuto confitenti cõcessum. Ang. hic. Bal.in l.error nu. 11.C.de iur.et facti ignor. Ang. Aret. in d §.item mixta Ias.in d.l.eum qui.*

287 *Tertiò principaliter limita hanc conclusionem, & declara* † *eã procedere si modo in iure interrogatus fuerit à Iudice, cõmina-*

tione ei facta, ut, nisi respondisset, aut, si verum non respondisset, puniretur in trãslatione possessionis, uel etiam si dixerit, se puniturum eum in pœnis iuris Bart. hic, & in l. si prius. vbi etiam Alciat. de oper. no. nunciat. quod fit etiam in libello, cum precipitur reo, ut libello respondeat sub pœnis Iuris.

288 *Quartò limita principaliter, † pœnam non incurri, si negauerit hac clausula generali solita apponi in instrumentis, uidelicet, nego narrata prout narrantur. Alexan. in l. etiam. §. licet. col. 3. ff. sol. matr. Fel. c. 1. col. pen. de lit. contest. & in c. cæterum. de iudic. Aretin. in §. item Socius. inst. de act. Ias. in d. §. omnium. & d. l. eum qui, col. pen. de iureiur. Paris. consi. 100. col. pen. Tortius Imola vbi supra.*

289 *Quintò † non procedit conclusio seu decisio legis nostræ, si negatio facta fuerit super libello inepto, Apost. ad Barto. hic. Feli. in d. cap. cæterum. de iudic. & in c. ex tenore col. 3. in fin. de cau. possess. & propr. Alex. in d. l. etiam. §. licet. soluto matr. Cassan. consi. 38. col. 2. Barba. & Rom. vbi supra, Imol. vbi supra.*

290 † *Quamuis enim in libello non semper interrogatio fiat, sed quandoq; ante, quandoq; post, & quandoq; etiam simul cũ ipso libello pro diuersis vsibus curiarum, siue tamen interrogatio libellum præcesserit, seu subsequuta fuerit, seu etiam in libello ipso facta sit, libello tamen existente inepto, omnia pariter vitiabuntur, videlicet responsio, & omnia, quæ inde sequi deberent, nullius effectus erunt.*

291 *Sextò limita, † nullam incurri ex tali mendacio pœnam, ubi sine dolo et culpa lata id negasset, ut quia reus nesciret, se possidere, fortasse. n. per colonũ, aut inquilinũ possidebat, aut seruũ, aut filiũ. l. 1. §. item acquirimus. & seq. ff. de acq. possess. §. item nobis.*

ubi gloss.inst.per quas person.nob.acq. potestq; contingere, quòd quis, hæc sedulò nõ curet aliis negociis implicitus, puta, mercimoniis, militia, causis forẽsibus, aut disciplinis, quod genus hominum ut plurimùm rusticæ rei curam aliis relinquũt, & uix singulorum prædiorum quæ possideant, nomina, aut certè loca suis, & fines tenent; hi certè credi possunt, quandoque possessionem per ignorantiam excusatione dignam negasse, propterea, pœnam hanc ferre non debent, argum. l.fin.C.de furt. & l. de ætate.

292 *§.ex causa.ff. de interrogat.act. † propterea cautus sit actor, qui possessionem pro mendacio in se transferre cupit, ut non solùm probet, quòd ille possidebat, sed etiam, probare debet, quòd sciebat, se posside re, quod monuit Bartho.hic, nume. 9.*

293 *† at quòd dolus vel lata culpa requiratur, ut in pœnam hanc incidat, dixit Accurs.hic. Bal.in d.c.primo.§.vassallus. primo per illum tex.in uersi. ex certa scientia. Si de feudo fuer. controuer. Inter dom.& agnat. Bald.in l.cam quam col. 1. C. de condict.indeb. Abb.in c.cum causam.colum. 3. de iuramen. calum. Rom.in d.cõsi. 70.col. 3. Ias.in d.§. omniũ & in d.l eũ qui de iureiu. Alex.cõsi. 35.lib.5. Feli.c.ceterũ.col.pe. circa fi. de iudi. Alc.in l.si prius.de oper.no.nuntiat. Grat.consi. 37.col. 1.lib.2. Por. Imo.d.concl. 30.lib. 1. qui multa ex supradictis*

294 *citat. † Lata autem culpa in eo utiq; dicetur fuisse, qui ignorans mentitus sit, cum vir esset negociis suis nauiter præesse consuetus, nec alteri eorum curam demandare.*

295 *† Septimò non erit locus nostræ legis decisioni, ubi responsio annullata, reprobataque fuerit per Iudicis sententiam, ut quia ad capitula impertinentia à Iudice reiecta responsum fuisset, nullus enim effectus, nullaq; parti utilitas ex sententia à Iu-*

dice

dice reprobata oriri potest; Innocen. in c. mulieri. ex. de iur eiur. Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de Episcop. & cleric. & in hac ipsa specie nostra sic respondit consulendo Roman. in d. cons. 59 col. pe. nu. 10. vers. secundo principaliter me mouet.

Octauò scias pro declaratione huius materiæ, & consequenter ad limitationem huius decisionis, quòd licet iste propter mendacium
296 priuetur possessione, † non tamen censetur esse perdita ipso iure, & sine facto Iudicis, sed oportet, ut ipse Iudex eam transferat, quod textus ipse declarat illis verbis, transferat ad se possessionem per Iudicem, quæ in hoc perpendit Angelus,
297 quòd & Glossa nostra sensit; † cautus ergo sit actor, ut post negationem factam petat sibi licentiam ingrediendi possessionem quò ad præiudicium rei per iudicem dari, quòd & supra aliud tractantes edocuimus.

298 Nonò † hoc mendacium operari non debet, ut sententia feratur in questione principali, ne ius conuenti absorbeatur, ut dicit gl. in d. §. illud quoq; in uers. & per legem. ibi. non ergo datur sententia. in Auth. de Triente & semiss. & quam glossam obseruandam monet Angel. ibi. ad limitationem legis nostræ, quòd licet translatio possessionis propter mendaciũ fiat, per eã tamen translationem ius, quòd habet in re, non absorbetur, nec super iure debet ratione mendacij ferri sententia.

299 Decimò limita non procedere, † ubi proprietatis ius in reo notorium esset, arg. cap. ad decimas de restit. spoliat. in 6. ubi non restitui cogitur prædo, qui ius notorium habet; quamuis alioqui spoliatus ante omnia sit restituendus, etiam quòd proprietatis ius, & dominij haberet l. colonus. l. cum fundus. ff. de ui arm. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de ui publ. c. in literis, de restit.

spol.

spoliat. de quo diximus etiam suprà in ampliat.

300 *Vndecimò scias † quòd hic reus, qui possessionis translationem propter mendacium passus est, audietur tamen super dominio usq; ad decem annos inter presentes, & viginti inter absentes: quemadmodum dicitur etiam de eo, qui missus est in possessionem ex primo decreto contra eum qui nō defendit, vt per glo. ubi etiam Doctores in l. secunda in vlt. glo. C. vbi in rem*

301 *actio; † post decem annos verò inter præsentes, & uiginti inter absentes non audietur, quia præscriptio obstabit, ut dicit ea glo. cum qua & transeunt Barto. Bald. Paul. & Salycet. Videbatur tamen prima facie longius tempus ad præscriptionem desiderari, tùm quia nullum titulum prætendit, ex quo possessio in eum translata dici possit, quippe possessio in eum translata est propter mendacium rei, non autem ex titulo, quem ipse præten-*

302 *dat, † quare non videbatur præscriptio decem annorum sine titulo procedere. l. nullo. C. de rei vendicat. tum etiam; quia Iudex transferendo in eum possessionem non creditur habuisse ani-*

303 *mum faciendi, & constituendi eum Dominum, † quare, cū non sit translata vsucapiendi conditio, nec videtur vsucapere posse. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. &, quod Iudicis animus non fuerit, dominium transferre, hinc patet, quia ille do-*

304 *minum se asserebat, † quare non potest amplius fieri dominus. l. 3. §. subtilius. ff. de condict. cau. da. §. namq; si cui, inst. de acti.*

305 *† quemadmodum etiam dicitur, quòd sententia lata in actione reali, siue sit condemnatoria in actoris fauorem, qui dominus erat, siue absolutoria in fauorem rei, qui dominum se probauit rei petitæ, non transfert dominium, nam, cum Domini essent, non poterat amplius dominium in eos transferri, quod habebāt, neq;*

Iudex

Iudex hanc creditur intentionem habuisse. Bar. Ias. & reliqui in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, per tex. in l. Pomponius. §. iussu.. ff. de acquir. possess. Sic videbatur pariter dicendum, quòd iste actor, qui dominum se asserebat, non fuisset missus in possessionem, vt dominus efficeretur, & per consequens, quòd nec transferretur in eum vsucapiendi conditio. Ad quæ tamen

306 *ex supradictis videtur posse responderi, † quod satis dicitur habere titulum is, qui authore Iudice possidet. l. iuste possidet. ff. de acq. possess. sic respondet. d. gl. in. l. 2. C. vbi in rem actio. vel dicas, quod satis dicitur titulum habere, nempe eum, ex quo rem vendicabat, vel dic, quod saltem habebat titulum generalem pro suo. arg. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapion. & l. eum qui ædes, post prin. eo. t. Quæ tamen ne intelligas, vbi translatio detentionis solius facta est, vel solius corporalis possessionis, vt quia ipse reus solam detentionem, vel corporalem possessionem haberet, cum hæ non sufficiant ad vsucapionem. Bar. in. l. 1. ff. de acquir. posses. & suprà diximus, non debere ex mendacio detentatoris, vel eius, qui corporaliter possidet, domino præiudicium inferri. Creditur etiam iudex habuisse animum constituendi conditionem usucapiendi tulit pro actore, cũ sententiam.*

307 *Duodecimò limita, † vt lex nostra procedat solùm in actionibus in rẽ, quẽadmodũ loquitur, et prout loquitur etiam tex. in d. §. illud quoq; in Auth. de triente & semisse, & in d. Auth. Item possessor, nõ ẽt in personalibus, et sentit hoc gl. in. d. §. illud quoq; in vers. conuentus. ad fi. ibi. licet enim personaliter agatur etc. hocq; apertis uerbis expressit. Abb. in. d. c. pe. col. 5. cir. me. de iuram. calum. diximusq; etiam suprà in ampliat. dum ageremus an habeat locum in possessario ex edicto diui Hadr. dicit*

tamen

308 *tamen eadem glo.* † *quod ubi possessio petitur per condictionem, ut l. indebiti. §. si nummos. ff. de cond. indeb. & in l. 2. ff. de triticar. & quocumq; iure petatur possessio, idem erit dicendum, quamuis enim (inquit) personaliter agatur, res tamen, id est, possessio petitur, uel quasi in rem, uel ad rem agitur, quam glossam sequitur Ias. in §. sed istæ. nu. 37. inst. de act.*

309 *Tertiodecimò declara,* † *quòd talem translationem petitam esse oportet, antequam causa terminata sit in petitorio, nam, si terminata esset, quia absolutoria sententia secuta sit, quia reus & possessor dominus esset, absorberetur possessio, ut dicit iam suprà citata glo. in d. §. illud quoq;, in uers. conuentus, & cum dixerimus suprà. quod si notoria sit causa proprietatis, cessabit hæc*
310 *translatio,* † *certè notoria efficitur res per sententiam, & acta ipsi Iudici, ut suprà dictum est, & probatur in. l. emptorē. in princip. ff. de act. empt. Bart. in l. ictus factum. ff. de his, qui not. infam. ac, cum ex magis recepta sententia contra Bartho-*
311 *lum.* † *possessorium recuperandæ cesset, ubi sententia absolutoria lata est in rei fauorem, quia ius suum probarit, ut Alexā. Iason. Ripa, aliiq; recentiores testantur in sepe citato. §. nihil cōmune. l. naturaliter, idem pariter in hoc iudicio adipiscendæ est dicendum, quod recuperatorio quidem iudicio interdum par esse videmus; numquam tamen illius priuilegiis præferri comperi-*
312 *mus: Adde &,* † *quòd translatio hæc possessionis causa ordinandi iudicii fit, ut hac lege nostra, quorsum igitur translatio hæc fiat, ubi iudicium non solùm fuerit ordinatum, sed etiam sententia finitum, & terminatum? Sibi igitur imputet, qui à principio trāsferri post negationem minime petierit, sed, cum posset rei possessorisq; commoda habere, maluerit petito-*

313 *ris partes sustinere, † quin etiam videtur possessorio, eiusque commodo renuntiasse, cum eo seposito petitorium ipse prosequutus est, vt pari exemplo tradunt Doctores ferè omnes in d. §. nihil commune, sic intelligentes textum in cap. primo de restitu. spoliat. ad quem textum pariter videndus est ibi Abbas, & nouissimè Bercus, hic quidem num. 20. ille prior in 3. notab. qui*
314 *dicunt, † quòd si spoliatus passus fuerit litem super petitorio agi, videtur possessorio iudicio renuntiasse, Si ergo hoc locum habet, quando is, cui ad possessionem ius competebat, patitur aduersarium petitorio agere, quantò magis locũ habebit, si ipsemet, cui possessorium competebat, eo omisso petitorium intentet? quod*
315 *passim receptum est. † nec te moueat, quòd officium iudicis cesset post terminatum iudicium. l. 4. C. de pos. l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. nam id uerum traditur esse in officio Iudi*
316 *cis mercenario, quod deseruit actioni, † quamuis enim ea, quæ post litis contestationem fiunt, pertineant ad mercenarium Iudicis officium. l. ædiles. §. item sciendum. in vers. ceterum, & l. quòd si nolit. §. si mancipium in fin. ff. de ædil. edicto. id tamẽ est intelligendum de his, quæ ex ipsa actione emergunt, puta, de fru*
317 *ctibus, & expensis: † Sed missio in possessionem fit ex officio Iudicis nobili. c. pen. & fin. de offic. Iudic. sic in restitutione possessionis ait Ripa. in d. §. nihil commune. in versi. tu dicas, quòd regula. sub. num. 58. Grammat decis. 19.*
318 *Decimoquartò limita, † quòd si mentitus fuerit circa qualitatem possessionis in rei uendicatione non ideo punietur, quia non cogitur quis titulum suæ possessionis dicere nisi in petitione hæreditatis, seu aliis actionibus uniuersalibus, secus in rei uendicatione d. l. cogi. vbi glo. & Doct. C. de petit. hæred. & dictum*

ctum est etiam suprà in ampliat.

319 *Decimoquintò non videretur hoc procedere, † vbicumq; ex forma statutorum fortè, uel constitutionum procedendum esset sola facti ueritate inspecta, tunc enim, si reus in promptu habe ret probationes super dominio, & proprietate, quamuis in possessione mentitus fuisset, non uideretur priuandus possessione, eo-*

320 *dem exemplo, quo dicitur in possessorio recuperandæ, † in quo spoliatus non restituitur, si predo paratus sit illico probare dominium & proprietatem, vbi procedendum sit sola facti ueritate inspecta, Dec. consi. 449. colum. 3. circa fin. Rubeus Alexādrinus consi. 4. colum. pen. post med. Craueta consi. 299. colum.*

321 *pen. ad med versi. quarto respondeo: † Semper enim argumentari licere opinor a possessorio recuperatorio ad possessorium hoc nostrum adipiscendæ, quod ex mendacii causa proficiscitur, cum ita passim argumentari videamus Doctores: ex quo inferemus postea ad plures alias limitationes, ac qui omissi fuerint casus, ex presenti regula decidere ferè oēs licebit quibusdā saluis.*

322 *Decimosextò † non punietur hoc mendacium nisi in ea re, in qua factum est; quare, si reus interrogatus super maiori bonorū quantitate, partem eorum per mendacium negauerit, se possidere, eius tantùm partis possessionem actori dare tenebitur, circa quam fuerit mentitus, ut est text. in l. qui seruum. §. in iure. & §. fin. ff. de interrogat. action. glo. in tit. Si de feudo fuer. conten. inter Domin. & agnat. vassalli. §. uassallus. in versicu. ex certa scientia. quam omnes scribentes ibi probant, post Baldum, licet in contrariam partem argumentatus ibi sit Baldus: & idem*

323 *Baldus in d. l. cogi C. de petit. hæreditat. † quia pœna delictum egredi non debet in his, quæ diuisionem admittunt. l. rescriptum.*

ff.de his quibus. ut indign. cum similibus. Iason.in d.§. omnium. colum 42.num. 105.inst.de act. Port. Imol.in d. regul. 30.limit.antepen.
324 *Decimoseptimò † non erit locus huic pœnæ, si actor non rectè specificauerit bona, quæ petebat, cum suis coherentiis, ita vt posset reus certificari, an ea bona poßideret, uel ne, adeò quidem, vt, si in aliquibus finibus & coherentiis per actorem expreßis error deprehēderetur, quamuis reliqui omnes præter unum inuenirentur iusti, posset tamen reus tutò, & impunè absq; metu huius legis negare, se poßidere eam rem illis finibus descriptam, ut consuluit Alexan.in consi. 35.incip. In causa & lite libro 5.*
325 *† quamuis enim sufficiat, rem duabus ueris demonstrationibus esse indicatam, & una demonstratio falsa non obsit in probanda rei identitate. Bar.in l.demonstratio falsa, in princ. in 7. quæst.ff.de cond. & demonstr. & not.in l.si quis in fundi uoca-*
326 *bulo.ff.de leg. 1. † id tamen locum non habet, ubi quis vellet*
327 *ex probatione huiusmodi alium in pœnam incidere, † sufficit enim, aliquam ex demonstrationibus ueram non reperiri, ut pœna euitetur. l.in testamento prima.ff.de condit. & demonstr.*
328 *† neq; enim hic dici potest dolo aut lata culpa negasse, quapropter hanc pœnam ferre non debet, ut diximus supra, quibus Ad de Guid. Pap.in consi. 3. Marsi.sing.242. Afflict.decis. 18*
329 *Decimo octauò † si quis conuentus rei uendicatione rem quidem ipsam non habeat, sed pretium eius, quia eam uendiderit, negetq; se rem petitam non poßidere, non mentietur, nec pœnam aliquam feret, quamuis in petitione hæreditatis aliud esse diximus suprà in ampliationib. Andr. Barbat.d.consi. 36.col. 3.ad fin. & col.seq.lib.tertio.*

Deci-

330 *Decimononò declara, † quòd mendacium Prælati possidentis rem Ecclesiasticã non faciet in actorẽ transferri possessionẽ*
331 *rei, quã possidet, † ne prælati delictum in dãnum Ecclesiæ redũdet cõtra. c. & ne si Episcopũ. 16. q. 6. & c. Ecclesia. primo. extra. ut lite pẽden. ubi glo. ult. in uer. laborẽt. Bar. in tract. de differen. inter ius can. & ciuil. col. 5. nu. 38. quæ glo. & Bart. nõ quidẽ loquuntur in casu legis nostræ, sed in casu cõtrario, §. legis. is qui se obtulit, quãdo is, qui nõ possidebat, obtulit se liti dicẽs, se possidere, utroq;. n. casu pariter eadem ratio militat, ne scilicet*
332 *delictum personæ damno sit Ecclesiæ. † quemadmodum etiã dicitur, quod prælatus, qui dolo desiit possidere nullum ex hoc præiudicium infert Ecclesiæ. glo. in c. pro possessore. in gl. magna,*
333 *post med. ibi. item nota quod hæc regula. de reg. iur. in 6. † & Prælatus pariter non facit incidere Ecclesiam in pænam. l. si quis in tantam, ut ait glo. in d. l. si quis in tantam, in glo. magna ante med. ibi, septimò de Abbate, Prælato etc. Rip. in c. sepe. nu. 95. de rest. spolia. & in l. fi. nu. 174. C. de reuocã. donat. & quamuis uideatur, dici posse, quòd saltem quãdiu uiuit ipse Prælatus, qui mẽtitus ẽ, possessione priuari debeat, si minus post mortem eius, Ecclesia hoc damni ferre tenetur, arg. tex. in c. 1. §. fi. de capit. corradi, prout per eum text. tenet Abb. in d. c. sepe.*
334 *† magis tamen placet opinio ipsius Ripæ ibi. tam ex rationibus per eum adductis, quàm etiam alia ratione in questione legis*
335 *nostræ, † quia hæc translatio possessionis, quæ fit in l. nostra in pænam mendacij, potest esse longè pernitiosior, cum ex ea possit deinde amitti dominiũ, et proprietas, si Ecclesia nõ habeat unde possit probare iura sua, & sic esset quædã alienatio, quã prælatus*
336 *facere nõ põt, † maius etiã dãnũ uersatur in hac trãslatione,*

quam

quàm in restituenda possessione spoliato; nam hic in nostra lege transfert, quod suum est, in aduersarium, sed in possessorio recuperatorio restituit illud, quod alterius erat, quodq; ei prius ademerat, nec tantùm est læsus actor ex mendacio, quantum spoliatus ex rei spoliatione, neq; obstat (ut addit idem Ripa). d. §. fi. de capitul. Corradi, quia illud prouenit ex natura contractus:
337 † *Reliquum igitur erit, vt, qui actionem in rem intentaturus est contra Ecclesiam, si Prælatus negauerit, se possidere, probet possessionem ipsius, quæ probatio operabitur, vt iudicium fieri, & finiri possit, non tamen, vt petitoris partes Ecclesia teneatur suscipere, nec quidem prælato ipso, qui mentitus est, in huma*
338 *nis agente,* † *neq; enim hoc negocium diuisionem admittit.*
339 *Vigesimò* † *limitandam crederem hanc decisionem, vt ei locus non sit, ubicumq; recuperatio ipsius rei difficilis futura esset, post sententiam diffinitiuam, qua pronuntiatum fuisset super iure & dominio huius prioris possessoris, qui negauit se possidere,*
340 † *quemadmodum etiam fieri dicitur in possessorio recuperatorio, in quo spoliatus non restituendus est, si difficile postmodum fuerit lata sententia possessionem e manibus ipsius extorquere, vbi ad eius manus rediisset, vt frequentissimi ac ferè omnes Doctores tam iuris Cesarei, quàm Pontificij tenuerunt in cap. litteris. de rest. spoliat. & in l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acquir. posses. & Paul. Castren. in l. 2. colum. 2. in fin. & ibi ẽt Alexan. & Ias. C. de Edict. diui Hadr. tol. At, quamuis propositum nostrum non sit, hanc materiam possessorij tracta-*
341 *re, quia tamen hic incidit, non omittam monere,* † *Conclusionem hanc nulla lege probari, eo modo, quo Doctores eam asserunt, & quem nos diximus: posita, quòd scilicet spoliatus non sit resti-*

restituendus, cum difficilis est recuperatio, est quidem uerum, neque id inficiari possumus, quod ait text. in d. cap. litteras, videlicet, quòd cum agitur de salute animæ, & cum timor est necis, restitutio facienda non est, uerùm, quòd facienda non sit, cum difficilis est restitutio, nullum est uerbum: non est igitur facienda hæc consequentia, ut, quod dicitur de periculo animæ & ui-
343 *tæ, censeatur etiam dictum de rebus,* † *cum animæ salus cuicumq; rei sit, quantumuis preciosissimæ præferenda. l. Sancimus. C. de sacros. ecclés. c. cum infirmitas. in fin. de pœniten. & remiss. cap. præcipimus. 12. quest. prima. & in cap. si habes. ad fi. 24. quest. tertia. vbi dicitur. Et si vna anima per istam seueritatem disciplinæ, qua tota domus ista anathematizata est, sine Baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines Innocentes abstrahantur violenter, & interficiantur, huic damno comparari non po-*
344 *test.* † *Nec quicquam referre arbitror, quòd liceat appellare in causis, quæ alioqui appellationem respuunt, ubi damnum infertur, quòd sarciri nequit l. 2. ff de appel. recip. iuncta. l. ante sententiam. C. quor. appellat. non recip. quam rationē affert Rip. in. §. nihil commune. num. 75. nam respondeo, quòd & ibi agitur*
345 *de damno corporeo,* † *quod damno rerum longè est magis æstimandum. l. in seruorum. §. fin. ff. de pœnis. §. pe. in Authen. vt nulli iudic. Dec. in l. Imperium colum. 8. in fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. Craueta. consi. 287. colum. 4. circa med quod nec nos negamus, cum & hoc admittat tex. in d. c. litteras. sed dico quòd non ualet argumentum a damno corporis ad damnum patrimonii; Item, quod dicit Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod ui aut clam. & Feli. in d. cap. si quando. de rescript. allegati à Ripa.*

pa. vbi supra non probat, aut præbet aliquod subsidium conclusioni supradictæ, & si quæ aliæ similes decisiones reperiuntur,
346 † *nam loquitur Bart. in prima decisione, quando inter personas agitur, quibus non datur Iudex, vt quia non recognoscant superiorem, quamuis enim vnusquisque etiam, qui non recognoscit superiorem, debeat tamen summum Pontificem, vel Imperatorem adire, quia tamen non sine longa mora & dispendio explicari res posset in supremo Concistorio Principis, propterea ui detur eis hoc licere, vt suũ recuperare possint, sed de hoc aliàs, hic autem non est locus, in quo Ripa huius decisionis fundamentum iacit, sed in posteriori; in alia igitur parte Bartholus ait,*
347 † *quòd, si pateretur quis enorme damnum, puta, si quis abegisset animalia tua, quæ facilius pereunt, vel vinearum possessionem tibi ademisset, quæ facilè intereunt, nisi cura adhibeatur, licebit tibi, qui tale detrimẽtũ passurus essẽ, mea authoritate ea recuperare, quamuis aliis in rebus, quarum non est tam facilis interitus, hoc non permitteretur. hæcq; ex glossa ibi. ad quam tamen decisionem potest sic responderi, imprimis non rectè videri ex doctoris priuati decisione sumere limitationem adeò insignẽ, tantiq; momenti ad decisionem tam clarè legibus Pontificijs, & Cesareis expressam, qualis ea est, quod spoliatus ante omnia sit restituendus d. cap. item cum quis. d. cap. in litteris. de restitu. spoliat. d. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi publ. cum*
348 *similibus.* † *promptum est quidem leges legibus aut canonibus declarari, & limitari, l. vn. C. de inof. dot. verùm leges claras, & apertas ex sententia aliqua Doctoris priuati, coarctare periculosum ego existimo, nec id fieri debere concedo, quando lege non adiuuatur; quinetiam Bartholus de his rebus loquitur, quæ*

facilè

facilè intereunt, quod si sequeretur, utriq; non minus spoliatori, quàm spolium passo detrimentum afferret, nos verò, cum diffi-
349 *cilis est recuperatio: item,† quamuis hæc decisio Accursii & Bartholi videatur inniti verbis dictæ legis. Si alius. §. bellissimè, illis, videlicet, nisi ex magna, & necessaria causa; adeò tamen lata ea uerba sunt, ut uix hunc sensum admittere possint: videtur quidem magna esse causa, vbi est difficultas in recuperatione, & quodammodò necessaria videtur; verùm si iam recuperauit semel, idq; etiam propria authoritate absq; aliquo Iudicis facto, cur non credamus idem & multò magis adhibita Prætoris authoritate uel Principis manu consequuturum? &, quamuis dici posse videatur, non eandem omni tempore occasionem, cum occasio præceps esse dicatur, sese offerre, quapropter, et si semel arrepto tempore in se, ut ius suum transferre potuerit fortuna concessum sit, non idem fortè, ubi semel è manibus dimise-*
350 *rit, tempus rediturum; responderi tamen potest, †idem ius cōtra ipsum spoliatorem esse in consideratione habendum, nam, si in petitorio succumbat, difficile pariter fiet rem è manibus eius auocare, ubi ipsi interim relinquatur, quoad res diffinita sit, melius erit igitur regulam seruare, & spoliatum restituere, cum difficultas restitutionis non minus debeat considerari pro spoliato quam econtra.*

351 *Nec † tuta uidetur Fabij distinctio in d. §. nihil commune. num. 57. dum fedus inter Claudium Seisellum & Aretin. in eo. §. contra cæterosq; omnes Doctores componere studens, receptæ sententiæ ita demum hærendum esse ptonuntiauit, si Iudex aditus à spoliatore fuisset, ut rem suam recuperaret, nec id obtinere potuisset, sin iudicis officium, & potestatem numquam pe-*

tiisset, non esse spoliatorem in possessione permittendum, sed ad restitutionem cogēdum: Cum iuris decisiones huic distinctio-
352 *ni manifestè aduersentur, † satisq; notum sit, eum, qui uiam Iudicij ingressus iam fuit, non posse ueluti errore cognito, uiam facti deteriorem eligere.arg.l.de pupillo.§.meminisse ff. de oper. no.nuntiat.l.si mulier.in fin.ff.quod met.cau.ex quo infert Bald. in l.2.colum.5.num.29.uersic. decimo quero. C. de seruit. &*
353 *aqua, † quòd concedens precario non potest expellere propria authoritate poßidentem, cum de hoc pendet iudicium, ne iudicium inchoatum ludibrio sit, & ne priuati in potestate sit iudiciū euertere. sequitur Aret.in l.clam poßidere.§.qui ad nundinas. colum.antepen.uersi.nisi ciuiliter, ubi etiam Claud.colū.4. uers. hanc tamen conclusionem ff.de acq.posses. Ias.in l.2.colum.35. uersi.quid autem sit.C.de iure emphiteot. Dec.consi.146. col. tertia.num.6.8.9. & in consi.400.colum.pen.uersicu. quartò respondetur. Alexan.consi.130.in causa Strazolorum, colum. 5.uersic.& sic ex isto infertur. lib.quarto. Ripa in d.§. meminisse.num.7.& plures alii, quos memorat Andr. Tiraquel. in tract.de constit.posses.in prima ampliat.nume.39. & quamq; idem Bald.in d.l.2.C.de iure emphit.non præstiterit in hac sua sententia, est tamen communi calculo recepta, ut uidere licet ex allegatis per eundem Tiraquel. ubi suprà usq; ad numero 43. Item quamuis ea decisio ita demum uideatur procedere, si ex remedio electo plenè poßit esse consultum, aliàs secus, ut per Angel.in l.qui restituere.col.2.ad fin.in glo.fin. ff. de rei uendicat.*
354 *† loquitur tamen ibi Angel de duobus remedijs executiuis, nos uerò loquimur de uno remedio ordinario, altero executiuo, & cum duo remedia non erant paria, sic pariter euitare poteris*

limi-

limitationes ad hanc regulam traditas ab Alciato in cap. pernitiosam. num. 27. vsq; ad nume. 33. de offic. ordin. si quæ ibi sint, quæ uideantur nobis aduersari, quòd si velit Fabius supponere, Iudicem aditum pronuntiasse iam, ipsum restituẽdum, sed, cum nihil superesset aliud, quàm re ipsa eum restituere, nec Iudex id facere posset, aut curaret, ipsum sibi propria authoritate eam recuperasse, tunc quidem eius opinioni accedam per. l. 2. C. quando lice. vnicuiq; sine iud. se uendica. verùm non credo, hãc esse Doctorum quæstionem: clarißima enim tunc res erit, cum Iudicis pronuntiatio rem notoriam efficiat, quo casu non datur restitutio spoliato, vt suprà dictum est.

355 *Quare † ego concludo, communem opinionem, quæ habet, spoliatum non esse restituendum, vbi difficilis recuperatio esset, nulla probari lege, nec ratione concludenti, nec ueram esse, quicquid præcitati Doctores, eorumq; sectatores innumeri aliud senserint, docuerint, aut ex facto consulti clientibus suis responderint, nam, si difficilis est recuperatio, cur magis apud ultimũ predonem, quàm apud primum dimittatur, cum vltimum spolium absorbere primum traditum sit, c. item cum quis. de restit.*

356 *spoliat. † Cautius quidem, & utriq; parti consultius esset, si & huic, qui restituere cogitur, idonea cautione satisfiat, nec modicum enim lucratus censebitur, si hanc cautionem fuerit consecutus: neq; tunc vllo modo arbitrarer ambigendum, vt per Claud. Aquen. in d. §. nihil commune. colum. 4. versicul. circa quintam fallentiam, & uersic. limitabam etiam. & ibi etiam Moderni Floren. num. 97. & Antonius Matheus, & Zazius. Boer. decis. 238. colum pen. vsq; ad fin in versic. maximè iungendo sequentem limitationem. Rolan. à Valle consi. primo*

num. 79. versi. tertiò respondetur: tunc certè restitutionem denegare non posset, hocq; melius esset, vt euitentur opiniones, & præsertim authoritas communis opinionis.

Sed ne ab itinere nostro errasse credamur, propositam quæstionem legis nostræ repetamus, Dico igitur, quod, cum ex hac sententia nostra videatur concludendum, quod spoliatus semper restituēdus est, etiam, quod difficilis recuperationis esset res, super qua uis facta est, vel spoliatio, presertim si spoliatus cautionem offerat de restituenda re, si aduersarius fuerit in petitorio superior, proptereà idem dicendum videatur, etiam in hoc possessorio adipiscendæ causato ex dolo culpa, & mendacio possessoris, cum hoc possessorium æquiparetur possessorio restitutorio, quare, & si res, super qua actionem in rem intentaturus sum, & qua te negasti poßidere, esset arx munitißima, & quæ non nisi maximo opere, sumptu, sanguine, & sudore posset recipi, trāsferri tamen eum in
357 *pœnam mendacij oporteret. † Verum (ut ingenuè fatear) hoc in negocio diuersum esse in possessorio nostro, quàm dixerim in*
358 *restitutorio possessorio, existimarem; † aliæ .n. rationes in eo militāt, quàm in hoc nostro, siquidē in illo spoliator iàm docuit, posse rem à possessoris manu auferri, & se artem, qua id fieri poßit, optimè calere, quod hic dici non potest: item in illo possessor cum vitio tenebat, vnde nil mirum, si vitiosa pos-*
359 *sessio ei auferri debeat, † & magis est, quod vitium in ipsa re sit, possessionemque ipsam afficiat, quàm si extrinsecus veniat, argum. §. furtiuæ. instit. de vsucapion. l. vitia. C. de acquiren. posses. sed possessor nostræ legis nullo in vitio erat poßidendo, inhumanum igitur, & quodammodò impium videretur, ob solum mendacium in discrimen hoc eum*

addu-

adducere, non solùm ut possessionis, sed etiam rei ipsius iacturam pateretur; Sic enim pœna maior delicto esset, pœna quidem diceretur maior, nam & periculum ipsum, & metus amittendæ rei ipsius, altera pœna est, item pœna esset, difficillima ipsius rei recuperatio, ac quia forte ex hoc amplius non daretur ad ipsam rem accessus, seu regressus; etiam quòd in peti-
360 *torio obtineret: † Quæ quidem opinio certior procederet, si receptam suprà sententiam teneremus, scilicet, quòd etiam in iudicio recuperatorio non esset restituendus spoliatus, ubi restitutione facta difficilis datur regressus; Hoc igitur casu (meo iudicio) poterit inter possessorium nostrum, & possessorium recuperandæ discrimen esse, quamuis ex regula plerisq; in casibus conueniant, et pro limitatione propterea hæc quoq. collocanda esset, nempe, ut possessor negãs falso possidere se, priuetur possessione ita demũ, nisi difficilis postea sit recuperatio, ubicunq; in petitorio obtinuisset. Si tamen idonea cautio offerretur, aliud dicam. c. primo de dolo & contum. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogant.*

361 *Potest † etiam legis nostræ decisio limitari, ut non sit facienda hæc possessionis translatio, ubicumq; ex ea scandalum & offendiculum populi aliquod oriri posset; ut in recuperatorio pariter iudicio est decisum; quæ fuit sententia Butrij. in cap. ex parte. col. fin. de restit spoliat. post Glossam in cap. imprimis. prima glo. 2. quæst. prima. probata ab Alex. Rip. & plerisq; alijs in d. §. nihil commune & à Felino in c. nihil cũ scandalo.*
362 *in 6. fallen. de præscript. † ponunt autem huius rei exemplum Doctores, veluti, si agat quispiam Abbas ad recuperationem sui Monachi contra Monasterium diuersi habitus, & professionis, nã poterit opponi exceptio proprietatis etiã nõ facta*

resti-

restitutione, quia, si restituendus esset in primis ante cognitionem, & decisionem petitorii facienda esset habitus mutatio, ita quod iam tertia mutatio contingeret, quòd si istud Monasterium posterius obtineret in petitorio, quarta rursus mutatio daretur, sic monachus iste in noua semper metamorphosi esset, & tamquã Protheus nunc hanc, nunc illam formam, faciemq; indueret,
363 *quod indignum certe indecorumq; esset. † & quamuis Ripa in d. §. nihil commune, dicat, leue hoc scandalum fore, nec considerationc dignum, cum id nonnumquam iure permittatur, vt quis habitum mutet, ueluti, cum ad angustiorem professionem se*
364 *transfert. cap. licet. de regular. † ego tamen hanc non leuem sed ualde grauem populi offensionem futuram dico toties repetitam, iteratamq; habitus depositionem, & susceptionem, quamuis una tantùm mutatio, quæ deinde permansura est, non reijciatur. d. c. licet. Ego certè huiusmodi inuersioni, si aliud mihi contrarium non suaderet, facilè non subscriberem, idq; tam in nostræ legis possessorio, quàm in quouis possessorio ad recuperationem prodito, Siue igitur eiuscemodi scandalum, seu aliud, præsertim quod causã peccato præbere posset, imminere uideatur, si possessionis translatio ante petitorij cognitionem fiat, eam omittendam existimarem.*

365 *Non omittam, † quòd Guido Papæ consi. tertio colum. fin. nu. 4. uer. preterea & quartò, ponit aliã limitationem ad legem nostram, nempe, vt non sit ei locus, si non agatur contra possessorem, sed contra detentorem tantùm, nam, si detentor men-*
366 *titus fuerit, non propterea incidet in hanc pœnam, † quia (inquit) lex nostra loquitur de posidente non autem in detinente, ideoq;, cum sit odiosa, non est etiam contra detentorem extendenda;*

denda; Nos tamen supra in ampliationibus contrarium diximus, ampliauimusq;, ut procedat etiam in detentatione, idque
367 *verius credo, † cum enim lex nostra loquatur in actione in rem, utiq; de omni possessione intelligenda est, ad quam actio in rem competere potest, ergo & ad detentionem, ut §. omniũ autem. in vers. namq; agit. inst. de act. & l. un. C. de alienat.*
368 *iud. mut. causa facta. iuncta. l. officium supra eod. † &, cum hæc translatio in pœnam mendacij eius detur, quod in iudicio factum est, quodq; in causa esset, ne iudicium ordinari posset, hæc profectò omnia non minus contingunt in eo, qui solam detentionem habebat, quàm in eo, quò possidebat, nec minus preiudiciũ sensurus esset actor ex huius mendacio, quàm ex mendacio ueri possessoris; quòd si hæc pœna cõtra detentorem exerceri non pos-*
369 *sit, ferè inanis, & elusoria reddetur d. l. officium: † & quamuis eadem lex, officium, dicat, detentores non possidere, dicit tamen & contra eos competere in rem actionem, ergo & omnia, quæ de possessione in rem actione dicuntur in ea quoq; dicta in-*
370 *telligi debent. † Illud quidem admittendum opinor, quòd, si depositarius, vel commodatarius, uel conductor, uel, qui legatorum seruandorum causa uel dotis, uel ventris, aut rei seruandæ causa in posessione sit, vel cui damni infecti nomine non cauetur, alijue si qui similes, qui non possident, interrogati in iudicio fuerint, utrùm possideant, negauerintq; se possidere, non cadent in hanc pœnam, quia non dicuntur esse mentiti, cum non possi-*
371 *deant. d. l. officium: † si verò interrogati fuerint, an detineãt, negentq; se detinere, profectò non credam excusari eos, quominus in hanc legem cadant, detentioq; eorum ad actorem transfe-*
372 *renda sit; † Verùm ambigi potest, an interrogati utrùm pos-*

sideant,

sideant, teneantur saltem respondere super detentione, quam habent: & Credo Ego, non teneri eos aliquid super detentione respondere, cum super ea non sint interrogati, quod fortè uoluit dicere etiam ipse Guido.

373 † *Cum igitur intentaturus fueris actionem in rem, memineris reum interrogare, non solùm an possideat, vel dolo desierit possidere, sed etiam an detineat vel dolo desierit detinere, quo negante, se rem detinere per mendacium, detenta-*
374 *tio ei auferretur, transferreturque ad actorem,* † *non tamen credo, quòd ex hoc dominus, verusque rei possessor suscipere teneatur actoris partès, cùm ipse nihil deliquerit, vt diximus suprà in prima ampliatione, probauimusq; hoc dictum grauissimis authoritatibus, quapropter non est metuenda Guidonis authoritas, quamuis alioqui contemnenda non sit, nec eius est opinio tenenda in hoc articulo, nisi ne consilium meum fallit.*

375 *His addi potest & alia declaratio,* † *quæ est, vt legis nostræ decisioni locus non sit, vbicunque negatione facta aliam exceptionem illi contrariam addit, cuius probandæ onus sibi incumbit, vt (verbi gratia) si reus dicat, Ego non possideo, & quatenus inueniar possidere, ego emi à te, vel eam mihi donasti: vt in simili dicitur in cap. auditis. vbi Innocen. de præscript. Castren. in l. nemo ex his. vbi Socin. colum. 2. in tertia conclus.*
376 *num. 5. ff. de except. qui sic ait,* † *quod vbi reus proponit contrarias exceptiones, & sibi incumbit onus probandi, tunc potest illas proponere, puta, exceptionem præscriptionis, & solutionis, vel priuilegij, quia ex hoc non grauatur aduersarius onere probandi, ut ibi dicit esse etiam ex mente Bartholi, & Cumani*

additq;

additque ibi Socin. hanc conclusionem declarari à Io. Andrea in regula. nullus pluribus. in mercurialibus, de reg. Iur. in 6. procedere eo demũ casu, quo propter negationem reus puniretur in aliquo, si conuictus esset, vt in l. cum de indebito. ff. de probat. in Authen. contra qui propriam. C. de non nume pecun. secus, vbi ex mendaci negatione non esset in aliquo puniẽdus, nam tunc ei conuicto saltem deneganda esset audientia, Sic in questione legis nostræ, cum reus respondit, se non poßidere, & quatenus possideat, habuisse causam ab actore, ex hac respõsione certè fatetur actorem fuisse dominum, propterea ad se onus spectabit probandi illum sibi vendidisse, vel donasse, cum ergo nulla probatione actor grauetur, non est, quòd ex negatione reus pœnã
377 *ferat. ex his, quæ dicta sunt suprà. † Adiuuaturq; ex eo, quod ait Dyn. in d. reg. nullus pluribus. num. 6. vbi tradit hanc doctrinam in eo articulo, an possit quis vti pluribus exceptionibus, ait enim, quôd si proponuntur plures exceptiones simpliciter, tales quidem, quæ possint concurrere, tunc licebit eas proponere simul, et diuersis temporibus, quòd si Iure impossibile sit, vtrãq; simul conuenire, vt quia altera neget, altera affirmet, non liceat tunc eas simul proponere, citatq; in hanc suam distinctionem legem hac nostram, & d Authenticam contra qui propriam, cũ alijs similibus, ex qua distinctione satis indicat, se sentire, quòd & in lege nostra non repellatur, nec puniatur negatio, quæ concurrere poßit cum alia exceptione simul proposita.*
378 † *Neq; hæc credas aduersari his, quæ suprà diximus, ex consilio Barbat. consi. 36. lib. 3. quia ibi non reclinabatur onus probandi in ipsum reum possessorem per ipsius responsionem, imò ea responsio actorem grauabat, quod in casu per nos proposito secus*

esse diximus.

Possent & plures aliæ declarationes hic afferri, & huic nostræ legi accommodari ex his, quas Doctores dare solent ad Illam regulam, quod spoliatus ante omnia restituendus est, quas hic nō transcribam.

379 † *Illud certè dicam, ualere posse regulam negatiuam, vt quibus in casibus spoliatus restituendus non est, eisdem nec transferri debeat possessio in actorem ex causa mendacij, quia si non restituitur spoliatus, contra eum, qui tantùm admisit delictum. l. si quis in tantam. C. vnde vi, cum similib. multò minus (vt sepe diximus debet concedi, quòd is, qui numquam habuit possessionē*
380 *eam acquirat ex solo mendacio possessoris: † affirmatiuè autem hoc non concederem, vt quandocumq; spoliatus restituitur, eodem casu & mendax trànsferre teneatur possessionē in actorem, cum multi casus contingere posint, quibus ex mendacio non cogetur possessor in actorem transferre possessionem, & tamen erit spoliatus restituendus. vt etiam suprà vidistis proximè casum vnum.*

381 *Omnes † autem illæ personæ, quæ ab agendo repelluntur, quæ pariter eadem ratione restituendæ non sunt, si spoliatæ fuerint, eædem pariter consequi non poterunt, ut ex negatione possessoris*
382 *in se possessio transferatur, cuiusmodi personæ sunt. † Excommunicatus, cap. intelleximus de Iudicijs. cap. excommunicamus. c. credentes. de hæretic. repelliturq; excommunicatus etiam à possessorio recuperandæ. glo. cap. primo. versic. audientia in fin. 23. distinct. glo. cap. ex insinuatione. versicu. aliud canonicum. extra de procurat. Abb. cap. à nobis. in quarto notab. de excep. glo. in cap. dilectus filius. in versicu. excommunicationis de rescript.*

script. Ias. in l. prima in princ. colum. 3. circa med. de oper. no- nuntiat. Ripa in d. §. nihil commune. num. 86. Felin. in cap. dilectus Filius primo colum. pen. num. 11. uersic. nota regulam. de rescript. Si enim iudicium in principali est nullum, ergo & omnia ab eo dependentia irrita erunt, ueluti est interrogatio, & responsio ad interrogationem.

383 † *Eadem ratione idem erit dicendum in hæretico, qui agere velit, ex glo. in cap. quo iure. octaua distinct. versicu. nam iure, quæ glossa dicit hæreticum nihil possidere posse, et propterea nec, si spoliatus sit, restituendum esse, Rip. d. §. nihil commune. nume. 88. unde frustra in eum transferatur possessio, quam tenere nõ*

384 *potest.* † *Idemq́; dicam in Antipapa, & Tiranno & Simoniaco agente ad beneficium, et quocumq́; criminoso tali crimine irritito, quod ipso iure priuationẽ beneficij inducat, cum huiusmodi personis non detur restitutio ad possessionem, quare multò mi-*

385 *nus concedenda est eis noua acquisitio,* † *vt de Antipapa ait Martin. Lauden. in tractatu de princip. versiculo sed ante.*

386 † *de Simoniaco tradit glo. Archidiaco. & alij. in cap. primo. tertia quæst. prima. facit cap. tanta. cap. accusatum. de Simonia.*

387 † *de Criminoso Ab. in cap. item cum quis. de rest. spol. Card. Alexan. tertia quæst. prima, in summa. Ripa, qui omnia supra-*

388 *dicta refert in. §. nihil. commune. nume. 9.* † *qui idem dicit in depopulatore & quibusdam alijs.*

Ad huiusce legis interpretationem oportunum est etiam scire, cum reus se poßidere negat, ita quod actori onus probandi incumbit possessionem ipsius, cuiusnam temporis ea possessio probanda sit, an scilicet eius temporis, quo interrogatus fuit, an & temporis

389 *antiquioris.* † *Ac procul dubio, si eius temporis, quo inter-*

rogatus fuit, possessionẽ probare posit, melius tutiusq; actori erit, nec locus vllus ambigendi relinquetur. Sed ambigi quidẽ potest, an hoc necesse omnino sit, ut probatio eius ipsius temporis fiat, quo
390 *fuit interrogatus, & negauit,* Et Bart. *quidem hic columna secunda in princip. versi. uel possumus dicere, ait, minimè opus esse probare, quod aduersarius possideret eo tempore, quo negauit, sed satis esse, si probetur, possedisse eum vsque ad tem-*
391 *pus negationis,* quia *videatur actionis sibi mouendæ metu reus possessioni renuntiasse, si nullus actus appareat alius, propter quem præsumi posit, ipsum possidere desiisse præter hanc*
392 *inficiationem :* † *cuius quidem Bartholi verba perpendenda moneo, dum dicit probandam esse possessionem vsque ad inficiationis tempus, quæ videntur parùm ambigua, sed hanc Bartholi mentem fuisse opinor, quòd possessio eius temporis probari debeat, quo interrogatus fuit, quamuis deinde aliquod interuallum intercesserit temporis à die, quo interrogatus fuit, ad diem, quo respondit, vt sepe contingit, & interim temporis ipse possidere desierit, perinde tamen habebitur, ac si tempore negationis possideret, neque aliud credo Bartholum sensisse, aut dixisse, dicitur enim possedisse vsque ad negationis tempus, cum possidere inuenitur tempore, quo interrogatus fuit, & negationis tempus intelligitur exclusiue, hocque casu ait, possessionem ideo in actorem transferri, quia reus eam pro derelicta metu actionis habuerit. l. non alienum. ff. de interrog. act. hocque propterea sic dixit Bart. quia videbatur ei, non posse probari possessionem eius temporis, quo negauit se posidere,*
393 *quãdoquidẽ solo animo amittitur possessio. l. 3. §. in amittẽda. ff. de acq. possess. quem animum declarauit eo ipso, quo interrogatus*

gatus in iudicio negauit, se possidere, sicq; non dicitur mentitus, cum ergo de mendacio non conuincatur, ideoque non possit ea ratione veluti mendax possessione priuari, erit saltem ea transferenda (inquit Bartholus) eo, quod eam derelictam habue-
394 *rit: † qui tamen intellectus ad legem nostram accommodari non potest, cum supponat, quòd reus possideret, & quòd probata fuerit possessio, non ergo dicit, quod applicetur possessio actori tamquam à reo derelicta, sed, quòd transferretur, quia probatum est, illum possidere, licet negauerit; verior igitur solutio erit, quam Bartholus secundo loco attulit coniuncta cum prima, nempe, quòd licet responderit, se non possidere, non tamen habebat animum dimittendæ possessio-*
395 *nis, & † quamuis animus declaretur verbis, nec videatur quis dixisse, quod prius mente non agitarit. l. labeo. ff. de suppellect. leg. & glo. magna. ante finem. in l. si duo. ff. de ac-*
396 *quiren. hæredita. † tamen aliud declarabat facto, cum pos-*
397 *sessionem actu non dimitteret, sed ei insisteret, † plus autem est facto aliquid operari, quàm verbis, mensq; & animus factis melius declarantur, & aperiuntur, quàm verbis. l. Paulus respondit. ff. rem rat. haberi. elegans text. in l. si tamen §. ei qui. ff. de ædelit. edicto. in cap. dilecti filij Ioa. & Nu. §. primo. extra, de appell. vbi Dec. in secundo. no. & idem Dec. in cōsi.*
398 *367. col. 2. nu. 3. & cons. 21. col. 2. circa prin. † et possessio nō solo animo amittitur. sed oportet utroq; vlz. animo, et corpore in contrariū actum esse. l. quemadmodū. ff. de acq. poss. & quamuis tex. in d. l. tertia. §. in amittenda. contrarium uideatur dicere, videlicet, quòd, si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere, protinus amittis possessionem, illa tamen lex plures solutiones,*

&

& declarationes recipit, ut per gloss. ibi. & Doctores, ac certè in quæstione legis nostræ dici non potest, quòd habuerit animum derelinquendi possessionem, nam sic respondit, ut se à lite & ab actione in rem eximeret, non autem, vt possessionem relinqueret.

399 † *Alio etiam modo respondere potes oppositioni motæ per Bartholum, quòd, licet in actione in rem mouenda sufficiat, reũ etiam ciuiliter possidere, vt suprà diximus, tamen, quia in executione ipsius magis inspicitur possessio naturalis, quæ ipsi rei insistit, nempe ea est, quæ restituitur, vt suprà dictum est, cum*
400 *sequuta fuerit sententia condemnatoria,* † *propterea, cum interrogatur quis, an possideat, non solùm interrogatus censetur, an ciuiliter, idest, animo possideat, sed etiam censetur interrogatus, an possideat corpore, idque principaliter quidem, & inprimis propter executionem, de plena ergo possessione fit interrogatio, at si reus possidet vtroque, videlicet, animo et*
401 *corpore,* † *quamuis animo desinat possidere eo ipso, quo negat, se possidere, & ea ratione quò ad possessionem, quæ animo detinetur, non mentiatur, negari tamen non potest, quin mentiatur saltem, quò ad possessionem illam naturalem, quæ corpore detinetur, aut saltem quò ad detentationem, quapropter tamquàm mendax hac quoque corporali, seu naturali possessione, aut de-*
402 *tentatione priuatur,* † *& quò planius res procedat, consulam ego semper, vt aliàs quoque suprà dixi, quòd interrogetur, an possideat, vel detineat: Sed iuxta praxim suprà ex Angelo recitatam, quòd scilicet reo negante se possidere, petat actor, se mitti in possessionem, quo ad præiudicium rei saluo tamen iure tertij, multæ remouebuntur difficultates, nec erit necesse alicuius*

tem-

temporis possessionem probare.

403 *Postremò † vides hac in lege nostra vnum remedium adipiscendæ possessionis non obuium omnibus, nam ferè omnes, qui enumerandis adipiscendæ possessorijs remedijs studium adhibuerunt, hoc remedium, quamuis alioqui ualde insigne posthabuerunt, Robertus quidem Maranta in suo speculo ordinis iudiciorum, in septima principali distinctione iudiciorũ quinque*
404 *ennumerauit, † vlz. interdictũ quorũ bonorũ, interdictũ quorũ legatorũ, Interdictum Saluianũ, remediũ ex l. fi. C. de Edicto Diui Hadriani, & postremo Iudicis officium. quod Iudicis officium hoc quoque nostrum remedium complecti posset, crederemque eum voluisse sub hoc remedio hoc nostrum includere, nisi ipse se coarctasset exemplo, ad iudicis officium, quod datur illi, qui beneficium obtinuit ex Abbate in capitulo pastoralis. columna quarta. versiculo, & Scias. de causa possess. & propr. & in capitulo accedens. vbi Abb. de accusation. neque aliquod de hoc nostro, ne quidem verbum minimum fecisset, & tamen, cum speciali nota dignum sit, negligi non debuerat, l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. in versiculo hoc edi-*
405 *ctum. ff. de iniur. cum similibus. † nisi fortè ideo missum factum est, quod creditum sit, hoc esse Iudicis mercenarium officium, longum verò esset singulos casus, prosequi, ac enumerare, quibus Mercenarium iudicis officium ad possessio-*
406 *nem datur: † cuius tamen contrarium Ego semper tenui, & teneo, quum & hoc senserit Bart. hic, dum negat condictionem ex hac lege ad hanc possessionem dari, ne videatur deinde hoc iudicis officium actioni deseruire, quod pariter dicendum*
407 *existimo non hoc casu legis nostræ tantùm, † sed in omnibus*

cæteris

cæteris huic similibus, quibus possessionis translationem fieri cõtingat, puta.in d.§.illud quoque.2. in authen.de trien.& semis.
408 † *Accedere potest etiam, & inter possessoria adipiscendæ enumerari, illud, quod ex officio pariter Iudicis fit contra contumacem non defendentem, puta eum, qui passus est primum, uel secundum decretum, ut l.si finita.§.si plures.cum sequentib. ff. de damno infecto. vel, cum mittitur quis in possessionem causa rei*
409 *seruandæ.l.is.cui.ff.vt in possess. legat.* † *quæ tamen remedia ad detentationem potius, quàm ad possessionem pertinere uidentur, scilicet, quando in possessionem ex primo decreto in personali actione missio facta est, & causa rei seruandæ.l si duo. §. creditores.ff.vti possidetis.d.l.is cui.Bar.in.l.stipulatio ista.§. hæc quoque.ff.de verb.obligat. Ias.& Socin.in l.1.§.seruum. ff. de acquiren. possess. Deci. in cap.consultationibus.de offic.delegat.*
410 † *nisi uel adhibita solerti causæ cognitione in possessionem hanc ex primo decreto missus fuisset, vt nonnulli opinati sunt, Bald. in l.consentaneum.num.30.C.quomodo & quando iud. & in Authen.ei qui.C.de temp.appellat.Felin.& Dec.in d. c. con-*
411 *sultationibus, vel nisi hoc primum decretum secundi decreti*
412 *vim habeat,* † *uel fructus ei lucrari statuto forte, aut constitutione permissum sit, Moder.post antiquos in d.l si finita.§.*
413 *Iulianus.* † *In reali verò actione missus in possessionem ex primo decreto possidet ex frequentius admissa Doctorum sententia, Bart.in l.3.§.genera.ff.de acquir.possess. & in l. si prius. ff de oper.no.nuntiat.vbi etiam Alexan.& Ias. Dec.in d.c. consultationibus. Negusantius in tract.de pignor.parte tertia.*
414 *membro secundo num.6.* † *quamuis nec defuerint, qui testati sunt, pluribus, grauioribusque authoritatibus contrariam senten-*

tiam

tiam defendi, quòd scilicet etiam in actione reali missus in possessionem ex primo decreto non possideat, s. Moder. in d. l. si finita. §. Iulianus.

415 † *Recensetur quoq; inter possessoria adipiscēdæ remedia illud, quòd ex officio Iudicis competit per secundum decretū in actionibus personalibus, de quo in l si finita. §. si quis autem. ff. de damno infecto. ubi scriben. in. c. quoniam frequenter. in fi. extra, ut lite non contest. vbi Doct. & de his plenè Guido Papæ in tract. de primo & secundo decreto. nu. 38.*

416. *Item † remedium, quod competit uentri, ut in possessionem mittatur, esse proditum ad acquirendam possessionem indubitati iuris est, de quo totus titulus ff. de uentre in possession. mitten.*

417. † *Quæ quidem omnia possessoria officio iudicis nobili expediuntur, & sunt facti non iuris, ut per gl. magnam in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto vbi Doct. Bar. & Doctores. in l. Iubere cauere. ff. de Iurisdict. om. iudic. & in Rub. ff. de ventre in possess. mittendo.*

Superest nunc uidere, quid faciendum sit huic actori, si Iudex deneget ei possessionem hanc dare, an appellare possit, & quid e contrà, si ei data per Iudicem fuerit, an reus inuicem appellare possit; & impedire ne possessio transferatur, per interpositionem appellationis: quò ad hoc primū, licèt nihil reperiam in specie huius possessorij decisum, tamen licere opinor ab alijs possessorijs præsertim recuperatorijs ad hoc nostrum sumere argumentum. Vtroq; casu opinor ego appellationis remedio esse vten-
418 *dum, † nam & cum Iudex non curat mihi possessionem dare, sed me ordinario tramite causam agere vult, quemadmodum actores facere solent, non minus appellare potero, quàm si*

expresse pronuntiasset, possessionem transferri non debere, ut in recuperatorio possessorio ait. Franciscus Aretin. in sepe citata. l. naturaliter. §. nihil commune col. 4. cir. med. uers. quid si opponitur ista exceptio, sequitur Craueta in cons. 299. col. pen. nu. 8. Felin. in c. inter monasterium. col. 14. post. med. uers. forte tamen est necessaria, de re iudic. nam, si uel ipse actor faceret positiones super petitorio, uel permitteret aduersarium id facientem, uideretur possessorio renuntiare, ut etiam suprà dictum est
419 *per tex. in. c p. de restit. spoliat.* † *animaduertat igitur, ne sibi ipsi noceat procedendo in petitorio, & faciendo positiones, uel probationes super eo, nec permittat, aduersarium id facere, quòd si reus eas fecerit, admiseritq; eas iudex, protestetur ipse, quòd prius transferatur in se possessio, quàm super eis cognoscatur, & Iudice hoc facere negligente interponat appellationem.*

Quid uerò è contra, si Iudex pronuntiat transferendam esse possessionem in actorem, an licebit reo appellare? qua in re sciendum
420 *est imprimis,* † *quod ex regula non conceditur appellatio a sententia lata in possessorio, quodcunq; id possessorium sit, siue adipiscendæ, seu retinendæ, seu recuperãdæ. l. 1. vbi gl. & Bar. C. si de momen. possess. fuer. appellat. & in. l. quoquis. C. quor. appel. non recip. ff. l. 2. vers. quæro, quæ est ratio. ff. de appellat. recip. Archidiac. in. 2. quest. 6. §. de possessione. Ab. in cap. cum ad sedem. de rest. spoliat. Ang. cons. 107. Decius qui hanc ait communem in cons. 28. col. 3. nu. 4. uers. secundo respondetur, quamuis multi contrarium tenuerint de quo Ripa in c. sepe de*
421 *restit. spoliat.* † *videtur tamen hæc fœdere distinctionis liben-*
422 *tius accepta sententia,* † *vt in possessorio quouis appellatio nulla executionem suspendere aut retardare poßit, quamuis cogni-*

tio

tio propterea fieri non prohibeatur, & deuoluatur negotium ad superiorem. Bar.d.l.2.col.3.ff.de appellat.recip. Abbas in d.c. cum ad sedem.col.pe. & antepen. Dec.d cons.28. Maranta in speculo, in ultima parte iudic. 2. artic princip. nu.239. &
423 *ita usus obseruat, quapropter idem opinor dicendum in hoc nostro possessorio, nempe, ut per appellationem retardari non possit; cum sit futurum parui praeiudicij, quandoquidem (ut in ceteris possessorijs) in iudicio petitorio sarciendum est damnum, & quamuis magnum commodum sit possidere, praesertim attento, quòd onus probandi in aduersarium transfertur.§.commodum inst.de interdict.cum simil.id tamen in consideratione haberi non solet, frustra quidem hic expectabitur deuolutio ad*
424 *superiorem, si reus in petitorio cognosci velit, † sed tamen, quia utilius fortè erit ei, quod etiam super hoc possessorio cognoscatur, ut quia aliquas causas alleget ex his, quas proximè diximus in limitationibus, poterit translata in actorem possessione, per appellationem demonstrare, eam trnsferri non debuisse, si quas causas habebat, & sic onus petitoris detrectare, quod maximum est.*

Non omittam quaestionem hanc subijcere, de qua olim controuersiam non leuem agi vidi.an.scilicet, si quis rem deposuerit in sequestro, interrogatusq; utrùm possideat responderit se non possidere, incidat in poenam huius legis, ita quòd possessione priuan-
425 *dus sit, ac fiat ex reo & possessore actor. † Cuius difficilis quaestionis solutio ex hoc prima facie pendere videtur, an scilicet possideat is, qui in sequestro deposuit, an uerò ipse, penes quem*
426 *sequestrum est repositum:† In quo articulo, cum duae leges inter se pugnare e diametro uiderentur; nempe.l.licet.§.rei ff.de-*

positi, quæ ait, rei depositæ dominium & possessionem à deponente retineri, nisi apud sequestrum sit deposita, nam tunc demum sequester possidet, id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat & l. interesse. ff de acquir. possess. quæ ait, interesse, qua mente apud sequestrum res deponatur, nam si dimittendæ possessionis causa, & hoc apertè fuerit approbatum, ad usucapionem possessio eius partibus non procederet, &c. sic uidere est in priore lege dici, in sequestro id agi, ut neutrius possessioni id tempus procedat, sed in posteriore lege dicitur, quòd si apertè fuerit probatùm, dimittendæ possessionis causa, sequestro esse positã etc. Ergo sequitur, nõ esse uerũ id agi depositione, ut possessio illa non prosit, neq; id tacitè contineri, quorsum enim probatio necessaria esset, tam aperta præsertim, si
427 *id tacitè actum uideretur, † nec rectè conciliantur hæ leges ab Accur. in ipsis legibus, nam in d. l. licet in vers. agitur, quæ est ultima, gl. ait, tacitè hoc innui, nisi contra probetur, citatq; in hoc d. l. Interesse, quæ quidem lex non dicit, debere probari, quod hoc non agatur tacitè, imo contrarium dicit, nempe oportere pro*
428 *bari, hoc actum esse, † neq; satisfacit solutio glossæ in d. l. interesse, in ver. approbatum, dum dicit, eo ipso probari, quo non probatur contrarium, si enim uerum esset, quod ait gl. eo ipso probari animum habuisse dimittendæ possessionis, cur nam exigeret ille textus, ut aperta fieret probatio? neq; enim satis fuit Iurisconf. ibi dixisse, hoc debere probari, quòd animum dimittendæ possessionis habuerit, dum apud sequestrem deposuit, sed præterea etiam uult, quòd apertè probetur, ergo non est uerum, sufficere,*
429 *quod contrarium non probetur, † Neq; mihi arridet illa distinctio, an sequestrum a pluribus fiat, an ab uno, ut, s. primo*
casu

casu non amittatur possessio, altero amittatur, cum tex. in d. l.
Interesse loquatur ex intellectu Doctorum de sequestro fa-
cto ex voluntate partium, & tamen probari uult, factum esse
animo possessionem dimittendi, non ergo sequestrum a pluribus
430 *factum, ex sua natura possessionem in sequestrem transfert: †*
quinetiam sequester is propriè dicitur, cuius fidem plures in de-
ponendo sequuntur. d. l. licet. in prin. l. proprie. ff. eo. depositi. l. se-
quester. ff. de ver. signific. Et quod. l. interesse loquatur de seque-
stro facto a partibus, indicant uerba ipsius legis. ibi. ad usucapio
432 *nem possessio eius partibus non procederet. † Tu dicas eas leges*
minime inter se ullam antinomiam habere, ac ne frustra con-
teram tempus recensendis conciliationibus Doctorum, uidelicet
Io. Fabri in. l. 1. C. de probib. sequest. pecu. & in. §. retinendæ
inst. de interdict. Aretini in d. l. Interesse, & Curtij post vete
res Iurisconsultos in. d. l. 1. C. de probib. sequestr. pecun. & mod.
433 *sic declaro, quòd lex † interesse, non requirit probationem,*
quòd dimittendæ possessionis causa sequestrum sit factum, sed re
quirit approbationem, id est, quòd utraq; pars in illam perso-
nam sequest consenserit, ut penes eum in sequestro deponeretur
res, aliud si quidem est probare, quàm approbare, approbamus
id, quod placet, quod laudamus, in quod consentimus, probamus
cum sic esse demostramus argumentis, testibus, documentis, re-
ctè ergo dicit textus quôd, si partes approbarint, idest, consense-
rint, ut fieret sequest. & ut dimitteretur possess. tunc possess. eis
nõ proderit requiritur ergo approbatio, non probatio, sic conueniet
utraq; lex ut. s. sequestrum factum a partibus de re, cuius possess.
quæstio inter ipsos vertebatur, transferat possessionem ab ipsis
434 *partibus ad sequestrem † cuius rei ratio est, quia cum ipsi de*
possessione

possesione ipsa inter se contenderent, noluerunt interim, dum quæstionis diffinitio penderet, alterutri ex partibus præiudicium
435 *fieri,† vterq; enim posidere non poterat.l.si ut certo.§.si duobus vehiculum.ff.Commodati.l.3.§.è contrario ff.de acq.posseß. nec alter tantùm vt poßideret, si pacem fouere uolebant, permittendum erat, ex hoc igitur, quòd de possesione agitur, & quòd inter ipsos contendentes conuentum est, ut apud tertium deponatur, satis apparet, voluisse eos possesionem à se dimittere, & apud illum tertium esse: & sic utraq; lex in eodem casu loquitur, non in diuersis, nec igitur distinctiones aliæ querendæ sunt vt concilientur inter se, nec petest dari alia species sequestri voluntarij, cum, ut dixi, non dicatur sequestrum, nisi, quod à pluribus fit, at si alter tantùm posideat.remq; deponat, donec lis terminetur, non dicuntur plures, sed vnus tantùm deposuisse, quare*
436 *non erit sequestrum. † Sequestrum verò necessarium, quod à Iudice fit possesionem ad se auocando, uel apud tertium deponendo, id quidem inter omnes constat, possesionem non transferre, sed eam adhuc penes dominum manere, ut per doct.in d.l.Inte-*
437 *resse, & l.p.C.de prohib.sequest.† Ego verò credo, quòd etiã, si fiat per Iudicem, cum de possesione ipsa contentio erat, tamen apud sequestrem possesio erit, quia ad alium finem facta non est sequestratio, nisi, vt neutri possesio prodesset, vt in casu, quem ponit Bar.in l.si vsufructus.§.1.ff.de vsuf.Bal.in l.fi.col.2.& ibi Dec.col.pariter.2.nu.6.vers. & hoc procedit C. de edicto di.Had.tol.Alex.cons.7.col.pe.lib.5.Ias.l.quidam estimauerunt.nu.4.ff.si cer.pet. Plot.qui hæc & alia allegat in l.si quando.nu.95.*
438 *† & , quod dicunt Doctores; ex sequestro necessario non transferri posseßionem, intelligo, quando lis erat super*
proprietate

439 *proprietate: non super possessione:† credo tamen, quòd hæc possessio in sequestrem translata proderit illi, qui superior in iudicio fuerit, quò ad usucapionem sed ubicunq; dictum est perdi possessionem, reliquiæ tamen remanent, nec propterea ex reo efficietur petitor. Salyc. d. l. 1. C. de probib. sequest. pecun.*

440 *Item † ex sequestro necessario transfertur possessio, quando constat Iudicem hoc facere voluisse Bar. d. l. Interesse & in d. l. 1. C. de probib. sequest. ubi etiam Bal. & Salyc. Ab. d. c. 1. de sequest. possess. nu. 19. per tex. in cle. 1. eo. t. Alba cons. 75. Circa hæc volui fusius uagari, quò melius quæstio intelligatur.*

441 *Quod igitur questionem nostram tangit,† ego Credo, quod sequester, dummodo rem detineat, possit conueniri actione in rem quemadmodum & depositarius, & commodatarius, alijq; detentores. gl. in c. examinata ver. possidebat. cir. med. propterea et*
442 *teneatur respondere, etiam circa detentionem.† Is verò, qui in sequestro deposuit, pariter tenetur respondere: nam, cum possit quilibet, quoquomodo possideat, uel detineat, conueniri actione in rem, ut sepe diximus, ergo videtur interrogatus de quauis possessione, cuius ratione conueniri possit, & consequenter super ea respondere tenetur; si vel possideat tantùm ciuiliter, vel natu*
443 *raliter.† Si tamen possessio omnis in sequestrem fuisset translata, ut in predictis casibus, tunc certe non mentiretur, nec ideo*
444 *priuandus esset: Probandæ autem possessionis praxis, quò ad legem nostram in hoc erit, ut detentatio probetur, nam detentatione probata, et possessionis probatio uidebitur facta. Dec. cons.*
445 *56. col. 1. infi. Alb. cons. 74. nu. 18.† nam cum detentatio sit facti, melius poterit probari, quàm possessio, quæ est. Iuris.*

Hæc

HAEC sunt, quæ importuna amicorum flagitatione aduersus voluntatem meã, et ferè coactè de manibus meis excussa sunt, adeò quidem, vt vix vno oculo hos duos pusillos tractatus recognoscere potuerim, quos iam suprà decem annos inter alia scripta mea delitescere vix memoriæ tenebam, quapropter excusationem mihi condonari merebor, si non uel magna authoritatum copia eorum præsertim, qui postea prodierunt, exornata sunt, vel casus plures non persequuntur. quæ velim benignus lector amicis vlnis excipiat. Laus Deo.

FINIS.

TICINI,

Apud Hieronymum Bartolum

MDLXXIIII.

Procurante Io. Andrea Vianio Bibliopola.